TRACTATUS
DE RE PAROCHIALI

In duas Partes divisus.

PARS PRIMA.

TRACTATUS
DE
RE PAROCHIALI

IN DUAS PARTES DIVISUS,

APPENDICE AD PRIMAM PARTEM, ET INDICE Rerum, ac Verborum notabilium, quæ in Tractatu, & in Appendice continentur, locupletatus.

OPUS


Episcopis, eorumque Vicariis, Parochis, cæterisque Animarum Curatoribus, ac Beneficiatis, nec non Judicibus, Causarum Patronis, aliisque in Ecclesiastico Foro versantibus apprime utile, ac necessarium.

AUCTORE

FRANCISCO ANTONIO RECLUSIO TAURINENSI

Seu Buttilieriæ Astensis Presbytero, ac J. U. D.

PARS PRIMA.



ROMÆ MDCCLXXIII.

EX TYPOGRAPHIA JOANNIS GENEROSI SALOMONI

Superiorum Facultate.

Eminentissimo, & Reverendissimo Principi

CAROLO VICTORIO AMEDEO
DE LANCEIS

S. R. E. CARDINALI PRESBYTERO,
TITULI S. PRAXEDIS,

Archiepiscopo Nicosiæ in Partibus, Abbati S. BENIGNI Nullius Diœcesis, Supremo Eleemosynario

AUGUSTISSIMI REGIS SARDINIÆ,

Regiæ Capellæ, Aulæque Præsuli, nec non Judici Ecclesiastico.

JOHANNES GENEROSUS SALOMONI.

Quæ magnis Principibus offeruntur, vel magna ipsa esse oportet, ne exiguitate animum offendant; vel ex eo genere, quod, qualiacumque

ſint, ad eos ſpectare, eiſque deberi omnino videantur. Cum primum illud efficere me mea tenuitas prohibeat, ad alterum eſt confugiendum. Itaque cum Opus typis meis ediderim inſcriptum *De Re Parochiali* clari Viri *Franciſci Antonii Recluſii* Taurinenſis Diœceſis Presbyteri, atque J. U. D., illud Tibi, EMINENTISSIME PRINCEPS, libens volens Do Dico Dedico. Quì enim Liber, de rebus agens ad animarum ſalutem ſapientiſſime ab Eccleſia compoſitis, & conſtitutis, Illi non debeatur, qui ingenium omne ſuum, operam, induſtriam, poteſtatem, auctoritatem, opes, facultates omnes ad Chriſtianam æternam felicitatem procurandam jam pridem contulerit, & conſecrarit? Nihil dico, quod non omnes ubique fateantur, & prædicent. Quod quidem cum reputo animo, venit mihi in mentem Polycleti illius, Statuarum egregii Artificis, qui ſatis non eſſe arbitratus, artis ſuæ præcepta dictis explicare, Simulacrum omni ex parte perfectum, abſo-

abſolutumque compoſuit, propoſuitque publice, quod appellavit *Canonem*; in quod intuentes, aſpectu illius ſolo artem ſtatim condiſcere magis, quam traditis a ſe regulis poſſent. Idem mihi de Te liceat, EMINENTISSIME PRINCEPS, affirmare: ſummi nimirum Eccleſiaſtici Viri, cui præcipua animarum cura incumbit, perfectum, abſolutumque exemplar, non ſcalpro effictum, ſed vivendi ratione, & modo, omnibus exhibere; in quod quicumque intueantur, ſtatim norint, ut mores componere, quid efficere, vel devitare debeant, ad ſanctioris vitæ hominem, & animarum ſalutis ſtudioſiſſimum exprimendum; quis ille ſit, quem Apoſtolus requirebat, Vir *irreprenſibilis, potens in doctrina ſana eos, qui contra dicunt, arguere*; [*Ad Timoth.* 3. 2. *Ad Tit.* 1. 9.] qui, ex ejuſdem Apoſtoli præcepto, *attendat ſibi, & doctrinæ*. [*Ad Timoth.* 4. 16.] Norunt enim vero omnes Te, poſteaquam in nobiliſſimis Academiis Romana, & Taurinenſi amœniorum, & ſeverio-

rum

rum Facultatum omnium tyrocinium posuisti, nunquam & præstantissimis cognitionibus animum imbuere, & in alios uberrimos doctrinarum fontes derivare, litterarum etiam cultoribus præsidio esse, disciplinas, quæ maxime virum deceant Ecclesiæ addictum, Theologicas, Canonicas, Liturgicas fovere juvare, & ornare destitisse. Testes sunt collationes illæ, & Parochorum conventus ad S. Benigni præsertim Abbatiæ agrum florentissimum uberius irrigandum, & fœcundandum ita sæpe coacti, adeo præclaris legibus devincti, & instituti. Illa non memoro spiritualia Exercitia, quæ tum ab Ecclesiasticis, tum a sæcularibus, quoad egenos præsertim liberalibus Tuis sumptibus, fieri quotannis magna cum utilitate consuescunt. Parum autem hæc forent, nisi in futuram quoque ætatem omnem consuleretur. Quamobrem a Te, EMINENTISSIME PRINCEPS, non solum S. Benigni Ecclesia e fundamentis excitata est, sacraque supellectili abundan-

dan-

dantissime instructa; sed adjunctum præterea Clericorum magnificentissime exttuctum Seminarium, quod adolescentes in Ecclesiæ castra recens adscriptos exciperet, sanctissime educaret, litteris erudiret, legitimis Ecclesiæ cæremoniis, & Gregoriano etiam cantu, ad rite persolvendum Deo Sacrificium laudis informaret. Supremus idem omnium Pastor sanct. mem. Benedictus XIV. Pontifex vere Optimus Maximus, postquam ob virtutes, præclaraque merita, Te inter S. R. E. Cardinales cooptaverat CAROLO EMMANUELE hujus gloriosissimi nominis III., Sardiniæ Rege, ac Sabaudiæ Duce instante, ut Supremus pro tempore Eleemosynarius, seu Regii Sacelli Major Capellanus, Episcopali charactere, suo cum territorio, & ordinaria in subditos jurisdictione exornaretur, Te ab eodem augustissimo, atque religiosissimo Rege in ejus Supremum Eleemosynarium nuper electum, Regiæ Capellæ, Regiæque Aulæ Præsulem, & Judicem

Eccle-

Ecclesiasticum, ad Archiepiscopatum Nicosiæ in Partibus, non sine magna animi sui jucunditate promovit: quemadmodum ad æternam Tui commendationem, & honorificentiam hujusce operis clarus Auctor similiter testatur. [*Part.*1. *Tit.*3. *a num.*46.] Præsens igitur Opus nulli melius, quam Tibi, EMINENTISSIME PRINCEPS, debetur. Nec illud dumtaxat, sed me, domum, typosque meos litteris dicatos in Tui præsidium recipi, ac perpetuo permanere patiaris: Dum in grati, obsequentisque animi monumentum, a Deo Optimo Maximo etiam atque etiam precabor, ut Te ad S. R. E. Cardinalium Collegii ornamentum, & decus, ad Tuorum subditorum felicitatem quam diutissime servet.

AP-

APPROBATIONES CENSORUM
Pro editione hujus primæ Partis Tractatus de Re Parochiali.

APPROBATIO I.

QUÆ Clarus Vir *Franciscus Antonius Reclusius* in egregio, amplissimoque Tractatu *De re Parochiali*, cujus primum Librum Rmus P. Ricchinius S.P.A. Magister mihi revidendum commisit, erudite congessit, hausta profecto sunt, ac deprompta nedum ex solidiori Canonum doctrina, sed ex Sacrarum quoque Congregationum, præsertim vero illius, quæ interpretationi præest Tridentinæ Synodi, & ex recentioribus Rotæ Romanæ Responsis. Si quas insuper difficultates ingerunt nonnullæ ab iisdem Tribunalibus editæ definitiones, apposite, plane, & peculiares Caussarum hypotheses investigando ab Authore solvuntur, nec mediocri perspicuitate eædem conciliantur. Tantum vero abest, ut quidquam Religioni, ac Pietati adversum, Opus contineat, ut potius sive Rerum, quæ tractantur indoles, & natura, sive tractationis methodus, & ratio spectetur, omnia ad sanæ, Orthodoxæque Doctrinæ tramites composita, atque redacta undique eluceant. Quamobrem e re publica esse censeo, ut ad Episcoporum, Parochorum, eorumque omnium, qui quomodolibet in Foro versantur, utilitatem, typis mandetur, si iis ad quos spectat ita videbitur.

Datum ex Ædibus meis Kalendis Januarii 1772.

Ego Petrus Antonius Danieli utriusque Juris in Romana Academia Antecessor, in Curia Advocatus, & in Foro Capitolino Appellationum Judex, seu, ut inquiunt, Capitaneus.

APPROBATIO II.

IN hac prima Parte Tractatus *De Re Parochiali* eruditissimi Viri *Francisci Antonii Reclusii*, quam jubente Rmo P. Magistro Sacri Palatii Apostolici attente legi, nihil a Catholica Fide, vel bonis moribus alienum inveni; quare imprimi posse censeo, præsertim quia omnia in ea tam clare & perspicue ad rem differuntur, ut Opus apprime utile Lectoribus esse possit. Ex Bibl. Alexandrina Archigymnasii Romani. Idibus Februarii MDCCLXXII.

Prosper Petronius ejusdem Bibliothecæ Custos, & Arcadiæ Pro-Custos Generalis.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rmo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

Dom. Jordanus Archiep. Nicomed. Vicesg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Augustinus Ricchinius Ord. Præd. S. P. A. Magister.

INDEX

INDEX TITULORUM

Qui in hoc primo Volumine continentur.

DE

DE
RE PAROCHIALI
UNIVERSA
PARS PRIMA.

TITULUS PRIMUS
De Institutione, atque Natura Parochiarum.

SUMMARIUM.

1 *A Solo Deo, a quo omne opus est inchoandum, attendi debet difficultatum resolutio.*

2 *Parochia, græcum vocabulum, ita latine solet nuncupari, quasi partitio curæ.*

3 *Eo quod Rector Ecclesiæ, sive Parochus curam Animarum totius populi habet, intra centos, distinctosque suæ Parochiæ limites congregati.*

4 *Vel eo quod cuique Parocho certa pars Civitatis, vel castri assignatur in divinis curandi.*

5 *Parochiæ vocabulum apud gentiles veteres usitatum fuit.*

6 *Parochiæ Gentilium erant loca quædam publica, ubi hospitii causa Peregrini, vel Legati missi, & Magistratus iter habentes recipiebantur: quibus sal, ligna, & cætera necessaria suppeditabantur.*

7 *Parochi, vel Xenoparochi apud Gentiles erant personæ illæ, quæ publico officio addicebantur suppeditandi sal, ligna, & cætera necessaria dictis hospitibus, seu Legatis missis, & Magistratibus iter habentibus. Copiarii a nonnullis appellantur, eo quod rerum omnium copiam subministrabant.* Ibidem.

8 *Ex Parochis, seu Parochiis Gentilium, Parochias in Ecclesiis fuisse derivatas nonnulli autumant.*

9 *Parochiæ, ducta similitudine ab illis Gentilium, dicuntur illæ Ecclesiæ, quæ suis Parochianis panem cælestem, idest Sacramenta tribuunt. Sed nostrarum Parochiarum derivationem ab hisce Gentilium fontibus usurpari non est ferendum.* Ibidem.

10 *Libri Divi Augustini* de Civitate Dei, *infastidibili sedulitate sunt percurrendi.*

11 *Parochiæ apud primos Ecclesiæ Christianos jam erant in usu, quas tamen, quemadmodum hodie & nos frequenter, Parœcias nuncupabant.*

12 *Parœcia, græcum vocabulum est, idem sonans, atque accolarum conventum, seu habitationem, & curam.*

13 *Memorabile factum a d. Augustino relatum, cujusdam Presbyteri, Parochi Calamensis Ecclesiæ.*

14 *Calama, de quo loquitur* d. Augustinus

ſtinus in lib. 14. cap. 24. §. 2. verſ. Presbyter, de Civitate Dei, *non eſt oppidum Phœniciæ, ſed Africæ inter Hipponem, & Cirtam ſitum.*

15 *De Parochiarum antiquitate non debet dubitari.*

16 *Diſſidium Doctorum, circa tempus, e quo Parochiarum Inſtitutio ſit eruenda.*

17 *Parochiarum inſtitutio, ſeu diſtinctio a variis Doctoribus repetitur a ſæculo Eccleſiæ tertio, qui videlicet illam attribuunt Dionyſio Pontifici, ducti auctoritate Canonis* Eccleſias cau. 13. q. 1., *deſumpti a Gratiano ex ſecunda Epiſtola decretali ejuſdem Dionyſii, ubi ait ſingulis Presbyteris Parochias Romæ, & Cœmeteria diviſiſſe.*

18 *Parochiarum Inſtitutio, ſeu diſtinctio ſecundum alios Doctores, a ſæculo Eccleſiæ ſecundo eſt repetenda, videlicet ab Evariſto Pontifice, qui Titulos Presbyteris in Urbe Romæ diſtribuit; quam tamen Titulorum, ſeu Parochiarum diſtinctionem ſub Valeriano Imperatore ſuppreſſam, laudatus Dionyſius reſtituit.*

19 *Neutra tamen opinio ſuſtineri poteſt, quod attinet ad Dionyſium Pontificem.*

20 *Epiſtola decretalis ſecunda Dionyſii Pontificis non minus quam prima, de Parochiarum Inſtitutione, ſeu diſtinctione, omnino judicatur ſuppoſititia.*

21 *Canon* Eccleſias cau. 13. q. 1. *omnino eſt rejiciendus, quippe qui per Gratianum ſumptus ex ſuppoſititia decretali Epiſtola Dionyſii Pontificis.*

22 *Decretum Gratiani, quemadmodum auctoritate privata compilatum, auctoritatem per ſe non tribuit in iis, quæ in eo continentur;* & duobus numeris ſeqq.

23 *Falſum, fuiſſe decretum Gratiani ab* Eugenio III. *confirmatum.*

24 *Falſum quoque, fuiſſe illud a* Gregorio XIII. *approbatum.*

25 *Tituli ab Evariſto Pontifice Presbyteris diviſi, quos nonnulli Eccleſias appellant, erant ſacræ ædes, ſeu domus quædam divino cultui mancipatæ, in quibus Chriſtiani ſacras Synaxes agere conſueverant.*

26 *Talia loca dicebantur Tituli, quia Presbyteri, qui his Titulis addicebantur, ab his nomen & titulum accipiebant, & eorundem locorum Presbyteri nuncupabantur.*

27 *Duæ Epiſtolæ decretales, quæ Evariſti nomine circumferuntur, ſunt ſuppoſititiæ.*

28 *Liber Pontificalis Papæ Damaſi, in ea parte, in qua attribuit Dionyſio Pontifici Parochiarum, ſeu Titulorum diſtinctionem, nullam fidem meretur, non tamen in illa, ubi hanc Titulorum diſtinctionem Evariſto attribuit.*

29 *In iis, quæ dividua ſunt, & ſeparabilia, utile per inutile non vitiatur.*

30 *Poſtquam Eccleſia plena frui cœpit libertate ob Conſtantini beneficentiam, fuerunt ſpeciali modo inter alias Eccleſias erectæ Parochiæ.*

31 *Id primum contigit Romæ tantum, & Alexandriæ.*

32 *Poſt Urbanas Parochias, Romæ, & Alexandriæ erectas, cœperunt ſub finem quarti, vel initio quinti ſæculi, erigi Parochiæ rurales, in villis nempe & pagis tum Romanis, tum Alexandrinis.*

33 *Doctores, qui Parochiarum Inſtitutionem a ſæculo quarto repetunt, illas intelligunt, ſumuntque in ſuo proprio ſenſu, propriaque forma conſideratas.*

34 *Fuerunt deinde tum Urbanæ, tum rurales Parochiæ in cæteris Catholici Orbis partibus, ſucceſſivis temporibus, prout neceſſitas expoſtulabat, conſtitutæ.*

35 *Tempore Tridentini Concilii nondum erant erectæ Parochiæ in ſingulis Civitatibus, villiſque.*

36 *Eas proinde inſtitui, erigique mandatur Epiſcopis* in ſeſſ. 24. de refor. cap. 13. in fine.

37 *Neque etiam Parochiæ jam erectæ illis*

illis temporibus, erant certis circumscriptæ limitibus, in singulis locis: alicubi enim promiscue Sacramenta administrabantur.

38 *Adeoque mandarunt PP. in eod.* c. 13. vers. In iis, *ut Episcopi tales Parochias distinguerent, & cuique populo proprium, a quo solo Sacramenta susciperet, quam primum assignarent.*

39 *Tridentina sanctio de distinguendis per certos fines Parochiis, non potuit ubique executioni demandari: cum & hodiernis temporibus plurimæ habeantur Parochiæ veræ, & propriæ, quæ nullum habent materiale territorium.*

40 *In Urbe Tolentina tres habentur Parochiæ ab immemorabili distinctæ non per territorium, sed per domos, & familias.*

Territorium, seu confinium, & ambitus per limites constitutus, est quidem conveniens, & utilis, sed non essentialiter necessarius, Ibid.

41 *Priscis Ecclesiæ temporibus etsi maxima jam haberetur Fidelium multitudo, viginti quinque Parochiæ tantum numerabantur in Urbe Roma.*

42 *Illis temporibus Urbs Roma adeo erat plena populo, ut pene majorem animarum numerum haberet, quam nunc ipsa Italia.*

43 *Olim, quamquam aliæ haberentur Parochiæ, in sola tamen Cathedrali Ecclesia, ad quam omnes baptizandi proficisci debebant, Fons baptismalis retinebatur.*

44 *Factum deinde fuit, ut in singulis Civitatibus Diœceseos, unus retineretur Fons baptismalis pro commodo totius Civitatis in Ecclesia matrice*

45 *Olim baptisma non ministrabatur, ut hodie, singulis diebus, vel horis, sed bis tantum in aliquibus anni temporibus, nempe Sabbato Sancto Paschatis & Pentecostes.*

Non Dominica in Albis, ut vult Cardin. de Luca. Ibidem.

46 *Hinc turmatim, & maximo in numero ad plura etiam quandoque hominum millia, habita fœminei, & virilis sexus separatione, in sacro regenerationis Fonte abluebantur.*

47 *Mutato stylo circa cultum, & administrationem Sacramentorum, ac præsertim baptismatis, necessariæ fuerunt novæ Parochiarum erectiones.*

48 *Parochia, si a loco sumatur, dici vulgo solet locus ille, in quo degit populus alicui Ecclesiæ destinatus.*

Seu totus ille ambitus, quo Plebs eidem Parochiæ deputata continetur. Ibidem.

49 *Parochiæ ambitum claudit finium circumscriptio, & populum intra certos fines constitutum proprio subjicit Rectori.*

50 *Definitiones in jure nostro periculosæ sunt: rarum enim est ut non possint subverti.*

51 *Parochia si a populo, seu formaliter sumatur, describi potest cætus, seu aggregatio populi certis circumscripti limitibus, peculiari Ecclesiæ destinati, sub uno, eodemque singulari, perpetuoque Pastore Sacramenta suscipientis, & ipsius liberæ curæ, ac privativo regimini specialiter commissi.*

52 *Parochiæ nomine non infrequenter Parochialis Ecclesia intelligitur.*

53 *Parochia, si pro Parochiali Ecclesia sumatur, est illa, quæ a cęteris sejuncta, certum habet populum, certos intra limites constitutum, propriumque retinet Parochum, qui præter fori pœnitentialis illimitatum usum, animarum curam independenti, suoque, ac privativo jure ad liberum exitum perducit.*

54 *Parochiarum natura ex quatuor principalioribus Fontibus erui potest ex illarum nempe perpetuitate, libertate, singularitate, individuitateque.*

55 *In Parochiarum erectione pro perpetua illarum manutentione, & pro Rectoris sustentatione, præbenda, seu dos in aliquo certo fundo,*

vel jure æquipollenti, absolute est constituenda.

56 *Parochia, vel alterius beneficii dos ex usufructu non potest constitui, nisi ususfructus vendatur, & pecunia in dotem erogetur: quia Ecclesiæ dos debet esse perpetua.*

57 *Ususfructus non est perpetuus, cum ad solam usufructuarii vitam extendatur, ita ut isto mortuo, statim cum proprietate consolidetur.*

58 *In usufructu perpetuo, inutilis efficitur proprietas.*

59 *In beneficiis præsertim parochialibus adest perpetuum Parochi onus, ac proinde pro illius sustentatione assignari debet dos perpetuo duratura.*

60 *Ubi nulla dos, nulli fructus, nullaque onera haberi possunt, quod Parochiæ naturæ repugnat.*

61 *Beneficiorum dotes debent esse certæ, perpetuæ, nullique obnoxiæ periculo.*

62 *Si parochialis, curataque Ecclesia diruta fuerit, vel indotata, aliisve necessariis destituta remanserit, ii ad quos pertinet, debent illam ad pristinum statum reducere.*

63 *Si paupertas Parochianorum, aliorumve ad quos pertinet, non patiatur, ut Ecclesia reædificetur, restauretur, aliisve necessariis provideatur, potest Episcopus diœcesanus parochialem Ecclesiam ad aliam transferre, illique perpetuo unire.*

64 *Parochialis Ecclesia debet separati territorii prærogativa pollere, suaque insigniri spirituali jurisdictione a proprio Rectore privative exercenda.*

65 *Parochus debet particulari Ecclesiæ veluti suæ sponsæ conjungi, & tanquam spiritualis Pastor, præfigi curæ, atque custodiæ distincti, & particularis gregis.*

66 *Unde debet in tali Ecclesia liberum, ac privativum habere exercitium administrandi Sacramenta, & exercendi omnes actus, & functiones particulares intra limites ei præfinitos.*

67 *Quando de unione Ecclesiæ parochialis controversia enascitur, debet unio concludentissime probari, secus enim Ecclesia præsumitur omnino libera, nunquam vero subjective unita.*

68 *Dos Parochialis Ecclesiæ debet esse libera ab omni tributo, & gravamine, præsertim seculari, & pro solius Ecclesiæ servitio, & juribus Ecclesiasticis deservire.*

69 *Annui fructus, & redditus Ecclesiæ parochialis debent libere totaliter & integraliter percipi a Rectoribus.*

70 *Beneficia ecclesiastica non sunt in servitutem ab Ordinariis redigenda.*

71 *Retentio duarum, vel plurium Parochiarum incompatibilitatem ex sacrorum Canonum dispositione inducit.*

72 *Limita, quando unum beneficium parochiale, vel curatum ab altero dependet.*

73 *Seu, quando Parochus duas retinet parochiales Ecclesias, in quarum una cura habitualis, & in altera cura actualis exercetur.*

74 *Quando ex duabus Parochiis una est matrix, & altera filialis, cura habitualis remanet penes matricem, illiusque Rectorem.*

75 *In una, eademque terminatione dari nequeunt Parochiæ, quæ promiscue exerceantur.*

76 *Id tamen limita, quando una est matrix, & altera filialis.*

77 *Ecclesia filialis erecta in adjumentum matricis non est vera Parochia, sed tantum Ecclesia matrix, adeoque unum extat parochiale beneficium in titulum collativum.*

78 *Parochus Ecclesiæ matricis non tenetur in Ecclesia filiali residere, cum possit per Vicarium deservire.*

79 *Potest Parochus retinere plures Parochias subjective unitas. Quia Parochiæ sic unitæ non sunt amplius veræ Parochiæ, & illa tantum dicitur Parochia vera, cujus favore fuit unio permissa.* Ibidem.

80 *Per unionem subjectivam beneficium*

cium parochiale definit tale esse, & beneficii nomen amittit, nec est amplius in titulum collativum.

81 *Vicaria, seu Parochia filialis, quando est perpetua, est collativa in titulum, & beneficii ecclesiastici nomen induit.*

82 *Non tamen sequitur, quod Parochus matricis duo retineat beneficia parochialia, vel curata: sed unum parochiale habitu & actu, & alterum curatum habitu tantum, remanente actuali cura penes Vicarium.*

83 *Potest Parochus retinere duas Parochias, quando una fuit a Parochianis vel pestis occasione, vel hostilitatis metu, vel alia de causa derelicta, quin inducatur incompatibilitas.*

Quia Parochia sic a Parochianis derelicta remanet habitu tantum Parochia. Ibidem.

84 *Si vero contingat, ut Parochia ad actum curæ reducatur, incompatibilitas reviviscet; & sic Parochus unam tantum poterit retinere.*

85 *Inter parochiale, & curatum beneficium datur non parum discriminis.*

86 *Beneficium curatum illud dicitur; cui animarum cura aliquo modo annexa, & commixta reperitur.*

87 *Beneficium parochiale illud dicitur, quod singulis requisitis illud constituentibus est insignitum.*

88 *Seu, cui habitu, & actu animarum cura, & libera Sacramentorum inhæret administratio per proprium Rectorem populo certis limitibus constituto peragenda.*

89 *Incompatibilitas non solum habet locum, quando Parochus duo beneficia parochialia in titulos retinet, sed etiam quando unum in titulum, & alterum in Commendam perpetuam.*

90 *Limita, quando retinet beneficium in Commendam perpetuam a Summo Pontifice, non ab Ordinario illi collatum.*

91 *Adeoque potest unum in titulum, & alterum in commendam ad tempus retinere.*

92 *Quando Parochialis Ecclesia fuit alteri Parocho commendata ad tempus, videlicet donec ad pristinum statum fuerit redacta, quippe quæ diruta, si ad pristinum statum redigatur, debet Parochus proprius dictæ Parochiæ restitui.*

93 *Amplia, si congrua dos fuerit assignata, vel attingens, vel excedens illam, quæ a Pio V. præscribitur.*

94 *Subamplia, si populus id enixe postulet, & aliàs animarum cura præjudicium subeat.*

95 *Regimini parochialis Ecclesiæ unus Parochus est præficiendus.*

96 *Sacri enim Canones non patiuntur, ut una eademque Parochia a duobus Parochis in solidum retineatur.*

Cum absurdum sit duo capita, duosque Rectores in ea remanere. Ibidem.

97 *Parochus singularis nullum admittit consortium.*

98 *Parochus in Ecclesia suo regimini commissa, privativum habere debet curatum exercitium.*

99 *Tolerabilius est Parochum habere duas Parochias, quam duos Parochos in una, eademque Parochia constitui.*

100 *Eodem modo, quo tolerabilius est, ut unus Episcopus duas principales Ecclesias, seu diœceses retineat, quam, ut duo Episcopi monstruose resideant in uno Episcopatu.*

101 *Quando animarum cura imminet alicui Capitulo, vel Collegio, non omnes Canonici dici possunt Parochi, sed solus Canonicus, vel Presbyter, qui a Capitulo, vel Collegio fuerit ad curæ, & parochialium functionum exercitium destinatus.*

102 *Immo quando animorum cura in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, habitualis penes Capitulum, sed collegialiter residet, ita ut debeat Vicarium deputare pro actuali cura, si talem personam*

sic

sic a Capitulo deputatam excipias, Dignitates, Canonici, uti singuli considerati, neque habitu, neque actu dici possunt Curati.

103 *Quando præter Vicarium alii acciti, addictique sunt Cappellani pro actuali cura, actualis cura dicitur residere penes Vicarium, non penes Cappellanum.*

104 *Absurdum est, quod eadem Ecclesia, quæ unum habet sponsum, videlicet Vicarium, seu Parochum, plures obtineat sponsos, seu Parochos.*

105 *Cappellani in adjumentum Parochi destinati non sunt considerandi, nec per illos Ecclesia regitur, ac repræsentatur, sed per solum Parochum.*

106 *Tolerabile non est, quod Parochiani pluribus Rectoribus obediant, & quod una, eademque Ecclesia sit duorum, vel plurium in solidum.*

107 *Quandoque tamen contingit, ut duo Parochi unam, eandemque Parochiam, eodemque tempore actu exerceant; remanente penes tertium jure formali ejusdem Parochiæ.*

Ita ut nullus ex hisce Parochis proprie Parochus dici valeat. Ibidem.

108 *Quando nova Parochia filialis in adjumentum matricis erigitur, non desinit Parochia esse individua.*

109 *Quia talis Parochia non est vera Parochia, sed simplex Vicaria, seu curata Cappellania in Parochiæ adjumentum permissa.*

110 *Proinde in hisce casibus non læditur Sacrorum Canonum dispositio, prohibentium, ut uno remanente beneficio duo ipsius possessores in solidum evadant.*

111 *Quando Vicaria, seu Parochia filialis erigitur, fit tantum dismembratio quoad curam actualem.*

112 *Contingit interdum, ut duo Parochi in solidum, æqualique jure uni, eidemque Ecclesiæ regendæ præficiantur.*

113 *Reductio duorum Parochorum ad unum tantum, cum onere retinendi Cappellanum ab Episcopo approbandum, fuit a sacra Congregatione Concilii denegata.*

Sed præscriptum fuit, ut Episcopus incumberet exerceri animarum curam dietim per utrumque Parochum, sublata alternativa, factaque massa communi ex incertis emolumentis æqualiter dividendis. Ibidem.

PArochialis rei uberrimam, ac elegantem quidem, sed arduam nimis, variisque involutam difficultatibus tractationem suscipimus, sub cœlestis tamen luminum Patris, & divini bonorum omnium largitoris auxilio, felicem ad exitum, ut firmiter speramus, perducendam, cum a solo Deo, a quo omne opus est inchoandum, quotquot
1 occurri possunt, difficultatum resolutio sit attendenda, *per text. in Can. Paulus cauf.* 1. *quæst.* 1., *Can. Non liceat cauf.* 26. *quæst.* 5., *L. In nomine Domini Cod. de offic. Præf. Præt. Affric.*, ubi Imperator hæc habet: *Per ipsum multas difficultates superavimus*: ac alibi apud *de Angelis in tract. de Confessionib. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 1. & 2. Pa-
2 rochia igitur, græcum vocabulum, ita latine solet nuncupari, quasi partitio curæ *ad tex. in Can. Ecclesias cauf.* 13. *quæst.* 1., *Gloss. in cap. Licet Canon, verbo Parochialibus, de elect. in* 6. *ibique Geminian. num.* 4., *Abb. in cap. De multa sub num.* 24. *col. final.* de

de præb. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 31. in addit. sub num. 23. litt. A, Barbos. de offic. & potest. Parochi part. 1. cap. 1. num. 16., Rota decis. 52. n. 12. part. 2. divers., & decis. 43. num. 11. par. 15. recent. Eo quod Rector Ecclesiæ, sive Parochus curam Animarum totius populi habeat, intra certos, distinctosque suæ Parochiæ limites congregati: *cap. 1. de Cappell. Monach., cap. Cum singula de Præb.* 3
in 6., Geminian. in cit. cap. Licet Canon n. 4., Rebuff. in concord. litt. de collat. §. Statuimus, verbo Porochiales, Gonzal. ad reg. 8. hodie 9. Cancell. Gloss. 6. num. 39. 99. Seu eo quod cuique Parocho 4
certa pars Civitatis, vel cauri assignetur in divinis curandi: *Abb. in dict. cap. De multa loco cit., Pacian. dict. annot. in fin. litt. A.*

Parochiæ vocabulum apud Gentiles veteres fuisse usitatum, nobis suppeditat exemplum inter cæteros *Cicero in lib. 13. epist. ad Attic.*, in illis verbis: *omnino enim Sextius noster Parochias publicas occupavit*: de qua *Marc. Ant. de Marsil. in cap. 12. de Ecclesiast. reddit.*, ac plene *Glossa in L. fin. ff. de munerib., verbo Hinc Curatores, vers. Hinc Xenoparochi*. Erant istæ Parochiæ loca quædam publica, ubi hospitii causa Peregrini, vel Legati missi, & Magistratus iter habentes recipiebantur, quibus sal, ligna, & cætera necessaria suppe- 6
ditabantur a certis, designatisque personis, huic muneri specialiter addictis, quæ a Porphyrione Copiarii vocantur, quia rerum omnium copiam subministrabant, communiter tamen Parochi, vel Xe- 7
noparochi nuncupabantur, ut in *dict. L. fin. §. Hi quoque ff. de munerib. & honorib., ac Horat. in lib. 1. serm. seu sat. 5.* ubi hæc habet

Proxima Campano Ponti, quæ Villula tectum
Præbuit; & Parochi, quæ debent ligna, salemque.

Tum *Glossa ad eadem Horatiana Carmina, verbo Parochi*, & altera *Glossa in dict. L. fin. verbo Hinc Curatores, vers. Hinc Xenoparochi, ac in dict. annot. ad Pacian. de Probat. litt. A. vers. Sed certe.*

Ex hisce Gentilium Parochiis Parochias in Ecclesiis fuisse derivatas nonnulli autumant, inter quos *Landin. relatus in dict. annot.* 8
ad Pacian. cit. vers. Sed, qui, ducta similitudine, ait Parochias dici illas Ecclesias, quæ suis Parochianis panem cœlestem, ideft Sacra- 9
menta tribuunt. Sed ferendum minime est, nostrarum Parochiarum derivationem ab hisce fontibus usurpari. Si enim ad Divi Augustini recurramus auctoritatem in suis aureis libris *de Civit. Dei*, quos Cassiodor. Senat. *in lib. instit. cap. 16.* jubet *infastidibili sedulitate percurramus*, ut referunt *Patres Congreg. S. Mauri in præfat. in* 10
tom. 1. de Civit. Dei §. Volumus, vers. Jubet, adparebit apud primos Ecclesiæ Christianos Parochias fuisse jam usu receptas; quas tamen Parœcias nuncupabant, quemadmodum apud nos promiscuo 11
nomine & hodie usurpantur: quod græcum Parœciæ vocabulum idem sonat atque accolarum conventum, seu habitationem, & curam

12 ram ad notata *per Gloss. in dict. L. ult. cit. vers. Hinc Xenoparochi*,
ac in specie *Barbos. dict. cap. 1. num. 16.*

Refert laudatus Doctor *in lib. 14. cap. 24. §. 2. vers. Presbyter*,
memorabile factum cujusdam Parochi Ecclesiæ Calamensis, quod
omittere nefas judicavi, etsi priora tantum verba nostro inserviant
13 proposito: *Presbyter*, inquit Sanctus, *fuit quidam nomine Restitutus
in Paræcia*, (non Parochia, ut legitur in cit. *Glossa ad L. ult. ff. de
munerib. & honor.*) *Calamensis Ecclesiæ, qui quando ei placebat*, (*ro-
gabatur autem, ut hoc faceret ab eis, qui rem mirabilem coram scire cu-
piebant*) *ad imitatas quasi lamentantis cujuslibet hominis voces, ita se
auferebat a sensibus, & jacebat simillimus mortuo; ut non solum velli-
cantes, atque pungentes minime sentiret, sed aliquando etiam igne admo-
to, sine ullo doloris sensu nisi postmodum ex vulnere: non autem obni-
tendo, sed non sentiendo non movere corpus eo probabatur, quod tamquam
in defuncto nullus inveniebatur anhelitus: hominum tamen voces, si clarius
loquerentur, tamquam de longinquo se audire postea referebat*: Calama
autem, de qua hic loquitur D. Augustinus, non Phœniciæ oppidum
14 est, ut credidit *Ludovicus Vives*, sed Affricæ, inter Hipponem, &
Cirtam situm, de quo frequentissime Doctor differit; ut observant
dd. Patres Congreg. S. Mauri ad eundem locum litt. C.

Jam nemo non percipit de Parochiarum antiquitate non esse du-
15 bitandum. Verum quamquam istam Doctores admittant præsertim
Vanespen. in jus Eccles. univ. part. 1. tit. 3. cap. 1., non tamen con-
16 veniunt circa tempus, e quo illarum Institutio sit eruenda. Sunt
numero plures, qui a sæculo Ecclesiæ tertio illam repetentes, Dio-
nysio Pontifici attribuunt, in probationis argumentum adducentes
17 Gratiani auctoritatem, *in Can. Ecclesias caus. 13. quæst. 1.* ab ejusdem
Dionysii decretali Epistola ad Severum Episcopum Cordubensem
directa, quæ integra habetur apud *Labbeum in tom. 1. Conciliorum
edit. Venet. 1728. sub eodem Dionysio Papa ad annum 258. pag. 850.
& seqq.* In ea decretali Epistola secunda, *cap. 2.*, de Parochiarum
distinctionis modo interroganti Severo Episcopo ita Pont. respondit,
ut videre est in d. Gratianeo Canone: *Ecclesias singulas singulis Presby-
teris dedimus, Parochias, & Cœmeteria divisimus, & unicuique jus
proprium habere statuimus, ita videlicet, ut unus alterius Parochiæ
terras, terminos, aut jus non invadat; sed unusquisque suis terminis sit
contentus*; Qui hanc Dionysio Parochiarum institutionem, seu di-
stinctionem tribuunt, inter illos recensetur Summus Pontifex In-
nocentius III. in *cap. Pastoralis de iis, quæ fiunt a Prælatis*, ibi:
Præterea quæsisti, (*cum auctoritate Dionysii fuerint Parochiæ limita-
tæ*) quem sequitur *Abb. in eod. cap. Pastoralis, Glossa in d. L. ult.
ff. de munerib. & honoribus, d. verb. Hinc Curatores*, & in *eod. cap.
Pastoralis, verbo Dionysii*; *Navar. in Can. Placuit num. 3. & seq.
de*

de pæn. dist.6., Just. de visit. lib.1. cap.2. quæst.2. num.1. Suarez de relig. tom.1. tract. de decal. lib.1. cap.21. a num.4. Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.8. num.18., & alii plures *apud Barbos. de offic. & potest. Parochi d. part.1. cap.1. num.18. Pignatell. consult. canon.73. num.31. in fine, tom.8., Vrtad. resol.9. num.3. & 4., ac Rota cor. Coccino decis. 668. num. 18., & cor. Andrea in Conchen. decimarum dell' Infantado 7. Febr. 1618., tum Summus Pontifex* feliciter regnans *CLEMENS XIII. in Barchinonen. jurium Parochialium, 2. Decemb.* 1735., inter ejus impressas *decis.* 239. *sub num.* 10. *vers. Quandoquidem, & sub num.*11.

Alii viceversa fatentur quidem a Dionysio Papa fuisse factam Parochiarum institutionem, distinctionemque, sed hanc fuisse veteris renovationem. Asserunt enim Evaristum Pontificem, qui 18
sæculo Ecclesiæ secundo vivebat, & quintus a Petro numeratur, instituisse, ac distinxisse Parochias, tunc cum Titulos Presbyteris in Urbe Roma distribuit, ut legitur in *libro Pontificali Papæ Damasi*, relato *a Labbeo in d. tom.1. Conciliorum ad annum* 110., *pag.* 852., sed hanc Parochiarum, seu Titulorum distinctionem sub Valeriani Imperatoris persecutione suppressam, laudatum Dionysium feliciter restituisse, ut notat *Faguan. in dict. cap. Pastoralis num.* 2. ibi: *Constat hanc Parochiarum distinctionem non primum a Dionysio, sed ab Evaristo factam fuisse. Verum cum in persecutione Valeriani publico edicto Christiani ab Ecclesiis arcerentur, eorumque conventus in Cœmeteriis prohiberentur, Ecclesiarum, Parochiarum, & Cœmeteriorum confusio facta est. Sed Valeriano vita functo, & restituta per Gallienum pace Ecclesiæ, & libera facultate adeundi Cœmeteria Dionysius Ecclesias Rectoribus propter martyrium, & exilium spoliatas singulis Presbyteris dedit, iterumque Parochias, & Cœmeteria divisit*: tum *Binnius in suis notis ad Labbeum sub d. Dionysio, in ejusdem Pontificis Epist. secunda, Baron. ad annum* 57. *num.*101., *& ad annum* 270. *num.* 17., *Card. Petra ad Constit.* 2. *Gregor. XI. num.* 13. *vers. Verius, Filesac. de orig. Paroch. cap.*4., *Daniel de Nobil. select. controv. disput.*44., quam ad rem legere quoque est *folium Sacræ Congregationis Concilii*, 12. *Martii* 1729. *in causa Eugubina jurium Parochialium in princ.*, *Tom.* 4. *thesauri resolut. pag.*273.

Sed quod attinet ad Dionysii factum circa Parochiarum distin- 19
ctionem ad exclusionem tum primæ, tum secundæ Doctorum opinionis, nihili habendum fore, eruditi homines declarant. Nemo enim ignorat hanc Dionysii decretalem Epistolam, eodem modo, quo primam, de Parochiarum distinctione, omnino esse a Canonicis monumentis explodendam, atque suppostititiam, quemadmodum notat *Vanespen in jus Eccles. univers. tom.*1. *tit.*3. *cap.*1. *sub* 20
*num.*1. *vers. Verum*, ac *Pagius in suis notis ad Baronium ad annum*

Christi 270. *n*.17. ibi: *Epistola Dionysii Papæ de divisione Parochiarum ad Severum Episcopum Cordubensem viris doctis supposititia creditur. Incipit enim verbis Leonis I. epistola* 24. *secundum antiquum ordinem*: Olim,& ab initio tantam percepimus a B.Petro Apostolorum Principe &c. *continetque varia loca ex S. Gregorio Magno desumpta. Sed hanc, similesque Romanorum Pontificum epistolas supposititias esse a viris doctis probatum*: Quibus accedit Præceptor meus clarissimus Berardi, qui Augustæ Taurinorum in florentissimo Regio Sabaudo Athenæo Sacros Canones summa cum laude publice interpretatur, in suo opere: *Gratiani Canones, Genuini ab apocryphis discreti &c. edit. Taurin. tom.*2. *cap.*23.

Nec in contrarium adducatur hanc Dionysii decretalem alicujus momenti esse habendam, eo quod in Gratianeo Decreto conti-
21 neatur. Nam præter quam quod jam satis liquet citatum vulgatissimum Canonem *Ecclesias caus.*13. *quæst.*1. nihil aliud præseferentem, quam dictam supposititiam Decretalem, tanti esse ducendum, quanti eadem Decretalis ducatur; exploratissimum est apud omnes, quod Gratiani Decretum, quemadmodum privata auctoritate com-
22 pilatum, auctoritatem per se non tribuit in iis, quæ in eo continentur; ut præ cæteris tradunt *Antonius August. in dialogo* 3. *lib.* 1. ubi illis illudit, qui ab Eugenio III. confirmationem repetunt, *tum*
23 *Boet. Epo. in lib.* 2. *de jure sacro num.* 134. de Eugenii Confirmatione,ubi notanda illa verba = *In propriis autem Gratiani verbis nihil esse majoris auctoritatis, quam quantum ratio, & æquitas per sese patiantur, cum non plus tribuatur (in solis quidem suis) Gratiano, quam Interpreti cuiquam alteri* = *ac Berardi in cit. Opere, Gratiani Canones &c. observ.* 12. *de Gratiani operis receptione, vers.*
24 *Adeo autem*, ubi in fine opinionem illorum, qui asserunt a Gregorio XIII. fuisse approbatum, rejiciendam fore docet, ita concludens: *Si quis aliquid ex Gregorio XIII. ad hanc rem deduci posse forsitan existimaverit, caveat ille, ne emendationis curam, quam Summus ille Pontifex alacriter suscepit, cum ipsa, de qua loquimur, Codicis confirmatione, vel adprobatione confundat*: ac demum, reliquis omissis, *Benedictus XIV. in sua aurea Constit.*2. *Singulari nobis* §.9. *tom.*3. ibi: *Decretum Gratiani, utpote auctoritate privata compilatum, auctoritatem per se non tribuit his, quæ in eo continentur.*

Isti Tituli, ab Evaristo Presbyteris in Urbe Roma distributi, quos Ecclesias passim Doctores appellant, *Baron. ad annum* 112. *num.*4. *& seq.*, *Thomassin. de vet. & nov. discipl. part.*1. *lib.*2. *cap.* 21. *num.* 11., *ac alii plures*, erant sacræ ædes, seu domus quædam
25 divino cultui mancipatæ, in quibus Christiani sacras synaxes agere consueverant: ut *Severin. Binnius in suis notis ad Labbeum dict. tom.*1, *in vita Evaristi verbo Hic Titulos pag.*534. *& seq.* ibi: *Titulorum*

*lorum nomine intellige domos divino cultui mancipatas, in quibus Chri-
ſtiani ſacras ſynaxes agere conſueverant* : & in fine, ibi = *Cum igitur
Religio Chriſtiana in diem majoribus incrementis augeretur, pluresſ-
que domos ſacras, ſive Titulos requirerent, plures inſtitutis & inter
Presbyteros certos certis Titulis adſcriptis, diviſi ſunt* = *ac Baronius
ad an.* 112. *num.* 5., ibi: *Haud tamen dubium per Titulos accipi domos
divino cultui mancipatas, in quibus Chriſtiani ſynaxes agere conſueve-
rant*. Unde vero acciderit, ut iſta loca ſacra, quæ nos Eccleſias
nuncupamus, a primis Chriſtianis Tituli dicerentur, a Baronio ad-
ducuntur rationes, quarum tutior hæc eſt: quia, qui dictis Titulis 26
Presbyteri adſcribebantur, ab illis nomen, & Titulum accipie-
bant, & eorundem locorum Presbyteri dicebantur, ubi concor-
dat *Thomaſſin. d. part.* 1. *lib.* 2. *tit.* 21. *num.* 11., & *Severinus Bin-
nius in ſuis notis ad Labbeum in vita S. Evariſti, d. verbo Hic Titu-
los, pag.* 354. & *ſeq.*

Quod de Dionyſio dictum fuit, de Evariſto quoque dicendum eſſet,
ſi Titulorum, quos noſtri Eccleſias, vel Parochias nominant, inſti-
tutio, ſeu diſtinctio erueretur ex ejus decretalibus Epiſtolis: eo 27
quod, duæ Epiſtolæ decretales quæ Evariſti nomine circumferun-
tur, ſuppoſititiæ ſint, atque explodendæ: quemadmodum tradit
Pagius in ſuis notis ad Baron. ad an. 121. *num.* 1., ubi alias hac de re
adducit auctoritates, ac *Berardi in ſuo citato Opere: Gratiani Ca-
nones genuini ab apocryphis diſcreti &c. tom.* 2. *cap.* 3. Quod ſi dixeris
hanc Titulorum diſtinctionem ex eodem libro Pontificali Damaſi 28
Papæ deduci, ex quo rejecta Parochiarum diſtinctio Dionyſio tri-
buta depromitur; ſtatim in promptu reſponſio, nec librum Pon-
tificalem Damaſi Papæ habere aliquod momentum, & veritatis
principium eo in capite, ubi de Parochiarum diſtinctione Dionyſio
tradita diſſeritur, ſed eo in capite, ubi de Evariſto loquitur quoad
Titulorum diſtinctionem, non eſſe dubitandum, ac per conſequens
illius auctoritatem hac in parte, quippe qua ſeparata, non poſſe
denegari, atque ſubverti, argumento ducto ab illo juris principio,
quo edocemur in iis, quæ dividua ſunt, & ſeparabilia, utile per
inutile non vitiari: *cap. Quod debet de reg. jur. in* 6. §. 5. *Inſtit. de* 29
inutil. ſtipul., §. 5. *Inſtit. de verb. oblig.*, *L.* 7. *ff. de recept.*, *Paſ-
ſerin. in cap. ult. de pœnit. & remiſſ. quæſt.* 85. *num.* 619. *in fine, ibi-
que Franc. num.* 4. *Rota cor. Lancetta deciſ.* 411. *num.* 3., *in Tuden.
Parochialis de Teuton, ſuper pertinentia patronali*, 14. *April.* 1755.
§. 10. *cor. Amadeo*, & *Ferrarien. teſtamenti*, 7. *April.* 1758. §. 16.
& 25. *cor. Herreros*.

Ex præjactis jam primam Parochiarum ſpeciem, atque imagi-
nem præ oculis haberi nemo non percipit: ſed mutatis rerum vici-
bus, atque Eccleſia, quæ tandiu ingemuerat, Imperatoris Con-

stantini beneficentia, liberalitate, religioneque, ad optatissimum libertatis portum feliciter appellente, non, ut anteactis temporibus, in privatis domibus, sed in publicis ad æterni Numinis honorem, gloriamque erectis Templis liberum Divini cultus exerci-
30 tium haberi, explicarique incœpit. Quam ob rem inter varias D. O. M. sacras Ecclesias, aliæ fuerunt erectæ, Parochiarum nomine designatæ, in quibus animarum cura a certis Presbyteris de die in diem excrescenti fidelium populo exerceretur. Quod Romæ primum atque Alexandriæ factum fuisse aperte colligitur ex Inno-
31 centio I. *in ejus Epist. ad Decentium Eugubinum Episcopum*, de Urbanis Parochiis, quas Titulos vocat, loquente, tum *ex Epiphanio hæresi 68. num.4., ac 69. Ariamanitar. lib.2. tom.2. adversi hæres. num 1.*, ibi: *Etenim quotquot Alexandriæ Catholicæ communionis Ecclesiæ uni Archiepiscopo subjectæ, suus cuique Præpositus est Presbyter, qui Ecclesiastica munera iis administret, qui circa Ecclesias illas habitant, eorumque conventicula Vici, seu Lauræ ab Alexandrinis vulgo nominantur*: ac *num.2.*, ubi hæc habet: *Cum autem singuli commissum sibi populum per statos, & solemnes conventus publice docerent &c.* concordant *Eusebius histor. lib.7. cap.24., Thomassin. de vet. & nov. discipl. part.1. lib.2. cap.21. num.11. in fine, & c.22. num.1. & 2., Vanespen. in jus Eccles. univ. tom.1. tit.3. cap.1. n.2. & seq., Jo. Andreas Tria Archiep. Tyri in suo Opere: Memorie storic. civili ed Ecclesiast. lib.4. cap.1. §.2. in principio.*

Post Urbanas tum Romæ, tum Alexandriæ erectas Parochias, cœperunt quoque sub finem ejusdem quarti sæculi, vel initio quinti, rurales erigi, in villis nempe, & pagis tum Romanis, tum Ale-
32 xandrinis, ita Christianæ Religionis cultu, atque fidelium numero adaucto expostulantibus, cuique Parochiæ certo, ac peculiari Pastore assignato pro Christiana plebe regenda: ut eruitur *ex S. Athanasio in Apol.2.*, ubi sic loquitur: *Mareotes ager est Alexandriæ, quo in loco nunquam Episcopus fuit, immo nec Chorepiscopus quidem, sed universæ ejus loci Ecclesiæ Episcopo Alexandrino subjacent, ita tamen ut singuli Pagi suos Presbyteros habeant. Sunt autem Pagi isti maximi decem numero, aut aliquando plures. Pagus autem, in quo Ischyras habitat, minimus est, & paucissimorum hominum, adeo ut non ibi, sed in proximo Pago Ecclesia sit constituta*: idemque notant *Vanespen. loco cit. num.2. 3., Thomassin. d. cap.22. num.1. 3. & 10. Archiep. Tria d. cap. 1. §.2. in princ.*

33 Quæ cum ita sint, Doctores illi, qui Parochiarum Institutionem a sæculo Ecclesiæ quarto repetunt, Parochias intelligunt in suo proprio sensu, propriaque forma consideratas. Adhuc Parochiæ in aliis Catholici Orbis partibus desiderabantur, hinc in majoribus Civitatibus, deinde in cæteris quoque locis tum Urbanæ, tum rurales

les ſucceſſivis temporibus, prout neceſſitas expoſtulabat, fuerunt 34
erectæ, inſtitutæque, juxta ea, quæ tradit *Thomaſſin. dict. cap.21. num.11. & cap.22. num.10., & Archiep. Tria in cit. Opere cap.1. §.2. in princ.* Verum, quanquam Parochiarum numerus Tridentini Concilii temporibus copioſus haberetur, nondum tamen in ſin- 35
gulis Civitatibus, villiſque erectæ reperiebantur: quemadmodum liquet *ex ſeſſ.24. de ref. c.13. in fine*, ubi præſcribunt Patres in illis quoque quam celerem inſtitutionem ab Ordinariis peragendam, 36
ibi: *Idemque in iis Civitatibus, ac locis, ubi nullæ ſunt Parochiales, quam primum fieri curent, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.*

Nondum pariter erant Parochiæ ſingulæ certis circumſcriptæ limitibus, neque a proprio, peculiarique Parocho, ſed promiſcue Sacramenta variis in locis adminiſtrabantur: cautum proinde ab 37
iiſdem Tridentinis Patribus, ut Epiſcopi hiſce in caſibus diſtincto populo in certas, propriaſque Parochias, unicuique ſuum perpetuum, peculiaremque Parochum aſſignarent, a quo ſolo Sacramen- 38
ta licite ſuſciperent, aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exigebat, providerent: ut videre eſt *in ſeſſ.14. cap.6. & d. ſeſſ.24. cap.13. verſ. In iis, de refor.* Hæc tamen Tridentini Concilii Sanctio circa Parochias certis circumſcribendas limitibus, ita temporum, locorumque adjunctis expoſcentibus, non fuit ubique executioni demandata; quemadmodum hodierna quoque demonſtrat 39
experientia, ubi plurimæ habentur etiam veræ, propriæ, atque independentes Parochiæ, quæ nullum habent territorium, ſed per familias diſtinguuntur, exemplo ducto a Civitate Tolentina, ut liquet *ex folio Sacræ Congregationis Concilii in Tolentina juris ſepeliendi, 11. Aug. 1753., tom.22. theſ. reſolut. pag.63.*, in qua Civitate tres habentur parochiales Eccleſiæ, ſingulæ tamen ab im- 40
memorabili diviſæ abſque territorio certis deſignato limitibus, ſed per domos & familias, & Parochi perſonis, atque familiis propriæ Parochiæ Sacramenta adminiſtrant. Cætera omittimus exempla, quæ fuſe de Parochiarum erectione agentes, in medium adducemus, demonſtraturi territorium, ſeu confinium, & ambitum per limites conſtitutum, eſſe quidem convenientem, atque utilem, non vero eſſentialiter neceſſarium.

Sed hic ſciendum, ſi a ſuſcepto itinere licitum eſt paulliſper recedere, quod antiquis Eccleſiæ temporibus, etſi maxima fidelium multitudo jam haberetur, Parochiarum tamen numerus admodum erat exiguus: quod aperte deducitur ex auctoritate *Card. de Luca de Paroch. diſc.41. num.6., & Card. Albitii in ſua diſceptatione impreſſa apud eundem Card. de Luca poſt titulum de juriſdictione*, qui aſſerunt, quod in Urbe Romæ viginti quinque Parochiæ tantum 41
nume-

numerabantur, tametſi animarum numerus longe major eſſet;
42 quam hiſce temporibus. Roma enim, teſte *citato Card. de Luca*,
adeo erat plena populo, ut pene majorem animarum numerum
haberet, quam nunc ipſa Italia. Ratio autem hujuſmodi parvi numeri
Parochiarum in propatulo exiſtit. Olim enim quanquam
aliæ haberentur Parochiæ, in ſola tamen Cathedrali Eccleſia, ad
quam omnes baptizandi proficiſci debebant, Fons Baptiſmalis re-
43 tinebatur, *Card. de Luca loco citato*, ac plene *Catalanus Presbyter
Oratorii Sancti Hieronymi Charitatis, in ſuis eruditis Commentariis
ad Pontif. Roman. tom. 2. tit. 1. de benedictione, & impoſitione
primi lapidis pro Eccleſia ædificanda*, §. 1. *num.* 27. ubi refert
auctoritatem *D. Gregorii Nazian. orat.* 40. Quod deinde factum fuit
commune ſingulis Civitatibus pro commodo fidelium totius Civitatis,
ut videlicet unus tantum Fons Baptiſmalis in majori, ſeu ma-
44 trice Eccleſia retineretur: *Thomaſſin. de vet. & nov. diſcipl. d. par. 1.
lib. 21. num. 8. Card. Petra ad Conſtit. 2. Gregorii XI. n. 18., Panvin.
in opuſc. de ſeptem Urbis Eccleſ., Catalan. loco cit. n. 28. Franc.
de Eccl. Cathed. cap. 19. num. 22. ac Rota cor. Caniliac in Ravennaten.
jurium Parochialium* 11. *Martii* 1746. *in princ.*

Nec ſingulis diebus, aut horis, juxta hodiernam diſciplinam,
Baptiſmatis Sacramentum miniſtrabatur, ſed bis tantum certis,
ſtatiſque anni temporibus, videlicet Sabbato Sancto Paſchatis, &
45 Pentecoſtes, quemadmodum apertiſſime eruitur *ex cap. Non ratione*
11., *& cap. Duo ſunt* 12. *de conſecr. diſt.* 4., ac *Catalan. in cit.*
§. 1. *num.* 29. Non vero Dominica in Albis, ut inquit *Card. de
Luca dict. num.* 6. Hinc turmatim, & maximo in numero ad
plura etiam quandoque hominum millia, habita fœminei, &
virilis ſexus ſeparatione, in ſacro regenerationis Fonte abluebantur:
Auguſt. lib. 22. de Civit. Dei cap. 8., *D. Gregor. Nazian-
46 zen. in dict. ſua orat.* 40., in qua monet divites, patritios, & dominos,
ne alienum a dignitate ſua ducant una cum pauperibus,
ignobilibus, & ſervis baptizari, *Catalan. d.* §. 1. *num.* 29. ubi exempla
refert copioſiſſimæ eodem tempore baptizatorum multitudinis,
ac Card. de Luca dicto num. 6. Sed mutato ſtylo circa cultum, & adminiſtrationem
Sacramentorum, ac præſertim baptiſmatis, ne-
47 ceſſariæ fuerunt novæ Parochiarum erectiones: ut concludit laudatus
Card. de Luca d. num. 6.

Ex hactenus enarratis percipere quiſque jam potuit, quid circa
Parochiarum naturam, atque indolem ſentiri, judicarique valeat.
Nonnulla tamen ſpecialiter hic exponemus, cæteris data
opera omiſſis, quæ ex ſequentibus titulis paſſim erui, ſupplerique
poterunt. Ac primum notandum, quod Parochia ſi a loco, ſeu
mate-

materialiter sumatur, dici vulgo solet locus ille, in quo degit Populus alicui Ecclesiæ destinatus, certis restrictus finibus: seu totus ille ambitus, quo Plebs eidem Parochiæ deputata continetur: 48
ut tradunt *Card. Tusch. tom.7. litt.P. conclus.94. num.1. Roman. cons.356. in princ.*, *Mantic. decis.48. num.1.* Parochiæ enim ambitum claudit finium circumscriptio, & populum intra certos fines constitutum proprio subjicit Rectori, ut in casu, de quo agebatur, 49
declaravit *Rota cor. Card. Calcagnino in Sabinen. jurium Parochialium*, 8. *Maii* 1733. §. *Comprobat*.

Si a populo, seu formaliter Parochia sumatur, non dicam definiri, cum definitiones in Jure periculosæ sint, *per textum in L.* 50
203. *ff. de reg. jur.* sed describi potest, incolarum cœtus, seu aggregatio populi certis circumscripti limitibus, peculiari Ecclesiæ destinati, sub uno, eodemque singulari, perpetuoque Pastore Sa- 51
cramenta suscipientis, & istius liberæ curæ, ac privativo regimini specialiter commissi, addictique. Quod si Parochiæ nomine, quod infrequens non est, Parochialis Ecclesia intelligatur, *cap. Quando* 52
*Presbyteri distinct.*28., *ibique Geminianus num.*2., dicam parochialem Ecclesiam illam esse, quæ a cæteris sejuncta, certum habet populum, certos intra limites constitutum, propriumque retinet Parochum, qui præter fori pœnitentialis illimitatum usum, animarum curam independenti, suoque, & privativo jure ad liberum exitum perducit: quemadmodum eruitur ex iis, quæ apud *Gon-* 53
*zalez habentur in reg.*8. *Canc. glossa* 6. *num.*97., *Abbat. in rubric. de Paroch.*, *Rotam cor. Crispo dec.*353. *n.*1., *cor. Card. Caprara in Constantien. Parochialitatis, seu reintegrationis Parochiæ*, 27. *Febr.* 1747. §. *Siquidem*, *& in Valentina jurisdictionis super manutentione* 26. *Jun.* 1754. §.8. *& seqq. cor. Figueroa*, *&* 10. *Maii* 1755. §.8. *& seqq. cor. eodem Figueroa*, ac alibi passim.

Nunc ad Parochiarum naturam, ubi parum immorabimur, descendamus. Hanc e quatuor velut principalioribus Fontibus eruendam esse existimarem, ex illarum videlicet perpetuitate, libertate, singularitate, individuitateque, *ad Concil. Trident. sess.* 7. 54
*cap.*4., *sess.*24. *cap.*13., *vers. In iis*, *& cap.*17. *& sess.*25. *cap.*9., in omnibus *de reformat.*, *cap. Cum non ignores de Præbendis, Extrav. Execrabilis eod. titulo*, *Rota decis.*524. *n.*1. *part.*1., *dec.*305. *n.*1. *part.*9. *rec.*, *cor. Card. Millino in Argentina Parochialium* 30. *April.* 1745. §. *Inconcussum*, *& cor. Emo Bussio in Camerinen. Prioratus*, 24. *Jan.* 1753. §.11. *post medium*. Ac primum, ad perpetuitatem quod attinet, de hac dubitandum non erit, quotiescumque præ oculis habeantur Sacrorum Canonum dispositiones, quibus cautum legitur, ut in Parochiarum erectione, pro perpetua illarum manutentione, & pro Rectoris sustentatione, Præbenda sive dos in 55
ali-

aliquo certo fundo, vel jure æquipollenti absolute constituatur *per textum in Can. Piæ cauf.16. quæst.7. Azor. instit. moral. part.1. lib. 9. cap.3. quæst.7. Lotter. de re benef. lib.1. quæst.31. num.2., Barbosa de offic. & potest. Episc. part.3. alleg.64. num.3.*, aliique communiter, ac *Rota cor. Herrera decis.2. num.16., cor. Ratto decis. 204. num.4.* ac alibi passim.

Hinc est, quod Parochiæ, vel alterius beneficii dos ex usu-
56 fructu minime potest constitui, nisi ususfructus vendatur, & pecunia in dotem erogetur: eo quod Ecclesiæ dos perpetua esse debeat: *cap. Nemo de consec. dist.1. Can. Placuit cauf.1. quæst.2., Lambertinus de jurep. part.1. lib.1. quæst.5. art.5. num.1. & seq.* Ususfructus enim, ut iis, qui primis Jurisprudentiæ elementis operam navant, compertum est, perpetuus nullo modo dici potest, cum ad solam
57 Usufructuarii vitam extendatur, ita ut isto mortuo, statim cum proprietate consolidetur *ad text. in L. Sub conditione 60. ibique glossa verbo Iuterierit, ff. de Usuf., & §. Finitur instit. eod. tit. Rota in Æsina immissionis super reservatis, 24. Jan. & 10. Jun. 1757. cor. Borrull. in utraque §.2.* Secus enim non Ususfructus,
58 sed proprietas diceretur, eo quod in Usufructu perpetuo inutilis efficitur proprietas, *arg. L. Si alii ff. de Usuf. leg. Lambertinus loco citato*.

Equidem versamur in materia beneficiorum Ecclesiasticorum, præsertim Parochialium, quibus perpetuum Parochi onus anne-
59 xum est, ac proinde, nemine non vidente, nil justius, nil magis naturæ, & rationi consonum effingi potest, quam ut pro illius congrua sustentatione dos perpetuo duratura constituatur: ubi enim
60 nulla dos, nulli fructus, nullaque onera haberi possunt, quod Parochiæ naturæ repugnaret, juxta ea quæ habentur *in folio Sacræ Congregationis Concilii in Tudertina 16. Jan. 1751. §. At Parochus tom. 20. thesauri resolut. pag.5.* Quod beneficiorum dotes debeant esse
61 certæ, perpetuæ, nullique obnoxiæ periculo, aperte firmat *per textum in Can. Placuit de consecr. distinct.1., Lotter. de re benef. lib.1. quæst.31. num.3.*, relat. *in folio S. Congregationis Concilii in Fanen. erectionis Canonicatuum, 22. Martii 1760. §. Ex his*, quod ab eadem Sacra Congregatione fuit quoque declaratum, dum hisce qualitatibus ab adversa parte negatis, ab altera vero sufficienter probatis, ad dubium: *An sustineatur erectio duorum Canonicatuum jurispatronatus in Ecclesia Collegiata Carticeti per Episcopum Fanen.* & quatenus affirmative: fuit ab Eminentissimis Patribus resolutum: *Affirmative, & amplius*: ut legere est in *tom.29. thes. resolut. pag. 57.*

Posita ergo hac Parochiarum perpetuitate, in necessariam dimanat consequentiam, quod si parochialis, curataque Ecclesia diruta

ruta fuerit, vel indotata, aliisve necessariis destituta remanserit, ab
iis, ad quos hoc onus pertinet, debet ad pristinum statum reduci, 62
ita ut, si ob Parochianorum, aliorumque, ad quos spectat, pau-
pertatem, inhabilitatemque, ad necessarium reædificationis, re-
dotationis, restaurationisve exitum nequeat perduci, liberam ha-
beant Episcopi diœcesani facultatem supprimendi Parochiam,
istamque ad viciniorem, seu matricem translatam, illi perpetuo uni-
endi, eo quod finis ille cessaverit, ob quem fuerat Parochia institu-
ta, erectaque: *cap. Sicut unire de excessib. Prel.*, *Concil. Trid. Sess.* 63
21. de reform. cap.5., *Turricell. de union. cap.6. num.18. & seqq.*
Rigant. ad regul. Cancell. 13. num.136. in med., ac *Sacra Congre-
gatio Concilii in Aquilana 19. April. 1712.*, *relata a Rigant. loco
cit.* ac præsertim *in Leopolien. unionis 1. Septemb. 1736. §. Perpe-
tuitas, tom.15. thesauri resol. pag.146.*, ac alibi passim, ut melius
videbimus in *tit. de restauratione Ecclesiarum parochialium*.

Ad libertatem Parochiarum gradum faciamus. Cum paro-
chialis beneficii, seu Ecclesiæ natura ex illius libertate deducatur,
velut plano alveo sequitur debere parochialem Ecclesiam territorii
separati prærogativa pollere, suaque insigniri spirituali jurisdictio-
ne a proprio Rectore privative exercenda ad firmata *a Rota coram* 64
*Card. Millino in Argentina parochialium, 30. April. 1745. §. Inconcus-
sum*, in quo concordant quæ passim habentur *in Barchinonen. ju-
rium parochialium 2. Decemb. 1735. cor. CLEMENTE XIII.*, inter
ejus impressas *decis.239.* Equidem statim ac Parochus particulari
alicui Ecclesiæ veluti suæ sponsæ conjungitur, & tanquam spiritua-
lis Pastor, præfigitur curæ, atque custodiæ distincti, & particula-
ris gregis, prout fieri debet, *ad textum in c. Cum non ignores 15. de* 65
præb. Rota cor. CLEM. XIII. d. decis.239. num.5., debet in ea Ec-
clesia liberum habere ac privativum exercitium administrandi Sa-
cramenta, & exercendi omnes actus, & functiones particulares in-
tra limites ei præfinitos, *per text. in cap. Dilectus de Cappell. Mona-* 66
chor., *cap. Statuimus*, *cap. In sacris caus.16. quæst.5. cap. Fraterni-
tatem de Sepulturis*, *Pignatell. consult. canon.103. num.15. Rota de-
cis.124. num.1. part.12.*, *decis.258. num.1. part.19. rec.*, *præter
cumulatas in d. decis.239. num.6.*

Ex quo fit, ut quotiescumque de unione illius Ecclesiæ pa-
rochialis, quæ libera esse debet, controversia enascitur, hæc unio
semper sit concludentissime probanda: secus enim præsumitur libe-
ra, nunquam vero subjective unita: ut prosequitur *Rota in d. Ar-* 67
gentina Parochialium 30. April. 1745. §. Inconcussum, cor. Millino,
ubi consonant quæ habentur *in Colonien. Parochialis 7. Febr. 1746.
§. Enim vero, cor. Emo Bussio*. Sed hæc Parochialis Ecclesiæ libertas ex
modo, quo illius dos assignari debet, satis commode cognosci quo-

que valet. Hæc enim dos, quæ Parochiæ essentiam, atque naturam sequitur, debet dum constituitur, esse omnino libera a quolibet tributo, & gravamine, præsertim sæculari, & pro solius Ecclesiæ
68 servitio, & juribus ecclesiasticis deservire: *cap.1. de censibus, ibique Doctores, Card. Petra ad Constit. 2. Paschalis II., sect.2. num.6. tom.1.* Istique annui fructus, & redditus libere, & propria auctoritate totaliter, & integraliter percipi debent a Rectoribus, quemadmodum de Cappellanis Curatis, in casu, de quo agebatur, di-
69 citur *in folio Sacræ Congregationis Concilii in Fanen. executionis decretorum Sacræ Visitationis, 20. Septembris 1760. §. Et ob eandem, tom.29. thes. resol. pag.186.*

De beneficiorum ecclesiasticorum, quæcumque ista sint, natura, atque indole, in illorum libertate constituenda, aperte lo-
70 quuntur Tridentini Patres *in sess.25. de reform. cap.9. in principio*, ubi expresse prohibent, ne illa in servitutem redigantur. *Sicuti legitima*, inquiunt Patres Tridentini, *patronatuum jura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est: sic etiam, ut hoc colore, beneficia ecclesiastica in servitutem redigantur, non est permittendum.* Sed hæc beneficiorum ecclesiasticorum natura illorum libertatem expostulans magis magisque patebit, integrum dicti Capitis 9. contextum attente consideranti, animoque suo revolventi.

Ad parochialis Ecclesiæ naturam oratione conversa, plusquam evidens est in illius singularitate necessario esse constituendam, cum ex Sacrorum Canonum dispositione nulli Parocho liceat duarum, vel plurium Parochiarum retentio, incompatibili-
71 tatem inducens, *per textum in Extravagant. Execrabilis de præb., Concil. Trident. sess.7. cap.4., & 5. de reform., & sess.24. cap.17. ibidem; Hostien. in cap. Dudum de elect., Garzias de benef. part.11. cap.5. a num.1., Ventrigl. in praxi part.1. annot.17. §.1. num.1., Card. de Luca de Jurep. disc. 13. num. 9. Rota decis. 524. num. 1. part.1., & decis.305. num.1. part.9. recent.* Cæterum, quamquam Parochus duo, vel plura nequeat beneficia parochialia, & curata
72 retinere, id tamen fallit, quando unum ab altero dependet, *Cap. Super eo, ubi Glos. & Franch. de præb. in 6., Ventrigl. §.1. num.13.* Seu quando Parochus duas retinet Ecclesias parochiales, in quarum
73 una habitualis, & in altera actualis cura exercetur, *Abb. in cap. de multa de Præb. sub num.24., Ventrigl. d. §.1. num.15. Staphil. de litt. grat. tit. de qualit. & stat. benefic. num.20. Cassador. decis.13. super regul. Cancell., Rota decis.179. num.2. part.2. rec.* Quod præsertim contingit in duabus Parochiis; quarum una sit matrix, altera vero filialis, seu dependens, ubi habitualis cura penes matri-
74 cem Ecclesiam, illiusque Rectorem remanet; *per textum in cap.3.*

Ad

Ad audientiam de eccles. ædif. ibique Abb. num.16., Barbosa ad Concil. Trid. sess.21. cap. 4. de reform. num. 7. & 11. Rota decis.193. num.1., decis.231. sub num.8. & 9. part.4. tom.4. rec., decis.95. num.3. cor. Herrera, & in Æsina Parochialis cor. Elephantutio, 28. April. 1752. §.2.

Nec dicas in una, eademque terminatione dari non posse duas Parochias promiscue exercendas, *can. Præcipimus caus.16. quæst.1.* 75
cap. Tua nos de Eccles. ædific., c. Cum non ignores de præb. Fargna de jurep. part.1. can.1. & 2. casu 2. num.19. Rota decis.281. num.11. part.15., decis.274. num.10. part.14. rec. Nihil enim impedit, quin justa de causa dari valeant duæ Parochiæ, & in utraque animarum cura exerceatur: dummodo una sit matrix, & altera filialis; *per* 76
textum in cap. Ex transmissa de præsumpt., Rebuff. de decimis quæst. 6. num.11., Card. de Luca de jurisdict. disc.30. num.5., Abb. cons.58. part.1. vers. Secundo possunt, Rota decis.258. num.7. & 8. part.1. rec. ac alibi passim. Quandoquidem Ecclesia parochialis filialis, non est vera Parochia, sed tantum permissa, erectaque in commodum, & adjumentum matricis, quæ unica adhuc remanet, & sic unum parochiale beneficium in titulum collativum, *ex notatis a* 77
Gonzal. ad reg.8. Cancell. glossa 5. §.6. num.64. Paris. de resignat. lib.8. quæst.9. num.93. & seqq. Rota decis.817. num.11. & seqq. cor. Molines, Nullius Provinciæ Ravennaten. 11. Febr. 1737. *§. At contrarium, §. Posito, & seqq. cor. Card. Calcagnino.* Neque tenetur Parochus in Ecclesia filiali residere, cum possit per Vicarium deservire; *cap. Extirpandæ §. Qui vero de præb., Add. ad Lap. al-* 78
leg.55. in fine, Ventrigl. d. §.1. num.13.

79 Idem dicendum, quando Parochus duas, vel plures retinet Parochias plenarie, & subjective unitas: quia tunc Parochiæ sic unitæ desinunt esse veræ Parochiæ, & illa tantum dicitur vera, & in titulum collativa Parochia, cujus favore aliarnm unio fuit permissa: nam per unionem subjectivam beneficium parochiale desinit esse tale, & beneficii nomen amittit, nec amplius est in titu- 80
lum collativum., ex notatis *a Corrad. in praxi benefic. lib.1. cap.6. num.263., Gonzal. ad reg.8. Cancell. glossa 5. §.7. num.7. & seq., Murga de benefic. quæst.3. dub.1. num.96., Piton. de controv. Patron. alleg.5. num.28., Rota cor. Molin. decis.771. num.24., cor. Card. Crescentio in Colonien. decimarum 29. April.* 1733. *§. Maxime*, inter ejus impressas *decis.233. num.8., & in Sedunen. unionis 4. Martii* 1757. *§.2. in fine, cor. Borrull.*

Quam ob rem etsi Parochia filialis, seu Vicaria, quando est perpetua, sit collativa in titulum, & beneficii ecclesiastici naturam 81
induat *ad text. in cap. Postulasti de rescript., Clem.1. de offic. Vic., Vanespen. in jus Eccles. univ. tom.2. tit.3. cap.1. num.27. & seq.,*

Rebuff. in praxi tit. de Vicar. perpet, , de quibus passim Sacra Congregatio Concilii, sed præsertim *in Brixinen. Vicariæ* 12. *Mart*. 1742. *confirmata* 12. *Jun*. 1743., *tom*.12. *thes. resol. pag*.103. Non inde tamen sequitur, quod matricis Ecclesiæ Parochus duo retineat beneficia parochialia, vel curata: sed unum parochiale habitu, &
82 actu, alterum vero curatum habitu tantum, remanente animarum cura actuali penes Vicarium, seu Rectorem Ecclesiæ filialis, ducto argumento a citata *Brixinen. Vicariæ*, quibus in casibus nulla potest oriri, quæ a Sacris Canonibus inducitur, incompatibilitas.

Fingatur insuper Parochianos a Parochia recessisse, eamque vel pestis occasione, vel hostilitatis metu, vel alia de causa reliquisse, eoque tempore Parochum aliam Parochiam obtinuisse, nul-
83 la in hoc rerum statu enascitur incompatibilitas, quia Parochia sic a parochianis derelicta, remanebit tantum habitu Parochia, ut notant *Azor. instit. moral. lib*.3.*cap*.12.*quæst*.6., *Gonzal. ad reg*.8. *Cancell. glossa* 6. *num*.84. *&* 90., *Selv. de benefic. quæst*.42. *per tot. Rota cor. Crispo decis*.277. *num*.17., *& decis*.353. *num*.8. At si contingat casus, quo Parochia tractu temporis ad actum curæ reducatur, incompatibilitas reviviscet, & sic unam tantummodo poterit
84 Parochus retinere, ut observat *de August. ad Quarant. in Summa Bullar. verbo Beneficium, vers. Nona causa*, *Ventrigl. dict*. §.15. *in fine*.

Dixi superius: *unum parochiale habitu, & actu, alterum curatum habitu tantum*: ut intelligatis inter parochiale, & curatum
85 beneficium non parum latere discriminis, pro ut notant *Fagnan. in cap. Cum in cunctis* §. *Inferiora num*.2. *ad* 10., *Rigant. ad regul*.1. *Cancell*. §.1. *num*.394., *Rota decis*.230. *num*.4. *&* 5. *cor. Molines*, Etenim beneficium curatum illud dicitur, cui animarum cura aliquo modo annexa, & commixta reperitur, ut ex verbis Concilii
86 Tridentini *sess*.23. *cap*.1. *de reform*. tenet *Moron. respons. moral*.67. *num*.3. 4. *&* 5., *Garz. de benefic. part*.3. *cap*.2. *num*.163. *& pluribus seqq*., *Gonzal. ad regul*.8. *Cancell. glossa* 5. §.9. *num*.17., *Ventrigl. in praxi rerum notab. d. part*. 1. *annot*.10. §.1. *num*.12. *& alii plures apud Rotam cor. Crispo decis*.277. *num*.14. At e contrario Beneficium, seu Ecclesia parochialis illa tantum dicitur, quæ singu-
87 lis requisitis illam constituentibus est insignita, *Rota decis*.277. *n*.6. *cor. Crispo*; seu cui habitu, & actu animarum cura, & libera Sacramentorum inhæret administratio per proprium Rectorem popu-
88 lo certis limitibus constituto peragenda, ex notatis a *Rigant. ad d. regul. Cancell*.1, §.1. *num*.391. *& Rota cor. Crispo decis*.221. *n*.1., *& in Valentina jurisdictionis*, 26. *Jan*. 1754. §.8. *& seqq. cor. Figueroa*, ac alibi, ut suo loco videbimus.

Hæc, de qua loquimur, a Sacris Canonibus inducta incompatibilitas,

bilitas, non solum habet locum, quando Parochus duo beneficia curata in titulos retinet, verum etiam si unum in titulum, & alterum in perpetuam commendam; *cap. De multa de præb. cap. Nemo de elect.*, *Concil. Trident. sess.7. de reform. cap.4.* ibi: *Seu commendæ perpetuæ*; *Hojed. de incompat. benefic. part.1. cap.14. a n.16.*, *Paris. de resignat. lib.3. quæst.1. num.110.*, *Gonzal. loco cit. gloss.5. §.8. a princ. & num.20. Azor. instit. moral. part.2. lib.6. cap.10. quæst.11. vers. Verum, & cap.13. quæst.13. Ventrigl. dict. annot.17. §.1. num.14. Rota cor. Fuscaro in Compostellana congruæ 19. April. 1727. §. Non subsistente.* Si vero provisio facta fuerit non ab Ordinario, sed a Summo Pontifice de beneficio in commendam etiam perpetuam, talis retentio nullam inducit incompatibilitatem, ut observat *Hojed. d. part.2. cap.4. num. 18. Ventrigl. d. n.4. in fine.* 89 90

Casus quoque est excipiendus, quando Parochus præter beneficium parochiale in titulum, aliud retinet in commendam ad tempus, ut monent Doctores citati, & demonstrat *Rota in Constantien. restitutionis Parochi ad Bronnen. 25. Jun. 1751. cor. Vicecomite in principio*, ubi Parochia castri & feudi Bronnæ in Provincia Suevia, quia grassante immani bello inter Catholicos, & Lutheranos, Parochus interfectus fuit, & devastata, ac diruta cum domo parochiali etiam Ecclesia, ex dispensatione Episcopi Constantien., cura animarum fuit ad tempus, & per modum provisionis commendata Parocho viciniori alterius Castri Achstetten., donec parochialis Ecclesia ad priorem statum redigeretur. Hinc si talis Parochia ad tempus commendata pristino statui restituatur, ne diutius suo Pastore, sponsoque careat Ecclesia, debet Parochus restitui, *ad text. in cap. Quia non nulli de Cleric. non resid.*, *ac Rota in d. Constantien. §.4.* Præsertim si Parocho assignata sit congrua vel efformans, vel etiam excedens illam, quæ a Pio V. exigitur in sua Constitutione 47. *Ad exequendum §.1.*, nec minor videlicet quinquaginta, nec major centum scutis, ut prosequitur *Rota in d. Constantien. §.5.*, ubi in casu, de quo agebatur, hæc habet: *Cum illa ad 333. florena ascenderet, quæ scuta monetæ Romanæ 122. componunt*: & in fine: *Cum talis congrua longe excedat illam a S. Pio V. taxatam in sua Constitutione 47. Ad exequendum in Bullar. nov. §.1.* &c. Multoque magis erit Parochus restituendus, seu Ecclesia ad pristinum exercitii, & libertatis statum redigenda, si populus id enixe postulet, & aliàs animarum cura præjudicium subeat *ad text. in cap. Ad audientiam de Eccl. ædific. Rota cor. Ansaldo decis. 75. n.34.*, *& in d. Constantien. §.4.* ubi aliæ adducuntur auctoritates. 91 92 93 94

Tandem beneficii parochialis natura in illius individuitate consistens, expostulat ut illius regimini unus Parochus præficiatur: *ad text. in can. Sicut una caus.22. quæst.2.*, *can. In apibus caus.7. q.1.* 95

Card.

*Card. de Luca in miscell. disc.*1. *num.*27. 35., *& annot. ad Concil. disc.*9. *num.*5., concordant quæ habentur in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Tyburtina parochialis* 21. *Maii* 1757. §. *Consiliis*, *tom.*26. *thes. resolut. pag.*56. *& seq.*, ac *Rota decis.*52. *num.*17. *& seqq. part.*2. *divers.*, *decis.*14. *n.*19. *cor. Ansaldo*, *& in Camerinen. Prioratus* 24. *Jan.* 1757. §.11. *cor. Emo Bussio*. Non enim patiuntur Sacri Canones ut una, eademque Parochia a duobus Parochis
96 in solidum retineatur, cum absurdum sit duo capita, duos Rectores in ea remanere, ut præter citatas auctoritares eruitur ex *c. Cum non ignores de præb.*, *cap. Quoniam* 14. *de offic. jud. deleg.*, *Concilio Trident. sess.*24. *de reform. cap.*13. *vers. In iis*, ubi notanda sunt illa verba = *Ut distincto populo in certas, propriasque Parochias unicuique suum perpetuum, & peculiarem Parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & a quo solo licite Sacramenta suscipiant* = *Rota coram Herrera decis.*197. *num.*4., *decis.*90. *n.*5. *&* 11. *part.*16. *recent.*, *ac præsertim, cor. EmoBussio in d. Camerinen. Prioratus* §.11. *post medium*.

Parochus enim singularis nullum admittit consortium, quem-
97 admodum ait *Rota in Sabinen. jurium parochialium*, 8. *Maii* 1733. §. *Comprobat cor. EmoCalcagnino*: cum in Ecclesia suo regimini com-
98 missa privativum habere debeat curatum exercitium, ex *Rota apud Farinacc. decis.*258. *a num.*5. *relata a Barb. de offic. & potest. Parochi part.*1. *cap.*1. *n.*44., *decis.*489. *num.*2. *part.*3. *rec.*, *in Constantien. parochialitatis, seu reintegrationis Parochiæ*, 22. *Feb.* 1747. §. *Siquidem*, *cor. Caprara Gerunden. juris sepeliendi, super parochialitate* 27. *Febr.* 1750. §. *Siquidem cor. Vicecom.*, & pluries alibi. Equidem tolerabilius est Parochum habere duas Parochias, quam duos Pa-
99 rochos in una eademque Parochia constitui: eodem modo, quo tolerabilius est, ut unus Episcopus duas habeat principales Ecclesias, sive diœceses, quam, ut duo Episcopi monstruose resideant
100 in uno Episcopatu, *ut glossa in L. un. sub verbo Tyro cod. de metropol. Beryt.*, *ac Bart. num.*6., *de Luca ad Ventrigl. part.*1. *annot.*8. §.1. *num.*10., *Rota cor. Falcon. decis.*10. *num.*3. *de offic. Ordinar.*

Hinc est, quod imminente animarum cura alicui Capitulo, vel Collegio, non omnes Canonici dici possunt Parochi, sed solus Canonicus, vel Presbyter, qui a Capitulo fuerit ad curæ, & paro-
101 chialium functionum exercitium destinatus: *per text. in cap. Cum non ignores de præb.*, *cap. Sicut in uno caus.*21. *quæst.*1., *Barb. dict. cap.*1. *num.*53., *Oldrad. cons.*67. *per tot.*, *Rota in Bononien. Parochialis* 6. *Maii* 1715. §. *Retorqueri cor. Card. Scotto*, *& cor. CLEMENTE XIII. decis.*13. *num.*3. Immo habente Ecclesia cathedrali, vel Collegiata animarum curam, & Sacramentorum administra-
102 tionem, & sic habituali penes Capitulum, sed collegialiter residente, ita ut teneatur deputare Vicarium pro actuali cura, excepta dicta

dicta persona ita per Capitulum deputata, Dignitates, vel Canonici uti singuli considerati, neque actu, neque habitu dici possunt 102
Curati, ut notat *Rota cor. eod.* CLEM. XIII. *d. decis.* 13. *num.* 5.

Nec refert, quod animarum cura ab aliis etiam, videlicet a Cappellanis, exerceatur. Id enim non efficit, ut actualis cura di- 103
catur residere penes ipsos; sed penes Vicarium, in cujus adjumentum Cappellani acciti sunt, & mancipati, resideat necesse est: ne incidamus in absurdum, quod eadem Ecclesia, quæ unum habet sponsum, videlicet Vicarium, seu Parochum, plures obtineat 104
sponsos, sive Parochos contra regulam textus *in d. cap. Cum non ignores de præb., cap.* 1. *de sponsa duor. cap. Quoniam* 14. *de offic. Judic. deleg. ubi Oldrad. consf.* 67. *per tot., Rota decis.* 397. *num.* 10. *part.* 13. *decis.* 39. *num.* 1. *& seqq. part.* 15. *rec. & cor.* Cerro *in Bononien. Parochialis* 10. *Febr.* 1716. §. *Posito in fine*. Non enim Cappellani considerandi sunt, nec per illos Ecclesia regitur, ac repræsentatur, sed per solum Parochum: ut optime *Rota cor. Emo Bussio* 105
in d. Camerinen. Prioratus 24. *Jan.* 1757. §. 12. ibi: *Quod hæreditas delata fuerit ad Ecclesiam, quæ repræsentatur ab uno Priore, nec repræsentari potest a cætu* Cappellanorum, *qui sunt ejusdem ministri manuales*: & in eodem §., ibi: *Quoniam præsentationis exercitium post sui obitum expleri non potest ab uno Priore Ecclesiam repræsentante*.

Cœterum quamquam tolerabile non sit, quod Parochiani pluribus Rectoribus obediant, & quod una, eademque Ecclesia sit duorum sponsa in solidum, *cap.* 1. *de sponsa duor., Lambertin. de ju-* 106
rep. part. 1. *lib.* 2. *quæst.* 7. *art.* 17. *n.* 3. *& seqq., Gabriel. consf.* 190. *num.* 9. *lib.* 2., *Mascard. de probat. conclus.* 469. *num.* 5. *& seq., Rota decis.* 43. *n.* 12. *part.* 15. *rec., & in Senogallien. Parochialium* 14. *Jun.* 1737. §. *Posito cor. Harrach.*; Nihilo secius tamen quandoque contingit, ut duo Parochi in una eademque regenda, curandaque Ecclesia constituantur, remanente videlicet penes ipsos curæ exercitio veluti in solidum, sed penes tertium jure formali: ita ut dum plures eodem modo, ac tempore unam, eandemque Paro- 107
chiam exercent, nullus illorum proprie Parochus dicatur: quod præsertim in Capitulis, & Collegiis contingit: *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 6. *num.* 42. *& seqq. Gratian. discept. eccles. cap.* 865. *num.* 13., ubi concordat *folium Sacræ Congregationis Concilii in dict. Tyburtina parochialis* 14. *Martii* 1757. §. *Consiliis tom.* 26. *thesauri resol. pag.* 56., *ac Rota decis.* 90. *num.* 11. *part.* 17. *rec., & in d. Senogallien. parochialium* 14. *Jun.* 1737. §. *Quoniam*.

Nec demonstrata, quæ in Parochia requiritur, individuitatis natura, tunc læditur, quotiescumque nova in illius adjumentum filialis Parochia, ita justis, de quibus in *cap.* 3. *Ad audientiam de* 108
Eccl. ædif., & in Concil. Trid. sess. 21. *de reform. cap.* 4., causis exigenti-

gentibus, erigitur. Etenim non obstante hac novæ Parochiæ erectione, adhuc parochialis Ecclesia in suo individuo, & primævo singularitatis statu remanet, una adhuc Parochia, unus illius titulus, unumque Beneficium parochiale, nec nova Parochia, vera, & propria dici potest, sed simplex Vicaria, seu Curata Cappellania in matricis adjumentum, & pro majori populi commodita-
109 te, erecta, ad notata *in folio Sacræ Congregationis Concilii in Vicen. Parochiæ de Liussano* 17. *Jan.* 1760. §. *Pro impetranda*, ubi hæc leguntur: *Et excipit in casu necessitatis ratione distantiæ, posse in una ex præfatis suffraganeis dictæ Ecclesiæ Vicariam perpetuam filialem ejusdem Parochiæ erigi*: ut videre est *in tom.*29. *thes. resolut. pag.*17., & in eadem 22. *Aug. d. anni* 1760. ubi ad dubium, fuit resolutum deputandos esse Sacerdotes pro servitio Parochiæ, *d. tom.*29. *pag.* 152., *ac Rota cor. Calcagnino in Vasionen. servitii parochialis* 13. *Jun.* 1733. §. *Judiciali, & in Gerunden. divisionis Parochiæ super attentatis, & provisione*, 5. *Maii* 1751. §. *Apertoque, cor. Amadeo.*

Ex quibus aperte eruitur, quod illæsa adhuc remanet Sacrorum Canonum dispositio, prohibentium, ut, uno remanente be-
110 neficio, duo ipsius in solidum possessores evadant: *can.*41. *caus.*7. *quæst.*1. *cap. unic. Ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, cap.*20. 21. *de præb.*, & alibi passim. Etenim hoc, de quo loquimur, in casu, jam quisque percepit unam adhuc remanere formalem Parochiam, nec duos in solidum dici posse ejusdem Paro-
111 chiæ constitutos Parochos, & possessores, & Parochiæ dismembrationem fuisse tantum effectam quoad curam actualem, ut tradit *Barbosa de offic. & potest. Episc. part.*3. *alleg.*78. *num.*7. *& ad Concil. Trid. sess.*21. *cap.*4. *de reform. num.* 6. *Tancred. consult.*104. *n.*11. *& seqq. Rota cor.* Coccino *decis.*428. *num.*4., *decis.*91. *num.*3. *cor. Herrera, & in Imolen. Vicariæ* 13. *Jan.* 1758. passim *cor. Herrera.*

Sunt hæc, nemine non vidente, concipienteque, verissima, quæ hactenus exposuimus: nullum tamen est dubium, quin temporum, locorum, personarumve circumstantiis id exposcentibus,
112 ab hac individuitatis natura recedi valeat, & duos in solidum, æqualique jure uni, eidemque regendæ Ecclesiæ Parochos præfici permittatur, *arg. cap.*1. *de Parochiis, Card. de Luca de jurisd. disc.* 20. *num.*37. quod in specie probatur auctoritate Sacræ Congregationis Concilii *in d. Tyburtina parochialis tom.*26. *thes. resol. pag.*53. Duo enim, ut legitur *in folio Sacræ Congregationi proposito* 21. *Martii d. anni* 1757. §. *Tyburtina*, reperiebantur ab immemorabili tempore uni, eidemque Ecclesiæ constituti Parochi æquali jure in Castro Madamæ, Tyburtinæ diœceseos, qui curæ exercitium per hebdomadas peragendum diviserant: sed continuæ inter ipsos dissentiones, & lites, continua jurgia, &, quod pejus est, maximo salu-

falutis æternæ dispendio, negligentia notabantur in curæ administratione. Præsto erat uterque Parochus, ubi de lucro agebatur: nullus occurrebat, ubi onus erat subeundum; cæteris omissis, quæ in d. folio leguntur. Adveniente unius Parochi obitu, statuit Episcopus, ut duo Parochi ad unum redigerentur, assignata portione vacantis portioni superstitis, datoque onere perpetuo assumendi Cappellanum ab Episcopo pro tempore approbandum, qui interim Parochum in animarum cura adjuvaret.

Hoc Episcopi consilium, quod mihi videtur prudentissimum, fuit a populo acriter impugnatum, asserente satis non esse unum Parochum, parumque gratum, qui tunc solus erat. Hinc rei cognitione ad sapientissimum Tribunal delata, fuit Eminentissimis Patribus propositum dubium: *An sit locus reductioni duorum Parochorum unius, ejusdemque Parochialis Castri Madamæ ad unum solum Parochum, qui onus habeat retinendi Cappellanum coadjutorem in cura animarum ab Episcopo approbandum, in casu &c.* prodiit respon- 113
sio: *Dilata ad sequentem*: Unde sub Congregatione 9. *Jul. ejusdem anni* repropofito dubio, fuit resolutum: *Negative, & Episcopus incumbat exerceri dietim curam animarum per utrumque, sublata alternativa, & ad mentem, & mens est, ut fiat massa communis ex incertis emolumentis æqualiter dividendis*; ut legi potest *in dict. tom. 26. pag. 53.*

TITULUS II.

De diversis speciebus, & qualitatibus Parochiarum.

SUMMARIUM.

1 *Parochiæ aliæ sunt collectivæ, aliæ particulares, seu singulares.*

2 *Parochiæ collectivæ dicuntur Episcoporum diœceses.*

Parochiæ particulares, seu singulares illæ intelliguntur, quæ intra Episcoporum diœceses sunt constitutæ. Ibidem.

3 *Nomine Parochiæ totam diœcesim comprehendi non est infrequens apud sacros Canones.*

4 *Canon* Quilibet causa 8. qu. 5. *fuit incaute desumptus per Gratianum a supposititia Epistola secunda* Sixti *Pontificis.*

5 *Episcoporum honor, atque sublimitas nullis potest comparationibus adæquari.*

6 *Diœceses Episcoporum Parochiæ passim appellantur, quia Episcopi, ut Apostolorum successores, curam habent animarum totius diœceseos, constituentium illorum ovile, propriumque gregem pascendum, regendumque.*

7 *Qui Episcopalibus Ecclesiis regendis fuerunt præfecti, si in Urbe Ro*ma

ma sint, debent post mensem a die eorum promotionis itineri sese committere, & ad Ecclesiam sibi creditam, ad personaliter in ea residendum, conferre, ex Constitutione Urbani VIII.

Dies autem promotionis sumendus est pro die prounuciationis factę per Papam in Consistorio. Ibidem.

8 *Episcopi ex Tridentini Concilii tolerantia possunt ab Ecclesia propria abesse tribus mensibus*.

9 *Id intellige, quando ad Episcopatum jam accesserunt: secus enim debent obtemperare Constitutioni* Urbani VIII.

10 *Episcopus ad residentiam ligatus, tenetur diebus a Tridentino Concilio præscriptis in Cathedrali Ecclesia functiones Pontificales explere*.

11 *Hinc Ecclesia Cathedralis, velut sponsa, & Parochia Episcopi, Parochia universalis solet appellari*.

12 *Ex quo proficiscitur distinctio Parochiarum in foro receptior, videlicet in universales, & particulares*.

13 *Sed præmittendum Parochias alias esse distinctas, alias vero indistinctas*.

14 *Parochiæ distinctæ illæ dicuntur, quæ ab aliis separatæ proprium habent populum, propriumque Parochum, omnimoda, ac privativa facultate donatum quoad Sacramentorum administrationem, & curæ exercitium*.

15 *Parochiæ distinctæ sunt triplicis generis, aliæ nempe per territorium, aliæ per domos, & familias, aliæ per certas personas*.

16 *Parochiæ indistinctæ illæ dicuntur, in quibus animarum cura limitato jure, alienoque nomine exercetur ulla absque populi, ac territorii designatione*.

Cujusmodi sunt Parochiæ filiales in Ecclesiæ matricis adjumentum, & commodum permissæ. Ibidem.

Quod contingit in variis diœcesibus, ubi in singulis Civitatibus & villis ejusdem diœcesis animarum cura exercetur per Sacerdotes ab Episcopo ad nutum destinatos, absque territorii formali circumscriptione, & privativa Sacramentorum administratione. Ibidem.

17 *In iis diœcesibus, ubi Parochiæ non sunt distinctæ, Ecclesia Cathedralis est unica totius diœcesis Parochia*.

Ac consequenter Parochia universalis, cujus Rector est Episcopus. Ibidem.

18 *In iis vero locis, ubi Parochiæ sunt formaliter distinctæ, Ecclesia Cathedralis remanet particularis, quemadmodum reliquæ*.

Adeoque excepta matricitate, nequit in aliis Ecclesiis jura, & functiones parochiales exercere. Ibidem.

19 *Parochiæ distinctæ ad veras, & proprias, Parochiæ indistinctæ ad improprias, seu abusivas Parochias referuntur*.

20 *Parochiæ veræ, & propriæ illæ dicuntur, quæ a cæteris sejunctę, certum habent populum intra certos limites constitutum, propriumque Parochum, animarum curam suo, & independenti nomine, liberoque, ac privativo jure exercentem*.

21 *Adeoque impropriæ, seu abusivæ Parochiæ illæ dicuntur, in quibus animarum cura exercetur sed dependenti, alienoque nomine, ac jure, sineque populo, & territorio*.

22 *Distinguuntur quoque Parochiæ in matrices, & filiales*.

23 *Et istæ vel sunt propriæ, vel sunt impropriæ*.

24 *Parochiæ matrices propriæ, idest sumptæ in sua rigorosa significatione, & natura, od veras Parochias, filiales vero propriæ ad improprias pertinent*.

25 *Stricte loquendo sola matrix Ecclesia dici potest Parochia, non autem filialis, quippe quæ erecta absque populo, & territorio in matricis adjumentum*.

26 E

26 *E contrario Parochiæ matrices, & filiales impropriæ, idest sumptæ in lato significatione, ad veras, & proprias Parochias pertinent.*

27 *Quia una ab altera dependet quoad solam majoritatem, & dignioritatem, & præeminentiam, sed utraque distincta existit quoad populum, Parochum, territorium, & jura parochialia.*

28 *Parochiæ matrices, seu veræ, & propriæ, aliæ sunt jurisdictionales, aliæ nonjurisdictionales.*

29 *Jurisdictionales dicuntur illæ, in quibus præter animarum curam jure proprio, & privativo in foro conscientiæ, seu interno, alia exercetur animarum cura in foro externo, seu contentioso.*

30 *Cujusmodi vere existit Ecclesia Cathedralis: quia talis cura jurisdictionalis plene residet penes Episcopum, qui Cathedralis Ecclesię dicitur Parochus, & Rector.*

31 *Nonjurisdictionales dicuntur illæ, quæ nudum habent Fori pœnitentialis exercitium cum omnimoda Sacramentorum in certum, distinctumque populum administratione.*

32 *In Civitate Aquilejensi duæ aderant Parochiæ, una jurisdictionalis, & altera simplex.*

33 *Jurisdictionalis Parochia Aquilejensis fuit a* Benedicto XIV. *in simplicem Ecclesiam conversa, tunc cum illius animarum cura, Capitulo, & Patriarchatu suppresso, unita fuit alteri Ecclesiæ parochiali S. Joannis ejusdem Civitatis.*

Universus populus primum Patriarchæ subjectus, fuit Archiepiscopi Goritiensis ordinario juri subjectus. Ibidem.

34 *Dictaque Ecclesia sic Patriarchatu, Capitulo, & parochialitate destituta, exutaque, & a cujuscumque Ordinarii jurisdictione exempta, Sedi Apostolicæ fuit ab eodem* Benedicto XIV. *subjecta.*

35 *Item Parochiæ aliæ sunt regulares, aliæ sunt sæculares.*

36 *Regulares dicuntur, quæ Regularibus tum virorum, tum mulierum Monasteriis plenarie adhærent.*

37 *Iste autem in dubio semper præsumuntur sæculares.*

38 *Adeoque semper est concludentissime probandus prætensus Regularitatis status.*

39 *Sæculares dicuntur illæ, quæ sæcularibus Ecclesiis affixæ proponuntur.*

Et istæ sunt duplicis generis. Ibidem.

40 *Vel enim pendent ab aliquo Capitulo, Collegio, Loco pio, Ordine militari, vel simili Ecclesia.*

41 *Vel liberæ omnino existunt, in quibus a propriis Parochis libere, ac privative Sacramenta administrantur populo sibi specialiter commisso.*

42 *Beneficia sæcularia, quæ ex primæva institutione, aut alio modo parochialia, & curata sunt, in simplicia converti nequeunt ex Tridentini Concilii ordinatione.*

43 *Item Parochiæ vel sunt liberæ, aut non liberæ collationis, vel electivæ aut non electivæ.*

44 *Liberæ collationis Parochiæ illæ intelliguntur, quæ ab Episcopo, aliove Ordinario in titulum perpetuum libere conferuntur.*

Seu in quibus conferendis explicat Ordinarius omnimodam, absolutamque jurisdictionem. Ibidem.

45 *Quando Parochiæ sunt liberæ, debent ab Episcopo, seu Ordinario conferri.*

46 *Interdum conferuntur a Capitulo in vim præsertim concordiæ inter ipsum, & Episcopum initæ, & a S. Sede confirmatæ.*

47 *Illa Ecclesia, quæ habet unicum Parochum, qui solus eam obtinuit in titulum, & curam animarum exercet, solusque illam repræsentat, libera dici debet, liberæque collationis.*

48 *Liberæ collationis non erunt illæ, quæ Sedi Apostolicæ sunt reservatæ, atque affectæ.*

D 2 *De*

De his enim Episcopi, aliique inferiores Collatores libere nequeunt disponere. Ibidem.

49 *Neque liberæ collationis erunt illæ Parochiæ, quæ Capitulis, Collegiis, Monasteriis, Locis piis, Ordinibus militaribus, aliisque similibus plenarie unitæ, & amovibiles proponuntur.*

50 *Quando in dubio versamur, utrum Parochia sit plenarie, vel æque principaliter unita, omnis præsumptio militat favore libertatis Ecclesiæ, & status collativi beneficii parochialis.*

51 *Ne beneficium parochiale dicatur liberæ collationis, debet Capitulum, Collegium, vel alia Ecclesia, quæ prætendit unionem subjectivam, & extinctivam tituli collativi, concludenter probare unionem quoad spiritualia, & temporalia.*

52 *Quando beneficia parochialia subjective unita sunt, desinunt esse liberæ collationis, sed ab Ordinario conferuntur ulla absque concursus forma, sed tantum ad electionem & nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis deputandi sunt Vicarii curati.*

53 *Beneficia parochialia jurispatronatus laicalis, quamvis possint esse in titulum collativa, non sunt tamen liberæ collationis, cum ab Ordinario conferri debeant absque concursu, quotiescumque de nominati idoneitate constiterit.*

54 *Si peculiares excipias casus, pro collatione parochialium beneficiorum liberæ collationis, semper fieri debet concursus.*

55 *Parochiæ electivæ dicuntur illæ, quæ ab Ordinariis conferri nequeunt, nisi illorum, ad quos pertinet, prævia electione.*

56 *Quando sunt unitæ, seu de mensa Capituli, aut Collegii, vel ad istius pertineut juspatronatus, non potest Parochus, seu Vicarius sive perpetuus, sive amovibilis, Ecclesiæ servitio addici, nisi a Capitulo, seu Canonicis capitulariter facta electione.*

57 *Electio Parochi, seu Vicarii vere, & proprie ad Collegialem Ecclesiam pertinet.*

58 *Capitulum Ferrariense habet privilegium ab immemorabili eligendi ad omnes Canonicatus in eadem vacantes, excluso Ordinario, istique reservata electi confirmatione.*

59 *Episcopus non potest sine causa denegare electi Canonici confirmationem.*

Talis confirmatio est actus justitiæ, proindeque non denegabilis. Ibidem.

60 *Si confirmatio electi Canonici fuerit ab Ordinario denegata absque causa, datur locus appellationi ad sacrum supremum Tribunal.*

61 *In Parochialibus semper digniores habilioresque sunt eligendi.*

62 *Quando Parochiæ sunt plenarie unitæ Monasteriis, electivæ dici nequeunt: quia Vicarii curati a solo Abbate ad illius nutum deputantur.*

63 *Si Parochiæ sunt jurispatronatus laicalis, dici nequeunt electivæ nisi improprie.*

Quia improprio, & lato modo loquendo, dum Patroni laici præsentant, dicuntur eligere. Ibidem.

64 *Verbum electionis pro illo præsentationis, & nominationis frequenter consueuditur, & usurpatur.*

65 *Parochiales Ecclesiæ jurispatronatus laicalis eximuntur ab Apostolicis reservationibus.*

66 *Neque illæ, quæ ad nutum sunt amovibiles, ad electionem, & nominationem illorum, ad quos pertinet, Apostolicis reservationibus, & regulis Cancellariæ subjacent.*

67 *Parochiæ, seu Vicariæ amovibiles, cum non conferantur in titulum, dici nequeunt beneficia Ecclesiastica, nec dicuntur vacare, nec impetrari possunt in titulum beneficii perpetui.*

68 *Parochiæ aliæ sunt receptitiæ, aliæ*

aliæ non receptitiæ, sive simplices.

69 *Ecclesiæ parochiales receptitiæ, seu receptivæ sunt illæ, in quibus præter Parochum, adest certus numerus Presbyterorum Parochum adjuvantium in exercitio functionum mere non parochialium; interim participantium de massa communi, seu de decimis, oblationibus, aliisque similibus, in præmium servitii Ecclesiastici.*

70 *Emolumenta a Presbyteris participantibus percepta non recensentur inter jura parochialia, neque illorum functiones sunt mere parochiales.*

71 *Ecclesia receptitia parochialis dici nequit illa, in qua animarum cura exercetur a Presbyteris uti Vicariis, & Ministris Abbatis, vel alterius Rectoris.*

72 *Ut Ecclesia dici valeat parochialis receptitia, requiritur ut in ea existat Parochus perpetuus, ac certus, cui reliqui Sacerdotes opitulentur.*

73 *Constituto Parocho in Ecclesia receptitia, nequeunt alii Presbyteri participantes sese ingerere in administratione curæ.*

74 *Si Parochus impar sit ad obeunda munia vere parochialia, debent in ejus adjumentum seligi nonnulli ex Presbyteris participantibus.*

75 *Parochiales Ecclesiæ receptitiæ vocantur etiam patrimoniales, quia illarum regimini, & servitio præficiuntur illi Sacerdotes, & Clerici, qui sunt nativi illius loci, ubi Ecclesia est erecta.*

76 *Qualitas patrimonialis efficit, ut beneficia debeant certo generi personarum, nimirum filiis patriæ, seu loci, in quo beneficiorum vacatio contigit.*

77 *Ecclesiæ receptitiæ vocari quoque solent Collegiales.*

78 *Hoc nomen, & hæc prærogativa non nisi improprie, & abusive illis competit.*

79 *Ecclesiæ vere Collegiales illæ tantum dici debent, quæ singulis requisitis illam constituentibus insignitæ concludenter probantur.*

80 *Rigorose loquendo, Ecclesiæ parochiales receptitiæ, dici debent Ecclesiæ parochiales simplices: quia tales dicuntur illæ, quæ non sunt Cathedrales, vel proprie Collegiales.*

81 *Omissio concursus regulariter Collegiatam potius, quam simplicem indicat Parochiam.*

82 *Simplex Parochia fortiori jure dici illa debet, in qua solus Parochus, vel cum uno Clerico, seu Coadjutore residet.*

83 *Presbyteri Ecclesiæ parochialis receptitiæ, habent privilegium admittendi alios Participantes in deficientium subrogationem, etiam sine Parochi consensu, dummodo talis electio ab Ordinario confirmetur.*

84 *Quotiescumque Presbyteri electi ad participationem in Ecclesia receptitia, pollent debitis requisitis, confirmari debent, & approbari.*

85 *Debent Presbyteri ad participationem Ecclesiæ receptitiæ admittendi, exhibere requisita in Cancellaria Episcopali.*

86 *Parochiæ receptitiæ vel sunt numeratæ, vel non numeratæ.*

87 *Numeratæ dicuntur illæ, in quibus adest certus, ac determinatus numerus Presbyterorum participantium.*

88 *Non numeratæ illæ dicuntur, in quibus nullus adest fixus, ac determinatus numerus Presbyterorum inservientium, & participantium.*

Quo in casu potest Episcopus juxta augmentum, vel decrementum reddituum, modo augere, modo imminuere participantium numerum. Ibidem.

89 *Ecclesia parochialis vere collegiata, alia est numerata, alia non numerata.*

90 *Ecclesia parochialis, aut non paro-*

rochialis numerata illa dicitur, ubi præfixus est certus numerus Canonicorum, & præbendarum, cum prohibitione hunc alterandi.

91 *Ecclesia Collegiata non numerata illa est, ubi talis numerus Canonicorum, & præbendarum non est præfixus.*

92 *Episcopus non potest sine Sedis Apostolicæ auctoritate, Ecclesiam non numeratam in numeratam redigere.*

Quia Ordinariis prohibitum est immutare statum Ecclesiarum. Ibidem.

93 *Quando novi Canonicatus sunt erigendi in Collegiata præsertim numerata, debet intervenire consensus Capituli.*

94 *Potest Capitulum in limine fundationis novi Canonicatus apponere conditiones sibi bene visas.*

95 *Parochiæ aliæ dantur in titulum, aliæ in Commendam.*

96 *Dantur in titulum Parochiæ, quando quis Ecclesiæ regimini, atque servitio vere, ac perpetuo præficitur; seu, ut nonnulli ex veteribus dixerunt, ita incardinatur, ut parochialis Ecclesiæ muneri gerendo addicatur, & reddita quodam Ecclesiastico potiatur.*

Ecclesia enim proprie non confertur Rectori, seu Parocho, nisi per intitulationem in ipsa. Ibidem.

97 *Parochiæ, quæ in Commendam traduntur, vel dantur in Commendam perpetuam, vel in Commendam ad tempus.*

98 *Parochiæ in perpetuum nequeunt commendari, prȩterquam a Summo Pontifice.*

99 *Quando commendantur ad tempus, non possunt retineri ultra sex menses.*

100 *Laici nequeunt amplius retinere Parochias in Commendas, sed tantum Ecclesiastici, non autem plures, sed unam tantum ad semestre duraturam.*

101 *Parochialis Ecclesia ultra semestre haud quaquam commendatur, quando illius vacatio contigit.*

Debet enim Vicarius interim deputari, qui cum assignatione congruæ Ecclesiam regat, donec de Parocho provideatur. Ibidem.

Talis autem vacatio non solum intelligi debet ob mortem Parochi, sed ob resignationem, vel amotionem illius, legitima Superioris auctoritate interpositam. Ibidem.

102 *Dimissa Parochiali Ecclesia in manibus Ordinarii, vel Vicarii, debet statim deputari Occonomus, seu Administrator, donec Ecclesiæ de Rectore provideatur.*

103 *Parochiæ ad tempus commendatæ dici nequeunt beneficia Ecclesiastica, sed simplex nomen Depositi retinebunt.*

Commendare enim nihil aliud est, quam deponere. Ibidem.

104 *Parochialis Ecclesia liberæ collationis, si intra sex menses non fuerit provisa, ad Sed. Apostolicam devolvitur.*

105 *Limita, quando Parochialis Ecclesia destructa ob hostilem incursionem, vel alia de causa, fuerit commendata, donec ad pristinum statum redigatur.*

106 *Quando Parochiæ in Commendas erectæ ad Ordines militares pertinent, istȩ conferuntur Equitibus Ordinum, qui Commendatarii nuncupantur.*

Tales autem Parochiæ dici nequeunt datæ in Commendas Parochis, seu Vicariis, apud quos actuale remanet exercitium curæ, habituali residente penes Commendatarios, sed conferri illis debent in titulum, si sint perpetuæ, vel ad nutum, si amovibiles. Ibidem.

107 *Si Parochia sit commendata alicui Monasterio, vel Capitulo, debet deputari Vicarius pro actuali animarum cura.*

108 *Idem dicendum, quando Abbatia commendata in se Parochias retinet.*

109 *Debent tales Parochiæ vel sine concursu, vel cum illo conferri*

Sacer-

Sacerdotibus, qui eas regant, & exerceant; remanente interim cura habituali penes Abbatem Commendatarium.

110 *Inter Abbatias sic commendatas enumeratur Abbatia Farfensis olim celeberrima.*

111 *Parochiæ aliæ sunt Parochiæ habitu, aliæ actu.*

112 *Parochiæ actu dicuntur illæ, in quibus animarum cura, & Sacramentorum administratio actualiter suscipitur.*

113 *Parochiæ habitu illæ sunt, in quibus ob aliquod superinductum impedimentum, animarum cura ad actuale exercitium minime potest perduci.*

Res exemplis declaratur. Ibidem.

114 *Quando Ecclesia parochialis ab hostibus invasa, vel destructa, & a Parochianis derelicta, ad libertatem redire, vel reædificari contingit, ex habituali actualis iterum evadet, & jure veluti postliminii ad primæva jura, & pertinentias restituetur.*

115 *Limita, si centenaria, vel immemorabilis in controrium adducatur.*

116 *Centenaria, vel immemorabilis a Parocho adducta, titulum in se continet aptissimum ad transferenda omnia jura prioris Ecclesiæ, & sic ad excludendum quodcumque jus postliminii.*

117 Ex Canone 13. cauf. 16. quæst. 3. *præscriptio temporis, ubi necessitas interest hostilitatis, objicienda minime est.*

Limita, quando adest centenaria, vel immemorabilis, cui derogatum nunquam censetur, nisi de ea facta fuerit specialis mentio. Ibidem.

118 *Non obstante centenaria possessione, fuit a Rota* cor. Viecom. in Constantien. restitutionis Parochi ad Bronnen. 25 Jun. 1751. §. 8., *resolutum restitui debere Parochum, idest Ecclesiam ad pristinum libertatis exercitium.*

119 *Sed id intellige, quia agebatur de Ecclesia porochiali, quæ ab hostibus destructa, fuerat per modum provisionis ab Ordinario alteri Parochiæ commendata, donec ad pristinum statum redigeretur; quæque durante illo tempore ob hostile impedimentum, ad statum redigi non poterat primævum.*

120 *Secundo, quia Parochus, cui fuerat talis Parochia commendata, adduxerat in judicium titulum resultantem a dicta dispensatione Episcopi, & provisionali unione, seu commendatione: talisque titulus fuerat a Judice approbatus.*

121 *Quando in judicium jam fuit adductus aliquis titulus inefficax, & a Judice approbatus, non potest amplius confugi ad alium, quamquam per se validissimum, quia per antecedentem omnino debilitatur.*

122 *Parochiæ aliæ sunt temporales, seu amovibiles, aliæ perpetuæ.*

123 *Parochiæ per se consideratæ non subjacent huic distinctioni, sed tantum qnoad illarum exercitium.*

124 *Natura Parochiarum in illarum perpetuitate est quoque reponenda, quæ præsertim cognoscitur ex perpetuæ dotis assignatione a Sacris Canonibus præscripta.*

125 *Quamquam Parochiæ habeant causam perpetuam, cujusmodi est animarum cura, nihil impedit tamen, quin animarum cura per Vicarios amovibiles quandoque exerceatur.*

126 *Parochiæ perpetuæ dicuntur illæ, quæ liberæ sunt, vel non liberæ collationis, sed tamen in titulum perpetuum conferuntur.*

127 *Vicariæ unitæ Capitulis, & Collegiis Urbis Romæ, debent in titulum perpetuum conferri.*

128 *Parochiæ amovibiles, & temporales illæ intelliguntur, quarum Rectores, sive Vicarii quoad curæ animarum exercitium, a nutu, & voluntate illorum pendent,*

qui

qui eos constituerunt.

129 *Parochiæ impropriæ, quæ filiales, vel Vicariæ dicuntur, aliæ quoque sunt perpetuæ, aliæ temporales, seu amovibiles.*

130 *Illæ, quia in titulum collativæ, qualitatem, & naturam beneficii Ecclesiastici curati, non vero parochialis assumunt, istæ autem nec parochialis, nec curati beneficii.*

131 *Vicariæ, seu Cappellaniæ curatæ, quamvis habeant titulum collativum, non tamen dici queunt Parochiæ veræ, & propriæ.*

Adhuc enim remanent Parochiæ filiales, ac consequenter impropriæ nullo parochialis beneficii titulo insignitæ. Ibidem.

132 *Vicariarum perpetuitas non efficit, quin adhuc remaneant subjectę, & filiales, vel de mensa matricis Ecclesiæ.*

133 *Parochiæ aliæ sunt Sacramentales, aliæ baptismales.*

134 *Parochiæ mere Sacramentales ad improprias Parochias pertinent. Quamvis enim Parochiæ veræ, & propriæ sint, & absolute esse debeant quoque Sacramentales, simplici tamen, nobiliorique Parochiarum nomine designantur, ut a cæteris, seu Sacramentalibus distinguantur.* Ibidem.

135 *Parochiæ Sacramentales illæ intelliguntur, in quibus nulla absque populi, & territorii designatione, nec non Fontis baptismalis retentione, atque usu, sola Sacramentorum administratio permittitur in Ecclesię matricis adjumentum.*

136 *Dismembratio totalis fuit a Sacra Congregatione Concilii declarata invalida, permissa tamen deputatione Sacerdotis in Ecclesia commodiore pro Sacramentis administrandis cum omnimoda dependentia a Parocho principali, & sine jure retinendi Fontem baptismalem, nec lucrandi emolumenta stolę.*

137 *Parochiæ baptismales vel ad proprias, vel ad improprias pertinent Parochias.*

138 *In pluribus Civitatibus solet hodie retineri unus Fons baptismalis in Ecclesia tantum matrice.*

139 *Parochiæ matrices, quæ Fontem retinent baptismalem, ad differentiam cæterarum illum non habentium, dici solent baptismales.*

140 *Ecclesiæ baptismales sunt duplicis generis: aliæ videlicet etiam Sacramentales, aliæ mere baptismales.*

141 *Ecclesiæ baptismales dicuntur illæ, in quibus præter administrationem Sacramentorum, permittitur quoque usus, & retentio Fontis baptismalis in adjumentum, & nullo absque præjudicio matricis.*

142 *Quamvis de jure retineri nequeat Baptisterium, quam in Ecclesiis vere parochialibus, potest tamen istud retineri in Ecclesiis parochialibus ex consensu Ordinarii, & Parochi matricis Ecclesiæ.*

143 *Ecclesiæ mere baptismales dicuntur illæ, in quibus nulla absque animarum cura, & Sacramentorum administratione, solum Baptisterium retinetur ad baptismatum conferendorum usum.*

144 *Ecclesiæ mere baptismales dici nequeunt nec parochiales, nec curatæ, cum animarum curam non habeant.*

145 *Cappellani Ecclesiarum mere baptismalium non tenentur ad præcisam residentiam, quemadmodum veri Parochi, & Vicarii filialium, seu curatarum Ecclesiarum.*

Solent

Solent a nonnullis Parochiæ diſtingui in collectivas,
& particulares, ſeu ſingulares, inter quos *Fagnan. in* 1
*cap. Quoniam de decimis num.*25. Parochiæ collectivæ
ex mente dicti Fagnani ſunt Epiſcoporum diœceſes; Particulares vero, ſeu ſingulares, illæ intelliguntur, quæ intra Epiſcoporum diœceſes includuntur, ibi: *Sed & du-* 2
plex eſt Parochia, particularis ſcilicet, ſive ſingularis, cujuſmodi eſt qualibet Cappella parochialis: item collectiva, ſcilicet totius diœceſis, quæ & Parochia dicitur Epiſcopi. Nec infrequens eſt ſub Parochiæ
nomine totam diœceſim comprehendi a Sacris Canonibus, ut vide- 3
re eſt *apud Geminian. in can. Quiſquis cauſ.*4. *quæſt.*5. *num.*3., *can. Presbyteri diſtinct.*24. *num.*2., *cap. Eos, qui Clericos num.*1., *& cap. Cum nullus num.*1. *de tempor. ordin. in* 6., quod etiam liquet *ex libro Pontificali Damaſi Papæ, in notis Severini Binnii ad Labbeum tom.*1. *Concil. in vita S. Sixti Papæ I.*, ibi: *Hic conſtituit, ut quicumque Epiſcopus evocatus fuerit ad Sedem Apoſtolicam, rediens ad Parochiam ſuam non ſuſciperetur, niſi cum formatis ſalutationis ad plebem a Sede Apoſtolica*: *d. tom.*1. *pag.*556. Sed in hac epiſto-
la 2. Sixti Papæ, *cap.*2., ex quo Gratianus incaute ſumpſit Cano- 4
nem *Quilibet cauſ.*8. *quæſt.*5., non legitur *ad Parochiam*, ſed *ad Eccleſiam*, ibi: *ad Eccleſiam tamen ſuam non prius revertatur, quam litteris Apoſtolicis, vel formatis pleniter inſtructus, atque purgatus ſit, ſi fuerit, unde &c.* ac *Thomaſſin. de vet. & nov. diſcipl. part.*1. *lib.*1. *cap.*21. *num.*4.

Ratio autem, cur Epiſcoporum, quorum honor, & ſublimitas
nullis poteſt comparationibus adæquari, ut inquit *S. Ambroſ. de di-* 5
*gnit. Sacerd. cap.*2., relato a Gelaſio *in Can. Duo ſunt, diſtinct.*96., *ac Rota cor. Molin. deciſ.*672. *num.*12.. Ratio, inquam, cur Epiſcoporum diœceſes Parochiæ a Sacris Canonibus paſſim appellentur, in aprico eſt, atque propatulo: quia Epiſcopi tamquam Apoſtolorum Succeſſores, curam habent animarum totius diœceſeos,
illorum ovile, propriumque gregem paſcendum, regendumque 6
conſtituentium, ut *ex Act. Apoſtol. cap.*20., *can. Quoniam vices diſt.* 68., *can. In novo diſt.*21., *Concil. Trident. ſeſſ.*6. *de reform. cap.*1. *per tot.*, *Rota cor. Molines d. deciſ.*672. *num.*12. Quod Summum Pontificem Urbanum VIII. movit, induxitque, ut in lucem ederet Conſtitutionem ſub *die* 12. *Decemb.* 1634., quæ eſt 190. *in Bullar. tom.*5., & pro cujus executione fuit ab eodem ſub *die* 20. *Martii* 1635. deputata Sacri Concilii Congregatio, qua Epiſcopi, quibus totius diœceſeos cura eſt demandata, ad præciſam reſidentiam teneantur, ac proinde quotquot Epiſcopalibus Eccleſiis regendis, curandiſque fuerunt præfecti, ſi in Urbe ſint, debeant poſt menſem a
die eorum promotionis, itineri ſe ſe committere, & ad Eccleſiam 7

ſibi creditam ad perſonaliter in ea reſidendum conferre, ſub non-
nullis graviſſimis pœnis eo ipſo incurrendis, ut videri poteſt *a* §.7.
ad 11. *citatæ Bullæ*. Dies autem promotionis ſumendus eſt pro die
pronunciationis factæ per Papam in Conſiſtorio, ut late Bullam in-
terpretando docet *Fagnanus in cap. Eam te num.*4. *& ſeqq.*, ac præ-
ſertim *num.*23. *& ſeqq. de reſcriptis*.

Nec tamen ſuffragatur, quod ex Tridentini Concilii toleran-
8 tia poſſint Epiſcopi ab Eccleſia propria abeſſe tribus menſibus,
*ſeſſ.*6. *cap.*1. *ſeſſ.*23. *cap.*1. *de reform.* ad hoc enim ut fruantur in-
dulto, neceſſum eſt, quod jam acceſſerint ad Epiſcopatum; Ad-
eoque ſi ad illum nondum acceſſerunt, non poſſunt itineris dilatio-
9 nem habere, ſed omnino compelluntur Urbani VIII. Conſtitutioni
obtemperare: quemadmodum a Sacra Congregatione Concilii fuit
declaratum 12.*Decemb.*1707., ut videre eſt in folio *Cremonen.* 9.*Fe-
bruar.* 1718. §. *Alexander*, *theſ. reſol. pag.*22., in qua cauſa, in ca-
ſu de quo agebatur, propoſito dubio: *An, & quomodo Oratoris
precibus ſit annuendum pro obtinenda prorogatione*: reſponſum fuit:
Ad duos menſes.

Cum ergo Epiſcopus ad reſidentiam compellatur, & ſuas fun-
10 ctiones Pontificales in Cathedrali Eccleſia ſtatis temporibus peragere
debeat: *d. ſeſſ.*6. *cap.*1., *d. ſeſſ.*23. *cap.*1. *de reform.* in quo conſo-
nant quæ habentur apud Sacram Congregationem Concilii *in Cala-
guritana, & Calceaten. reſidentiæ* 7. *Feb.* 1740., *tom.*9. *theſ. reſol.
pag.* 21. hinc oritur, quod Cathedralis Eccleſia, velut Parochia
11 Epiſcopi, Parochia univerſalis paſſim nuncupatur: *Card. de Luca
de benefic. diſc.*122. *num.*1., *& de decim. diſc.*1. *num.*4., *Gonzal. ad
reg.*8. *Cancell. gloſſ.*6. *num.*83., *Pignatell. conſult.*76. *num.*9., *Ro-
ta cor. Herrera deciſ.* 29. *num.* 19. *in Ravennaten.* 11. *Martii* 1746.
§. *Quemadmodum, &* 25. *April.* 1755. §.2. *cor. Borrull.*, ac alibi
paſſim. Hinc Parochiarum differentia, atque diſtinctio proficiſci-
tur priori quidem affinis, ne dicatur ſimilis, ſed in foro receptior,
12 videlicet in univerſales, & particulares. Id tamen tuto, inoſ-
fenſoque pede nequit percurri, niſi eodem tempore præmittatur
13 Parochias alias eſſe diſtinctas, alias vero indiſtinctas.

Parochiæ diſtinctæ illæ dicuntur, quæ ab aliis ſeparatæ pro-
prium habent populum, propriumque Parochum omnimoda, ac
privativa facultate donatum quoad Sacramentorum adminiſtratio-
14 nem, & curæ exercitium, ad tradita *a Gonzal. d. gloſſa* 6. *num.*97.
*Deſargna de jurep. part.*1. *can.*1. *&* 2. *caſu* 2. *num.*19., *Rota de-
ciſ.*258. *num.*6., *deciſ.*483. *num.*21. *cor. Anſaldo, & in Valentina
juriſdictionis ſuper manutentione* 26. *Jun.* 1754. §.8., *&* 10. *Maii*
1755. §.8. *& ſeqq. cor. Figueroa*. Parochiæ autem diſtinctæ, ſunt
15 triplicis generis, aliæ nempe per territorium, aliæ per domos, &
fami-

familias, aliæ per certas personas, ut eruitur *ex Gonzal. d. glossa 6. n.96., ex Sacra Congregatione Concilii in Toletana jurium parochialium 13. Jul. 1748. tom.17. thes. resol. pag.55., ac Rota decis. 121. n.29. cor. Ratto*, ac alibi, ut melius in sequenti titulo videbimus.

E contrario Parochiæ indistinctæ illæ dicuntur, in quibus animarum cura limitato jure, alienoque nomine exercetur, ulla absque populi, ac territorii designatione: cujusmodi sunt paro- 16
chiæ filiales in Ecclesiæ matricis adjumentum, & commodum permissæ, ad tradita *ab Andr. in cap. Super eo de præb. in 6., Gonzal. loc. cit. num. 92., Desargna ut supra num.19. in princ. Rota decis.258. num.6.part.1.rec.* Quemadmodum observatur in pluribus diœcesibus, ubi in singulis Civitatibus, & villis animarum cura exercetur per Sacerdotes ab Episcopis destinatos, absque ulla tamen territorii circumscriptione, & privativa Sacramentorum administratione, de quibus *Card. de Luca de decimis disc.1.num.4. de benefic.disc.122. num.1. Rebuff. de decim.quæst.7.num.9.* Rota *cor.Molin. decis.*490. *num.1. coram Herrera decis.29.num.19.*

Præmissa itaque hujusmodi discriminis explanatione, notandum est, quod in iis diœcesibus, in quibus Parochiæ non sunt distinctæ 17
Ecclesia Cathedralis est unica totius diœcesis Parochia, ac consequenter Parochia universalis, cujus Rector est ipse Episcopus, *ad text. in can. Decimas cau.16.qu.1., cap. Cum contingat, ibique Glossa, & Fagnan. n.29. de decimis, Card. de Luca eod.tit. disc.1.num.4.* Rota *cor.Molin. decis.490.num.1., & cor. Sanctissimo Domino* CLEMENTE *XIII. decis.239.num.3.*, & juxta ea, quæ habentur *in Ravennaten. 11.Martii 1746. §. Quemadmodum, & 5.April.1755. §.2. in utraq. cor.Borrull.* In iis vero locis, ubi Parochiæ sunt formaliter distinctæ, ac separatæ a Cathedrali, remanet Cathedralis Ecclesia, quemadmodum reliquæ totius diœcesis, Parochia particula- 18
ris, ita ut, excepta matricitatis, & præeminentiæ prærogativa, nullo modo valeat in reliquis Ecclesiis parochialibus jura, & functiones parochiales exercere, *Franc. de Eccl.Cathed. cap.21.num.11. & 115. Pignatell. consul.48. num.60. tom.3., Rota coram laud.*CLEMENTE *XIII. d. decis.239.num.8.9.13.*

Dixi Parochias alias esse distinctas, alias vero indistinctas: illas veras, & proprias, has vero improprias, & abusivas velim in- 19
telligatis. Hæc enim Parochiarum inter veras & proprias, & inter improprias, seu abusivas differentia, notatu est necessaria, cum ab ista velut e suo fonte cæteræ proficiscantur, orianturque. Parochias, seu parochiales Ecclesias veras, & proprias illas intelligo, quæ a cæteris sejunctæ certum habent populum, intra certos limites constitutum propriumque Parochum, animarum curam, & Sacramentorum administrationem suo, & independenti 20

 nomi-

nomine, liberoque, ac privativo jure exercentem, ex iis, quæ traduntur a *Gonzal. ad d. Reg.8. Cancel. glossa 6. num.97. Guttier. alleg.6. num.6. Rigant. ad Regul. 1.Cancell. §.1. num.394. Rota decis.272. num.3. decis.258. num.8. part.1. rec., decis.353. num.1. cor. Crispo, in Constantien. parochialitatis, seu reintegrationis Parochiæ, 22.Feb.1747. §. Siquidem cor. Emo Caprara, & in Valentina jurisdictionis super manutentione, 26.Jun.1754. §.8., & 10.Maji 1755. §.8. & seqq. cor. Figueroa.* Improprias vero, seu abusivas Parochias il-
21 las dico, in quibus animarum cura exercetur, sed dependenti, alienoque nomine, ac jure, sineque populi, ac territorii assignatione, ex notatis *a Fagnano in cap. Ex parte a num.19. de offic. Vic. Card. de Luca de Paroch. disc.21. sub num.23., de jurisdict. disc.30. num.5. Rebuff. de decimis quæst.6. num.11. Piton. discept. eccles.66. num.13. Lap. alleg.6.*, quibus accedunt ea quæ habentur in folio Sacræ Congregationis Concilii *in Vicen. Parochiæ de Liussano 12.Jan. & 23. Aug.1760., tom.29. thes. resolut. pag.17. & seqq., ac 150. & seqq.* tum apud Rotam *decis.29. num.13. cor. Herrera, & in Bononien. amovibilitatis Cappellani 22. Ferbr.1726. §. Quemadmodum cor. Corio, tum in Gerunden. juris sepeliendi, super parochialitate, & transactione, 5. Martii 1756. §. Inutile, & §. Nec utique cor. Stadion.*

Vulgatissima est Parochiarum distinctio in matrices, & filiales,
22 ut ex auctoritatibus modo adducendis apertissime demonstrabitur, in quo etiam consonant, quæ habentur *in Instructione Concordati* inter Benedictum XIV., & Augustissimum Sardiniæ Regem, & Sabaudiæ Ducem, Carolum Emmanuelem III., *pro immunitate, & exercitio jurisdictionis Ecclesiasticæ*, §.10., *edit. Taurin.* ibi = *Eccettuatene però le Parocchie, e le Chiese figliali delle medesime* = quæ pariter verba leguntur in alio Concordato inter eundem Benedictum XIV., & Carolum Infantem Hispaniæ, Regem duarum Siciliarum, nunc Regem Catholicum, seu Hispaniarum Monarcham, ut videre est *in notis ad idem Concordatum habitis ab Archiep. Tyri Jo. Andrea Tria, cap.2. art.27., edit. Colon.* Sed hic præmittendum, quod
23 Parochiæ matrices, & filiales, ut in titulo de Parochiarum matricitate videbimus, aliæ sunt propriæ, aliæ vero impropriæ; de quibus *Card. de Luca de Paroch. disc.27. num.10., de præemin. disc.14. num.13. Pignatell. consult. canon.109. num.3. Rota passim, sed præsertim cor. Sanctissimo Domino CLEMENTI XIII. decis.175. num.11., & cor. Emo Bussio in Tirassonen. decimarum 25. Jun.1757. §.6. & seq.*

Quare si Parochiæ matrices, & filiales primo modo sumantur, idest in sua propria, & rigorosa significatione, atque natura,
24 Parochiæ matrices ad veras, & proprias, Parochiæ filiales ad impro-

proprias, & abusivas Parochiarum species pertinebunt: ratione in hoc posita, quia stricte loquendo sola matrix Ecclesia dici potest Parochia, non autem filialis, quippe quæ erecta absque populi, 25
& territorii destinatione in matricis adjumentum, *per textum in cap. 3. Ad audientiam de Ecclef. ædific.*, *cap. Præterea de transaction.*, *Barb. de jure eccles. lib. 2. cap. 1. num. 21.*, *Rota cor. Card. Crescentio decis. 237. n. 2. cor. Emo Falcon. de jurep. decis. 31. n. 3.*, *& in Ariminen. praeminentiarum 7. Julii 1737. §. Porro, apud Sacram Congregationem Concilii*. At vice versa si Parochiæ matrices, & filiales secundo modo sumantur, idest improprie intelligantur, 26
ad veras, & proprias Parochias pertinebunt, eo quod una ab altera dependeat quoad solam majoritatem, dignioritatem, præeminentiamque, sed utraque distincta existat quoad populum, Parochum, & territorium, & jura parochialia, ad tradita *a Pignatell. loc. cit.*, *Card. de Luca ut supra*, tum *a Sacra Congregatione Concilii in d. Ariminen. §. Porro*, *& a Sacra Rota d. decis. 237. num. 2.*, *& decis. 257. num. 21. cor. Card. Crescentio*, *d. decis. 175. num. 11. cor. Sanctissimo Domino*, *& in d. Tirassonen. §. 6. & seq. cor. Emo Bussio*.

Istæ Parochiæ matrices, seu veræ, & propriæ Parochiæ, aliæ sunt jurisdictionales, aliæ non jurisdictionales. Parochias jurisdi- 27
ctionales, rigorose loquendo, illas intelligo, quæ præter animarum curam jure proprio, & privativo in foro interno, aliam quoque retinent animarum curam in foro externo, & contentioso 28
exercibilem: quæ consistit in visitatione, correctione, aliisque similibus ad mores, & disciplinam pertinentibus, de qua *Clem. dudum circa med. de sepult.*, *Mascbard. de probat. conclus. 438. num. 20. & seqq.* Et hujusmodi Parochia dici solet, ac debet Ecclesia Cathedralis, cum talis jurisdictio plene resideat penes Epi- 29
scopum, qui Ecclesiæ Cathedralis est Parochus, ad tradita *a Gonzal. d. Gloss. 6. num. 83.*, *Panimoll. decis. 5. num. 15.* *Rota decis. 278. n. 4. part. 1. rec.*, ac præsertim *cor. Canilliac in Ravennaten. 11. Martii 1736. §. Quemadmodum*, *& in eadem 25. April. 1755. §. 2. cor. Borrull.*

Parochiæ non jurisdictionales illæ dicuntur, quæ nudum habent fori pœnitentialis exercitium cum omnimoda Sacramentorum 30
in certum, distinctumque populum administratione, *ad text. in cap. 2. & 3. de offic. Jud. Ordinarii*, ubi aperte eruitur hanc jurisdictionem cæterarum Ecclesiarum Parochis non competere, nisi istam pri- 31
vilegio, aut legitime præscripta consuetudine adquisiverint. Harum jurisdictionalium, & non jurisdictionalium Parochiarum exemplum nobis suppeditat Civitas Aquilejensis, in qua duę aderant Parochiæ, una Patriarchalis, in qua residebat Patriarcha, & 32
altera simplex, dicata S. Joanni, vulgo nuncupata *in foro*, sive

in

33 *in platea*. Sed hujusmodi Parochia jurisdictionalis fuit in simplicem conversa Ecclesiam tunc cum suppresso Capitulo, & Patriarchatu, illius cura animarum fuit unita alteri S.Joannis a Benedicto XIV. cum omnibus juribus parochialibus, atque universus populus Archiepiscopi Goritiensis ordinario juri subjectus, ut legere est *in Constit.*50. *incip. Injuncta nobis* §.14. *tom.*3. *Bull. dict. Benedicti XIV.* Quæ Ecclesia Patriarchatu, Capitulo, & parochiali-
34 tate sic destituta, exutaque, & a cujuscumque Ordinarii jurisdictione exempta, Sedi Apostolicæ ab eodem Benedicto XIV. fuit subjecta: ex cit. *Constit.* §.15.

35 Dividi insuper solent Parochiæ in Regulares, & Sæculares. Illæ sic dicuntur, quæ Regularibus tum Virorum, tum Mulierum Mo-
36 nasteriis plenarie adhærent, de quibus *Cap. Monasterium de offic. Archiep.*, *Concil. Trid. sess.*7.*cap.*7. *de reform.*, *sess.*25.*cap.*11. *de Regular.*, *Card. Petra ad Constit.*7. *Urbani IV. num.*34. *& seqq. Card. de Luca de Paroch. disc.*17.*num.*5. *S.Pius V. in Constit.*47. *Ad exequendum, Sacra Congregatio Concilii in Sorana restaurationis Ecclesiæ parochialis* 13.*Aug.*1729. *tom.*4. *thes. resol. pag.*338. *Rota decis.*10. *n.*3. *part.*14. *rec. decis.*771. *num.*12. *cor. Molines*, *ac præsertim in Nullius provinciæ Ravennaten. Vicariæ* 11.*Febr.*1737.*confirmata* 14.*Jun. d.anni cor.Card.Calcagnino* §.*Quemadmodum & seqq.* Dixi *plenarie adhærent*, quia Ecclesiæ parochiales quamquam Regularibus Ordinibus, seu Monasteriis unitę perhibeantur, attamen sem-
37 per præsumuntur Sęculares, nunquam vero Regulares, *ad text. in cap. Cum non ignores de præb. c.Cum de beneficio eod. tit. in* 6. *Rota in Colonien. parochialis* 7.*Febr.*1746. §.*Enim vero cor.Emo Bussio,in Sedunen.unionis* 6.*Jun.*1755.§.4.*cor.Vicecom.& in ead.* 5.*April.*1755. §.*In hoc autem cor.EmoCaprara, & in Sedunen.Parochialis,super Regularitate*, 17.*Febr.*1758. §.3. *cor.Emo Bussio*: Adeoque semper est
38 concludentissime probandus prætensusRegularitatis status,ad tradita *a Garz. de benef. part.*11. *cap.*2. *num.*1., *Card. Petra ad Constit.*1. *Anastasii IV. sect.*1. *num.*44. *& seqq.*, ac Sacra Congregatio Concilii in *Herbipolen. parochialis Ecclesiæ, & Primissariæ*, 22.*Aug.*1750. *tom.*19. *thesaur. resol. pag.*71. *& seq.*, 5. *Decemb. ejusdem anni*, *pag.*101. *& seq.*, tum *Rota decis.* 304. *num.*2. *cor.Crispo, d.Colonien. parochialis* §.*Enim vero,d.Sedunen. unionis super parochialitate* 6.*Junii* 1755. §.2.*cor.Vicecomite*, *& in d. Sedunen. Parochialis* §.3.

39 Sæculares autem Parochiæ illæ dicuntur,quæ sæcularibus Ecclesiis affixæ sunt: & istæ sunt duplicis generis. Vel enim pendent ab aliquo
40 Capitulo, Collegio, Loco pio, Ordine militari, similique Ecclesia, de quibus *Con. Trid.sess.*7.*cap.*7.*de reform.*, *S.Pius V. in d.Constit.*47. *ad exequendum*, *& Constit.*136. *&* 139., *Greg.XIII. Constit.*15. *Bened.XIII. Constit.*116. *Ex debito*, *& Constit.*134. *Pastoralis*, *ac alibi*,

alibi, tum Sacra Congregatio Concilii *in Vulturanen. jurisdictionis* 19.*Novemb*.1729. §. *Quo vero tom.4. thesaur. resol.pag.*366., *ac Rota cor. Molin. decis.*769. *num.*66. Vel liberæ omnino existunt,
in quibus a proprio Parocho libere, ac privative Sacramenta ad- 41
ministrantur populo sibi specialiter commisso, de quibus *Concil. Trid. sess.*25. *de reform. cap.*16., ubi prohibet, ne beneficia sæcularia, quæ ex primæva institutione, aut alio modo parochialia, & 42
curata sunt, in simplicia convertantur, quod repetitur *a Rota dec.*195. *num.*26. *part.*17. *recent.* & de hisce parochialibus Ecclesiis quoque loquitur Sacra Congregatio Concilii, præsertim in *Telesina* 12. *Februar*.1758., *tom.*27. *thes. resol. pag.*17., *ac Rota in Gerunden. divisionis Parochiæ, super attentatis, & provisione*, 5. *Maii* 1755. *cor. Amedeo*.

Sunt, de quibus differuimus, Regulares, & Sæculares Parochiæ, vel liberæ, aut non liberæ collationis, vel electivæ, aut 43
non electivæ. Liberæ collationis Parochias eas intelligo, quæ ab Episcopo, aliove Ordinario, in titulum perpetuum libere conferuntur, seu in quibus conferendis explicat Ordinarius omnimo- 44
dam, absolutamque jurisdictionem. Quando enim Parochiæ liberæ sunt, debent ab Episcopo, seu Ordinario conferri, per Rotam
in Camerinen. Prioratus 11.*Jun*.1756. §.5. & 8. *cor. Card. Bussio*. 45

Quandoque conferuntur a Capitulo in vim præsertim concordiæ inter ipsum, & Episcopum initæ, & a Sancta Sede confirmatæ: 46
per Glossam in cap. Quamquam 18. *de electione, Fagnan. in cap. Ecclesia num.*3. *eod. tit.*, *ac Rota in d. Camerinen. Prioratus* §. 5. Illa Ecclesia, quæ habet unicum Parochum, qui solus eam obtinuit in titulum, & curam animarum exercet, solusque illam repræsentat,
libera dici debet, liberæque collationis, ad tradita *a Lotter. de re be-* 47
*nefic. lib.*2. *quæst.*2. *num.*2. & 3., *Piringh. d.num.*62. *Rota cor. Seraphino decis.*199. *num.*2., *cor. Lancetta decis.*440. *num.*1. & *in d. Camerinen.* §.8.

Parochiæ itaque liberæ collationis non erunt illæ, quæ Sedi
Apostolicæ sunt reservatæ, atque affectæ, cum de istis Episcopi, 48
aliique inferiores Collatores libere nequeant disponere, *ad text. in cap.*1. & 2. *de confir. util.*, & *in Extravag. Ad Romani* §. *Romani de præb. Rigant. ad Reg. Cancell.*1. §.1. *num.*76. & *seqq.*, *ad Reg.*11. *num.*35. *Nicol. ac concord. German. tom.*1. *dub.*6. §.1. *Rota in Bononien. Hospitalis* 16.*Decemb*.1707. §. *Justificatio, cor. Omanna, in Valentina Parochialis* 27. *Jul*.1755. §.7. *cor. Borrull.*, & ad trad. *in Burgen. integri beneficii* 5.*Jul*.1756. §.2. *cor. Card. Bussio*. Liberæ collationis neque erunt illæ Parochiæ, quæ Capitulis, & Colle- 49
giis, Monasteriis, Locis piis, Ordinibus militaribus, aliisve similibus plenarie unitæ, & amovibiles proponuntur, juxta tradita a

Rota

Rota *in Colonien. Parochialis*, 2. *Decemb.* 1739. §. *Perperam cor. Peralta*.

Si vero dubium ſit, an Parochia ſit plenarie, vel æque principaliter unita, in re dubia omnis præſumptio militat favore liberta-
50 tis Eccleſiæ, & ſtatus collativi beneficii parochialis, per *textum in cap. Cum non ignores de præb. cap. Cum ſingula, & cap. Cum de beneficiis, eod. tit. in 6., Concil. Trid. cap. 7. ſeſſ. 7. de reform., Rota in Compoſtellana Beneficii de Pantinobre*, 12. *Jun.* 1741. §. *Favore cor. Tanario, in Leodien. Paſtoratus* 15. *Jun.* 1743. §. *Vacatio cor. Emo Millino, in Seduneu. unionis* 6. *Jun.* 1755. §. 4. *cor. Vicecom.*, & 5. *April.* 1756. §. *In hoc autem cor. Card. Caprara*. Adeoque ne beneficium parochiale dici valeat liberæ collationis, Capitulum, Collegium, aut altera Eccleſia, quæ prætendit unionem ſubjectivam,
51 & extinctivam tituli collativi, debet concludenter probare unionem quoad ſpiritualia & temporalia, ſeu plenariam, *ad textum in cap. Cum plantare* §. *In Eccleſiis, ibique Gloſſa, verbo* pleno jure, *de privileg., Imola in cap. Extirpandæ de præb., Rota cor. Emo Millino in Leodien. Paſtoratus de Peruvez* 25. *Jun.* 1742. §. 5., & *in d. Sedunen. cor.* Card. *Caprara* §. *In hoc autem*.

Quando enim beneficia parochialia ſubjective unita exiſtunt, deſinunt eſſe liberæ collationis, ſed ab Ordinario conferuntur ulla
52 abſque concurſus forma, ſed tantum ad electionem, & nominationem illorum, in quorum Eccleſiis unitis deputandi ſunt Vicarii, prævio ejuſdem Ordinarii examine, & approbatione, *ex Conſtit.* 47. *S. Pii V.* §. 4. & 5., ad notata *in folio Sacræ Congregationis Concilii in cauſa Fulginaten. juriſdictionis* 15. *Decembris* 1736. §. *Poſito tom.* 5. *theſ. reſolut. pag.* 198., *Rota in Apruntina Præpoſituræ de Nereto* 9. *Decemb.* 1695. §. *Capitulum, coram Urſino, & in Nullius provinciæ Taurineu. præpoſituræ*, 18. *Febr.* 1743. §. *Ad impedimentum coram Thunn.* Beneficia quoque parochialia jurispatronatus laicalis, quamvis poſſint eſſe in titulum collativa, non ſunt tamen liberæ collationis, cum ab Ordinario conferri debeant ad electionem,
53 & nominationem Patronorum, ullo abſque formali concurſu, quotieſcumque de nominati idoneitate conſtiterit, *Rota in Valentina parochialis* 27. *Jan.* 1755. §. *Et quidem, cor. Borrull.* Etenim, ſi peculiares, de quibus in tertio tomo, caſus excipias, concur-
54 ſus fieri ſemper debet pro collatione parochialium beneficiorum liberæ collationis, per *Rotam cor. Peralta in Præneſtina Rectoriæ S. Laurentii* §. *Haud in minimo, & in Nullius provinciæ Ravennaten. Vicariæ* 11. *Febr.* 1737. §. *Aſt, cor. Emo Calcagnino*.

Ex hactenus dictis quid de electivis Parochiis dicendum ſit
55 quiſque facile intellexit. Parochiæ enim electivæ dicuntur illæ, quæ ab Ordinariis conferri nequeunt, niſi illorum, ad quos pertinet,

net, prævia electione: cujusmodi sunt Parochiæ subjectivæ unitæ, seu de mensa alicujus Ecclesiæ, vel jurispatronatus. Quando sunt unitæ, seu de mensa Capituli, aut Collegii alicujus, vel ad istius pertinent juspatronatus, non potest Parochus, seu Vicarius, sive 56
perpetuus, sive amovibilis, Ecclesiæ regimini, & servitio addici, nisi a Capitulo, seu Canonicis capitulariter facta electione, ad notata *a Panormitano in cap. Nobis, ibique Glossa, verbo* Conventuali, *de jurep. Paul. apud Lambertin. eod. tract. tom.1. num.74.* ubi asserit hanc Parochi, seu Vicarii electionem, vere, & proprie ad collegialem Ecclesiam pertinere. Dantur nonnulla Capitula, quæ habent 57
jus eligendi etiam ad omnes Canonicatus in eadem Ecclesia vacantes, excluso Ordinario, istique reservata electi confirmatione: quod 58
privilegium ex immemorabili retinet Capitulum Ferrarien. ut ait Rota *decis.17. num.1., & sub num.2. vers. Quod autem, & sub num.4. de benefic. cor. Card. Falcon.*

Nec potest Episcopus hisce in casibus denegare Canonici electi confirmationem, quotiescumque justa denegandi causa deficiat: quia 59
confirmatio est actus justitiæ, proindeque non denegabilis, *cap. Postquam 3. de elect., Gloss. verbo* Impleantur, *Abb. in 1. notab. cap. fin. eod. tit. in 6., Lotter. de re benef. lib.1. qu.27. n.2. lib.3. q.17. n.73. Rota decis.591. n.19. cor. Remboldo, decis.531. n.1. part.4. tom.3., decis.167. n.2. part.16. rec., d. decis.17. n. cor. Card. Falcon.* Ita ut si absque causa, confirmatio fuerit denegata, detur appellationi locus, & licentia ad sacrum, supremumque Tribunal recurrendi, 60
ut Ordinarii suppleat vices, *ad text. in Clem. Auditor in Romana Curia de rescrip., Rota d. decis.17. num.2.* Hic tamen notandum est, quod excipiendi sunt illi, ad quos actualis cura animarum pertineat, ita ut minus idonei a Capitulo electi ab Ordinario valeant excludi: cum juris nostri inconcussum principium sit in parochialibus semper esse digniores, habilioresque eligendos, ut distinguendo 61
tradit *Fagnanus in cap. Cum dilectus num.18. & 19. de consuetud. cap. Cum autem num.29. & 30. de jurep. Rub. de thes. cap.77. num.283. ad fin. Rota cor. Card. Ludovisio decis.11., ibique Adden. sub litt. E., decis.1175. n.16.18., & decis.1213. n.20. cor. Molines, & in Valentina Canonicatus Doctoralis 17. Jan. 1755. §.8. cor. Emo Caprara.*

Quando Parochia plene unita est Monasteriis, seu Regularis existit, tunc nullo modo dici potest electiva, eo quod Vicarius ad 62
animarum curam gerendam ullo absque Regularium suffragiorum concursu a solo Abbate, seu Superiore eligatur, ad illius nutum amovibilis, relicta Ordinario approbatione, ex famigeratissima Constitutione S. Pii V. *Ad exequendum* 47. de Parochiis ad Mendicantes, & Monachos pertinentibus differentis, ac per ea quæ tradit *Murga de benefic. quæst.2. num.198., Barb. de jure eccl. univ.*

cap.6. num.63. Rota cor.Card.Scotto in Fanen. jurisdictionis 20.Jan. & 16.Jun.1704, in Nullius Provinciæ Ravennaten.Vicariæ 14.Junii 1737. §.Quemadmodum & seqq. cor.Card. Calcag., & in Sedunen. parochialis super regularitate 17. Febr. 1758. §.3. cor. Card. Bussio.

Illis vero in casibus, in quibus Parochiæ sunt jurispatronatus
63 laicalis, tales Parochiæ dici possunt electivæ, sed impropriæ: quia improprie, & lato modo loquendo cum Patroni præsentant dicuntur eligere, *cap. Nobis de jurep., Paulus de Cittad.post Lambertin. de jurep. tom.1. num.72., Benedict.XIV. in sua Constit. 50. incip. Injuncta nobis* §.14. ibi: *Rector, seu Presbyter Curatus a communitate, & hominibus dictæ civitatis, ut accepimus, eligi, nominari, & Ordinario loci præsentari solitus*; ac passim Sacra Concilii Congre-
64 gatio, ubi verbum electionis pro illo præsentationis, & nominationis frequenter confunditur, & usurpatur; ac præsertim *in Balneoregien. dispensationis 21. Jun. 1760. §. Si ergo, §. Deficiente*, ibi: *Liberum est patronis intra quadrimestre eligere*,& ibi:*Quia nemo est directe vocatus, sed pendet concurrentium electio a nominatione patroni. tom.29. thes. resol. pag.109. & seq.*

Istæ Parochiales Ecclesiæ, cum laicali juripatronatus subjician-
65 tur,quomodocumque conferantur,ab Apostolicis reservationibus eximuntur, *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.31. num.17. Rigant. ad Regul. Cancell. §.10. num.13. Rota cor. Ratto decis.168. num.4., in Vicen. beneficii 4.Martii 1754.§.3.cor. Borrull., & in Valentina Parochialis 27.Jun.1755. §. Altera cor. eod. Borrull.* Illæ quoque Parochiales, curatæque Ecclesiæ, quæ in titulum non conferuntur, sed ad nutum amovibiles sunt ad electionem, & nominationem il-
66 lorum, ad quos istæ pertinent, reservationibus Apostolicis, & Regulis Cancellariæ minime subjacebunt, *Gonzal. ad Reg. 8. cancell. gloss.5. §.3. num.35. & seq., Rigant. ad eand. Reg. 8. hodie 9. §.2. num.77. Rota in Burgen. juris decimandi Curatos 21. Febr. 1684.§. Cum hac cor. Alberto, cor.Ratto dec.204. n.10., cor.Card.Calcagnino in d.Nullius provinciæ Ravennaten.Vicariæ 14.Jun.1737.passim.* Nam Extravagans *Ad Romani de præb.* & regula 9.*Cancell.* loquuntur de beneficiis ecclesiasticis, seu curatis electivis; *Rigant. ad d. Reg.9. §.2. num.34.* ibi: *Omnia beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura*, & in *Reg.2. Cancell. num.39., Nicolar. Concord. Germaniæ tit.1. dub.1.6. §.1.* Proindeque huic casui non sunt hujusmodi dispositiones applicandæ, cum tales Parochiæ non conferantur in titulum, nec dici valeant respectu Vicariorum beneficia ecclesiastica,
67 nec dicantur vacare, neque impetrari possint in titulum beneficii perpetui, *cap. Pervenit 28. de appellat., Fagnan. in cap. Ex parte num.33. de offic. Vicarii, Lotter. ut supra quæst.33. num.106., Gonzal. d. §.3. num.3. Rota cor. Buratto decis.104. num.2., cor.Ratto*

*to d.decis.*204. *num.*10., *& in Bononien. amovibilitatis cappellani cor. Corio*, 22.*Febr.*1726. §. *Quemadmodum*.

Omittenda hic minime est alia Parochiarum differentia, atque distinctio, in receptitias videlicet, & non receptitias, sive simplices. Parochiales Ecclesiæ receptitiæ, seu receptivæ, dicuntur illæ, in quibus præter Parochum, adest certus Presbyterorum numerus Parochum adjuvantium in exercitio functionum, quæ mere Parochiales non sunt: qui interim de parochialibus emolumentis, de decimis, oblationibus, aliisque similibus participant, in præmium actualis, & continuæ residentiæ in servitium Ecclesiæ, nec non in celebrandis divinis officiis, atque anniversariis, aliisque piis relictis, a quibus dicta emolumenta proficiscuntur, de quibus *Concil. Trid. sess.*24. *de reform. cap.*18., ac pluries S. Congreg. Concilii, præsertim *in Nullius, seu Montis Casini* 26.*Jan.*1726. *lib.*76. *decret. pag.*31. *& tom.*3. *thes. resol. pag.*260. *& seqq.*, *&* 2. *Jun.* 1731., *tom.*5. *pag.*112. *& seq.*, *in Termularum* 12.*Aug.*1741. *tom.*10. *thes. resol. pag.*138., *in Polycastren.* 14.*Martii* 1744. *tom.*13. *dict. thes. pag.*44. *& seq.*, *in Venusina* 13. *Febr. &* 27. *Martii* 1751. *tom.* 20. *dict. thes. resol. ac Rota cor. Merlino decis.*685. *a num.*1. *ad* 7., *in Calaguritana quartæ funeralis de Nakera* 19. *Febr.*1725. §. *Ex his cor. Cerro*, *in Hydruntina participationis* 7.*Maii* 1753. §.2. *& seq. cor. Vicecom.*, *& in Guardien. participationis*, 29. *Jan. ejusdem anni* §.1. *& seq. cor. Card. Bussio*. Quæ proinde emolumenta inter jura parochialia minime considerari debent, nec eorum functiones dicendæ sunt mere parochiales: ut tradit Rota *cor. Merlino dict. decis.* 687. *in cit. numeris*, *& in d. Calaguritana* §. *Ex his cor. Cerro*, ac alibi passim. 68 69 70

Si Presbyteri partim adscripti sint ad curæ exercitium tamquam Vicarii, & Ministri Abbatis, aliusve Rectoris, partim ad Missarum celebrationem, talis Ecclesia dici non potest Parochialis 71
receptitia: ut declaravit Rota in *Vicen. juris admittendi Presbyteros, super bono jure*, 29.*April.* 1729. §. *Frustra cor. Ratto*, *seu decis.*240. *num.*4. confirmata 12.*Febr.*1734. §. *Ita cor. Corio*. Requiritur insuper, ut dici valeat receptitia, ut sit designatus in tali Ecclesia certus ac perpetuus Parochus, cui in functionibus supra 72
memoratis, reliqui Sacerdotes opitulentur: non enim debet animarum cura promiscue, & vage administrari; & constituto 73
Parocho perpetuo, nequeunt alii Presbyteri participantes sese ingerere in administratione curæ; & casu, quo Parochus nequeat per se solum functiones, & cætera vere parochialia explere, debent e gremio Capituli participantium nonnulli ad hunc effectum 74
seligi: quemadmodum Sacra Congregatio Concilii declaravit *in Nullius, seu Montis Casini* 26.*Jan.*1726. *ad* 1. 2. 3. *&* 4. dubium

cujus decreti confirmatio prodiit *sub die 2.Jul.1731.*, ut videre est
*in d. thes. resolut. pag.*144.

Solent istæ parochiales Ecclesiæ receptitiæ vocari etiam patri-
moniales: prout legitur in *Concilio Triden. sess.*24. *de refor. cap.*18.
in princ., ibi: *Etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis
nuncupatis*: nulla alia ratione, nisi propterea quia illarum regimini,
ac servitio præficiuntur illi Sacerdotes, & Clerici, qui nativi sunt
75 illius loci, ubi Ecclesia erecta est: quemadmodum patebit leviter
etiam legenti quæ habentur apud Sacram Congregationem in cita-
tis *Termularum*, *Nullius*, *seu Montis Casini*, *Polycastren.*, *& Venu-
sina*, tum apud Rotam in locis supra relatis, quibus accedit id quod ha-
betur *cor. Card. Elephantutio in Burgen. integri beneficii* 13.*Mar.*1758.
ubi in §.*Hac enim* ait, qualitatem patrimonialem efficere, ut benefi-
cia debeantur certo generi personarum, nimirum filiis patriæ, seu
76 loci, in quo beneficiorum vacatio contigit; de quibus patrimo-
nialibus beneficiis videri quoque possunt, quæ habentur *in Burgen.
beneficii, seu portionis de Gredille* 26.*Jan.*1703. §. *Etenim*, *& in
Burgen. integri beneficii* 19. *Novemb.* 1725. §. *Suadebat*, *& seqq.
cor. de Gamaches*.

Nuncupari quoque solent Collegiales, ut eruitur ex Sacra
77 Congregatione *in d. Nullius*, *seu Montis Casini ad* 1.*dub.*, *d. Ter-
mularum d. Polycastren.* ac alibi, tum ex Rota *in Nullius Plutiniani
praeminentiarum* 23. *Jan.*1736. §. *Quandoquidem cor.* Card. *Calca-
gnino*. Sed hujusmodi nomen, ac prærogativa non nisi improprie,
78 & abusive competit hisce parochialibus receptivis Ecclesiis, ad fir-
mata *a Rota decis.*204. *num.*5. *& seqq. cor. Ratto*. Quandoquidem,
ut in titulo de Collegialitate Ecclesiarum videbimus, illæ Ecclesiæ
vere Collegiales dici possunt, quæ singulis requisitis veram Colle-
79 gialitatem constituentibus, insignitæ concludenter demonstrantur,
juxta resoluta a Sacra Congregatione Concilii in *Marianen. erectio-
nis collegiatæ* 6.*Septemb.* 1749. *tom.*18. *thes. resol. pag.*103. *& seq.*,
ubi cum ageretur de Ecclesia parochiali in collegiatam erigenda,
ac necessariis munita requisitis, proposito dubio an esset locus dictæ
erectioni, responsum fuit: *Affirmative juxta modum ab Eminentissimo
Præfecto declarandum*; tum ad tradita a Sacra Rota *in Barchinonen.
Collegii*, 7. *Febr.* 1757. *fere per tot. cor. Olivatio*, *ac in specie in
Posnanien. Parochialis* 14.*April.*1758. *cor. Emo Bussio*, §.3. ibi: *Qua-
litas collegialis non deducitur*, *nisi exhibeatur formalis erectio aucto-
ritate Ecclesiastica* (*intellige Pontificiam*) *expleta*, *aut omnia requi-
sita ad collegium efformandum necessaria*:

Immo, rigorose loquendo, istæ Parochiales receptitiæ, quippe
quæ vera collegialitatis prærogativa non insignitæ, simplices quo-
80 que dici possunt; cum talis dicatur Parochia illa, quæ non est Ca-
the-

thedralis, seu Collegialis: ut notat *Rigant. ad Regul. cancell.* 57. *num.*49., *& Rota cor. Molines decis.*294. *num.*9. §.*Cæterum*, ubi dicitur, quod omissio concursus Collegiatam potius, quam simplicem indicat Parochiam: in quo consonat resolutio Sacræ Congregat. 81
Concilii *in d. Nullius seu Montis Casini ad* 1. 2. *&* 3. *dubium*, ubi responsum fuit, deputandum esse Parochum perpetuum prævio concursu; quod aperte indicat dictam Ecclesiam Parochialem receptitiam, quamvis Collegialem nuncupatam, esse simplicem Parochialem, non veram Collegialem. Fortiori ratione simplex Parochia illa nuncupari debet, in qua Parochus vel solus, vel cum 82
uno Clerico, seu Coadjutore residet, *per cap.* 1. *cau.* 16. *qu.*1. *Archidiacon. in cap. Licet de elect. in* 6., *ac Paulus de Cittad. post Lambertin. de jurep. tom.*1. *num.*76.

Habent, de quibus disseruimus, Parochiales receptitiæ nonnulla privilegia, atque jura, inter quæ præcipuum tenet locum facultas admittendi novos Presbyteros participantes, in deficientium subrogationem, etiam sine Parochi consensu, dummodo tamen 83
hujusmodi electio confirmetur ab Ordinario: juxta Resolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in Termularum* 12. *Augusti* 1741. *ad* 1. *dub. tom.*1. *thes. resol. pag.*138., *ac* 15. *Decemb.* 1742., ubi proposito dubio *An sit standum, vel recedendum a decisis* responsum fuit. *In decisis, ita tamen, ut confirmatio sine gravi, & legitima causa nequeat ab Episcopo denegari, & gratis omnino concedatur, tom.*11. *thes. resol. pag.*187. Quotiescumque enim Presbyteri ad participationem receptitiæ Ecclesiæ electi fuerunt, si debitis polleant requisitis, omnis æqui bonique ratio expostulat, ut ad illam confirmentur, & approbentur: ut declaravit Sacra Congre- 84
gatio Concilii *in Caputaquen. participationis* 30. *Jan.* 1740. *tom.*9. *thes. resol. pag.*19., *Sacra Rota in Terraconen. beneficii* 16. *April.* 1742. §. 8. *&* 9. *cor. Canilliac*, *in Guardien. participationis* 29. *Jan.* 1753. §.2. *cor. Card. Bussio, in Celsonen. admissionis ad participationem* 22. *Jan.* 1751. §. 4. *cor. de Vais*, *in Hydruntina participationis* 7. *Maii* 1753. §.3. *cor. Vicecom.* Debent autem ad hujusmodi participationem admittendi exhibere requisita in Cancellaria 85
Episcopali: ut decrevit Sacra Congregatio Concilii *in S. Severi juris subrogandi* 36. *Jan.*, *&* 9. *Febr.* 1715. *ad* 2. *dubium*, ut videre est in *tom.* 9. *thes. resol. anni* 1740. *in supplem. pag.* 220.

Harum Parochiarum, quæ receptitiæ nuncupantur, altera 86
prodit distinctio, in hoc posita, quod aliæ numeratæ, aliæ non numeratæ existunt. Numeratæ dicuntur illæ, in quibus certus, ac determinatus est numerus Presbyterorum participantium de decimis, aliisve obventionibus in præmium servitii Ecclesiæ. E 87
contrario non numeratæ illæ sunt, in quibus nullus adest fixus, cer-

tus,

tus, ac determinatus Presbyterorum inservientium, & participan-
88 tium numerus: quo in casu potest Episcopus juxta augmentum,
vel decrementum redditum modo augere, modo imminuere Par-
ticipantium numerum, per *Fagnan. in cap. Dilecto n. 17. de præb.*,
Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 14. num. 15. Piton. discept. Eccles.
17. num. 17. ac Sacra Congregatio Concilii passim, sed præsertim
in *Polycastren. 14. Martii 1744. tom. 13. thesauri resol. pag. 55.*

Si Ecclesia parochialis sit vera Collegiata, tunc hujusmodi Ec-
89 clesia erit parochialis, seu Collegiata numerata, aut non numerata
juxta communem distinctionem, quemadmodum in genere tradit
Gonzal. in cap. Ex parte 12. de Constit. n. 8. vers. Adbuc, Pax Jordan.
tom. 1. elucubr. canonic. lib. 10. tit. 36. num. 1., Vivian. de jurep.
lib. 1. cap. 1. num. 114. Ecclesia parochialis, aut non parochialis
90 numerata, illa dicitur, ubi ex statuto præfixus fuit certus nu-
merus Canonicorum, & præbendarum cum prohibitione illum
alterandi, *per text. in auth. ut determinatus sit numerus Clericorum*,
Fermosin. in cap. Cum M. Ferrarien. de Constit. Pitton. d. discept. 17.
num. 12. tom. 1., Lotter. d. lib. 1. quæst. 14. num. 14., Barbos. de
Canon. cap. 3. num. 1. in fine. Illa autem Ecclesia, ubi non est præ-
91 fixus dictus Canonicorum, & præbendarum numerus, non numera-
ta erit dicenda, ex citatis auctoritatibus. Sed hic notetis velim, quod
si Episcopus Ecclesiam non numeratam in numeratam convertere
voluerit, id illi prohibetur: quia talis reductio, & conversio neces-
92 sariam Sedis Apostolicæ auctoritatem efflagitat: status enim Eccle-
siæ universus immutaretur, quod Ordinariis est interdictum per
Rotam *in Colonien. nominationum ad Canonissatus, 1. Jun. 1729.*
§. *Absque cor. Ratto*, inter ejus impressas *decis. 264. num. 8.*

Quando hujusmodi Ecclesia est numerata, si novi Canoni-
catus erectio sit peragenda, cum agatur de veterum Canonicorum
93 interesse, debet Capituli consensus intervenire, ut declaravit Rota
in Faventina Canonicatus 3. Febr. 1736. §. *Posito, cor. Card. Calca-*
gnino. Atque Capitulum in limine fundationis, seu erectionis novi
Canonicatus, aliquas potest sibi bene visas conditiones adjicere:
94 *Desargna de jurep. part. 1. can. 6. casu num. 19.* ibi: *Licet enim Ca-*
pitulum in limine fundationis novi Canonicatus potuerit adjicere con-
ditionem non lucrandi distributiones extraordinarias: Tondut. qu. &
resol. benefic. cap. 69. sub n. 8. ibi; *Secus est, dum versamur in ipso*
limine fundationis, & Capitulum illam acceptare recusat, nisi sub
certis modificationibus; quod mirum in modum confirmatur reso-
lutione S. Congregationis Episcoporum in *causa Urbinaten. præ-*
tensæ participationis 30. Jan. 1762., vertente inter Canonicum
Semproni, & Capitulum Urbinatense, quod in nova Canonicatus
erectione, facta in vim testamenti Comitis Guidonis Ubaldi Paciotti,
con-

conditionem adjecit, ne novus Canonicus posset adquirere jus optandi ad dignitatem Decanatus, neque etiam participandi de pensione a Summo Pontifice Clemente XI. concessa eidem Capitulo, ut legitur in processu dictæ causæ: unde proposito dubio: *An Canonicus Jo. Maria Semproni sit admittendus ad participationem pensionis in casu &c.*, prodiit resolutio: *Negative*. Neque etiam dissentit Rota *cor. Ansaldo decis.*101. *num.*14., dum ait Canonicos secundæ erectionis in omnibus parificari Canonicis antiquis, nisi diversimode fuerit dispositum.

Nondum exposuimus singulas diversas species, & qualitates, quibus Parochiæ afficiuntur: etenim exploratissima omnibus est illa 95
Parochiarum distinctio, quarum aliæ in titulum, aliæ in Commendam conferuntur, ad *text. Trid. in cap.*4. *sess.*7. *de reform.*, *Hojed. de incompat. benefic. part.*2. *cap.*4. *a num.*16. *& Ventrigl. in praxi part.*1. *annot.*20. §.1. *num.*14. Dantur Parochiæ in titulum, quando quis Ecclesiæ regimini, atque servitio vere, ac perpetuo præficitur: 96
seu, ut nonnulli ex veteribus dixerunt, ita incardinatur, ut parochialis Ecclesiæ muneri gerendo addicatur, & redditu quodam Ecclesiastico potiatur. Ecclesia enim proprie non confertur Rectori, sive Parocho, nisi per intitulationem in ipsa, ad tradita *ab Inoc. in cap. Cum non ignores sub num.*3. *vers. Etsi de præb.*, *Lotter. d. lib.*1. *quæst.*20. *num.*122. *ac Rota cor. Card. Bussio in Camerinen. prioratus* 11. *Jun.* 1756. §. 11.

Ad Parochias, quod attinet, quæ in Commendam traduntur, juvat a perpetuis Commendis alias ad tempus distinguere. Parochiæ in perpetuum nequeunt commendari, nisi a Summo Pontifice, supremam in Canonica jurisprudentia tenente auctoritatem: 97 98
quandoquidem istæ a Sacris Canonibus, & a Concilio Tridentino sunt interdictæ, ut videre est *in cap.*15. *de electione in 6. & in sess.*7. *de reform. cap.*4. ibi: *Seu commendæ perpetuæ*: Possunt autem commendari ad tempus, ultra sex menses non extendendum, ex Constitutione Gregorii X. in Lugdunensi Concilio edita, ex qua desumptum fuit *d. cap.*15. *de elect.*, ubi præscribitur, ne laici, quemadmodum antea, retinere amplius queant parochiales Ecclesias commendatas, sed tantum Ecclesiastici: at istis prohibetur, ne plures valeant eodem tempore retinere, sed unam tantum, & hanc, ex 99 100
evidenti Ecclesiæ necessitate, ad semestre duraturam; *Ventrigl. d. num.* 14., præter ea, quæ habentur in folio Sacræ Congregationis Concilii *in Nullius, seu S. Severini Parochialis de Serone* 11. *Decemb.* 1756. Commendatur quoque Parochialis Ecclesia ex singulari quadam, ac temporanea causa, ultra semestre non extendenda, quando parochialis Ecclesiæ vacatio contingit; quo in casu jura 101
parochialia interea alicui administranda mandantur, ex *Trid. Concil.*

cil. sess.24. de reform. cap.3. post princ., ibi: *Debeat Episcopus statim, habita notitia vacationis Ecclesiæ (si opus fuerit) idoneum in ea Vicarium, cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur*: quod renovatur a Bened. XIV. *Constit.68. incip. Cum illud semper* §.16. *num.1. tom.1. sui Bullarii*. Id autem non est intelligendum quoad solam vacationem Ecclesiæ per obitum Parochi, sed concipiendum in quocumque casu vacationis, sive per obitum, sive per amotionem, Superioris Ecclesiastici auctoritate legitime interposita, sive etiam per resignationem a Parocho libere factam: per Rot. *cor. Card. Elephantutio in Colonien. resignationis* 17. *Febr.* 1758. §. *finali*, ubi de resignationis casu loquendo, ait, quod dimissa
102 parochiali Ecclesia in manibus Ordinarii, vel illius Vicarii, debet statim deputari Œconomus, seu Administrator, donec Ecclesia fuerit Rectore provisa.

Istæ Parochiæ sic commendatæ nullo modo dici possunt beneficia Ecclesiastica, sed simplex nomen depositi retinebunt,
103 eo quod vel fidei, & custodiæ, vel nudæ administrationi alicujus committantur, *arg. l.24. ff. depositi*, ubi Jurisconsultus, ait commendare nihil aliud esse, quam deponere, ibi: *Quid enim aliud est commendare, quam deponere?* Ratio autem, cur in casu vacationis Ecclesiæ, nequeat ista, juris dispositione attenta, ultra sex menses commendari, per se manifesta existit: quia parochialis
104 Ecclesia liberæ collationis, si sex intra menses non fuerit collata, devolvitur illius collatio ad Sed. Apostolicam, *ex Constit. S. Pii V.* 33. §.4., *Gonzal. ad Reg. Cancell.*8. *Glossa* 6. *num.*160., *Corrad. in praxi lib.*3. *cap.*3. *num.*5. *vers. Quartus casus*, *Ventrigl. part.*1. *adnot.*20. §.2. *num.*34. *Rota decis.* 80. *num.* 3. *cor. Ubago*, *in Apruntina Præpositura de Nereto* 28. *Jan.* 1695. §. *Accedit cor. Ursino, in Compostellana parochialium* 19. *Jan.* 1728. §. *Unde*, & 18. *Jan. ejusd. anni* §. *Ideoque cor. Ratto*, inter ejus impressas *decis.*168. *num.*5., & *decis.*201. *num.* 2. Hic tamen modum illum commendandi Ecclesiam ad annos etiam excipio, qui, v. g., contingeret, si hostili impetu, ac
105 furore fuerit Parochus interfectus, illiusque Ecclesia solo æquata: in hisce enim, aliisque similibus circumstantiis potest Parochia alteri Parocho commendari, donec Ecclesia ad pristinum statum restituatur, juxta facti speciem, quæ habetur apud Rotam *cor. Vicecomite in Constantien. restitutionis Parochi ad Bronnen.* 25. *Junii* 1751. *in principio*.

Quando Parochiæ in Commendas erectæ ad Ordines militares pertinent, tunc istæ Parochiæ conferuntur Equitibus Ordinum, qui Commendatarii nuncupantur; tales autem Parochiæ non dicun-
106 tur datæ in Commendam Parochis, sive Vicariis, apud quos actualis rema-

remanet curæ exercitium, habituali cura interim residente penes Commendatarios, sed conferri illis debent in titulum si sunt perpetuæ, vel ad nutum si amovibiles: de quibus Parochiis commendatis ad Religionem Hierosolymitanam pertinentibus, loquitur Sacra Congregatio Concilii in causa *Vulturarien. jurisdictionis*, 19. *Novemb.* 1729. *tom.* 4. *thes. resol. pag.* 366., ac præsertim in celebri *Guardien.* 25. *Febr.* 1741. *tom.*10. *d. thes. resol. pag.*20. Idemque dicas si Parochia aliqua fuerit a Summo Pontifice alicui Monasterio, vel Capitulo commendata, ut habemus exemplum in Ecclesia S. 107
Catervi, Civitatis Tolentinæ, quæ commendata est Canonicis Regularibus Lateranensibus, cujus mentio fit in folio Sacræ Congregationis Concilii, 1748. *in Tolentina juris sepeliendi*, *tom.*17. *pag.*42. & in altero folio, 11. *Aug.* 1753. §. *Tolentina*, *tom.*22. *thes. resol. p.*63. Idem tandem intelligas, quando aliqua Abbatia commendata in se nonnullas retinet, ac complectitur Parochias: cujusmodi 108
exempla habemus in foliis Sacræ Congregationis Concilii *in Bossanien. reparationis Ecclesiæ parochialis*, 25. *Feb.* 1741. *tom.*10. *pag.*27. *in Nullius, seu Sublacen. reparationis Ecclesiæ*, 11. *Jul.* 1750. *tom.*19. *pag.*40. *& seq.*, *in Nullius, seu S. Severini Parochialis de Serone*, 11. *Decemb.* 1756. *tom.* 25. *thes. resol. pag.* 91., & alibi passim. Istæ enim Parochiæ, quamvis dicantur etiam commendatæ Abbati, apud quem remanet cura habitualis, debent tamen, quemadmodum 109
reliquæ, per Parochos exerceri, & sic illis vel cum concursu, vel sine isto, conferri, ad notata in folio *d. Nullius, seu Sancti Severini Parochialis de Serone*. Inter Abbatias ita commendatas, recensetur 110
olim celeberrima Farfensis, de qua *Tamburin. de jure Abb. tom.*1. *disput.*4. *qu.*20., *Card. de Luca de jurisdict. disc.*14. *num.*1. *Bened.* XIV. *Constit. Dum universi gregis* §. *Abbas*, *tom.* 2. *sui Bullar.* ac Sacra Congregatio Concilii in *Firmana*, *seu Farfen.* 14. *Jan.* 1758. *tom.*27. *thes. resol. pag.*13. *ac Rota cor. Coccino decis.* 870. *num.*1., *& cor. Molin. decis.* 676. *num.*1.

Novum insuper non est, sed omnibus exploratissimum, merito posse Parochias, in Parochias, alias actu, alias habitu distin- 111
gui. Parochias actu illas dico, in quibus animarum cura, & Sa- 112
cramentorum administratio actualiter suscipitur; Parochias autem habitu eas intelligo, in quibus ob aliquod superinductum impedimentum, animarum cura ad actuale exercitium minime potest perduci. Quod contingit, tunc cum, v.g., pestifera grassante 113
lue, vel hostili incursione, vel alia de causa, Parochiani omnes vel recesserunt, vel defecerunt: in hisce, aliisque similibus casibus habitu tantum Parochia remanebit juxta doctrinam *Gonzal. ad reg.*8. *Cancell. Gloss.*6. *num.*89. *&* 90., *Selv. de benefic. part.*3. *q.*42. *per tot. Azor. Instit. moral. lib.*3. *cap.*13. *quæst.*6. *Rota decis.*277. *num.*17.,

num.17., & deciſ.353. ſub num.1. cor. Criſpo; juxtaque tradita *in d. Conſtantien. reſtitutionis Parochi ad Bronnen. 25. Jun. 1751. fere per tot., cor. Vicecom.* Quod ſi hujuſmodi parochialis Eccleſia ab hoſtibus invaſa, vel deſtructa, & ſic a Parochianis derelicta, iterum ad libertatem redeat, vel reædificetur, ex habituali actua-
114 lis iterum Parochia evadet, & jure veluti poſtliminii ad omnia primæva jura, & pertinentias reſtituetur, juxta Sanctionem Concilii Hiſpalen. relat. *in Canon.13. cauſ.16. qu.3., Rota cor. Criſpo deciſ.277. num.17., cor. Card. Creſcentio in Chelmen. pertinentiæ 17. Jan. 1729. §. Etenim, ſeu deciſ.38. num.1., & in d. Conſtantien. reſtitutionis Parochi ad Bronnen. 25. Jun. 1751. cor. Vicecom. fere per tot.*

Id tamen non abſolute amplectaris, ſed eo tantum in caſu, in
115 quo centenaria, vel immemorabilis in contrarium minime accedat. Si enim Rector Eccleſiæ, ad quam Parochiani confugerunt, & ubi Sacramenta ſuſceperunt, hanc centenariam, vel immemorabilem adducat poſſeſſionem, audiri omnino debet, quippe qui ſuffultus titulo, quo nullus aptior haberi poteſt ad transferenda quæcumque jura prioris Eccleſiæ dirutę, vel ab hoſtibus invaſæ, & ſic ad exclu-
116 dendum quemcumque regreſſum etiam a jure poſtliminii mutuatum, ad notata *a Card. de Luca de juriſdictione diſc.96. num.21., & diſ.97. n.9. ac Rota cor. Creſcentio in cit. dec. 38. n.8.* Nec refragatur dicti Canonis *13. cauſ.16. qu.3.* diſpoſitio. Nam quamquam objiciendam non eſſe ſtatuat præſcriptionem temporis, ubi neceſſi-
117 tas intereſt hoſtilitatis, intelligi tamen non poteſt de centenaria, vel immemorabili, cui derogatum numquam cenſetur, niſi de ea facta fuerit ſpecialis mentio; *Fagnan in cap. Ad hæc num.34. de relig. dom., Felin. in rubric. de præſcript. n.18. in fine, Rota deciſ.286. num.1. part.4. rec., & cor. Card. Creſcentio d. deciſ. 38. n.11.*

Movere fortaſſe poterit Rotalis deciſio *cor. Vicecom. in d. Conſtantien. reſtitutionis Parochi* §.8. ubi non obſtante centenaria poſſeſ-
118 ſione Parochi Achſtetten., fuit iſte damnatus ad reſtituendum Eccleſiæ parochiali Caſtri Bronnen ad priorem ſtatum reductæ proprium Parochum, ſeu illius ut antea liberum, ac privativum curæ exercitium. Sed, præterquam quod in hoc etiam caſu admitti poteſt citati Canonis diſpoſitio, cum ageretur de parochiali Eccleſia ab hoſtibus Acatholicis invaſa, deſtructaque anno 1629., & ad priorem ſtatum non reſtituta, niſi poſt annum 1710., quo intermedio tempore idem ſemper efferbuit Acatholicorum furor, atque impetus, notandum eſt, quod dicta parochialis Eccleſia Caſtri Bronnen. in Provincia Sueva, poſtquam deſtructa fuit, una cum domo parochiali, illiuſque Parochus miſerandum in modum interfectus, dum immane bellum inter Catholicos, atque Lutheranos hæreti-

cos grassabatur, fuit ex dispensatione Episcopi Constantien. animarum cura, & per modum provisionis, donec Ecclesia ad priorem statum redigeretur, Parocho dicti Castri Achstetten. commendata: ac per consequens in d. §.8. fuit a Sacra Rota hæc centenariæ possessionis qualitas rejecta, contemptaque. 119

Notandum insuper est, quod in Judiciali controversia cum populo Castri Bronnen. graviter excitata, cum de judicio petitorio ageretur, fuit a Parocho Castri Achstetten. imprudenter adductus titulus resultans a citata dispensatione Episcopi, & provisionali 120
unione, talisque titulus fuit a Judice approbatus, ac consequenter adduci amplius non poterat alter titulus præsumptus, resultans a centenaria, quippe qui, etiamsi per se efficacissimus, inefficax 121
omnino, atque inhabilis a priori effectus: ad tradita a *Rota cor. Falcon. decis. 21. num. 4. de offic. Ord.*, *& decis. 8. num. 24. de rescriptis*, *decis. 30. n. 34. cor. Ansaldo*, *& in d. Constantien.* §.8. *&* 9. ibi: *Iste titulus in judicio allegatus*, *& a Judice approbatus*, *cum sit simplex precarium importans simplicem administrationem temporaneam*, *& resolubilem*, *nullo tempore reputari potest habilis ad constituendum sufficiens fundamentum ad inducendam præscriptionem*.

Solent Parochiæ variis in locis modo temporales, modo perpetuæ nuncupari, ex quo aliam desumo Parochiarum distinctionem, in perpetuas videlicet, & temporales, sive amovibiles. 122
Sed primum juvat ab impropriis proprias, ac veras separare, atque eliminare Parochias: de quibus ultimis in præsentiarum loquimur. At insuper præmittendum est, quod hujusmodi distinctio non afficit Parochias per se consideratas, sed tantum quoad illarum 123
curatum exercitium: nam ut in priori titulo demonstravimus, Parochiarum natura in illarum perpetuitate est quoque necessario reponenda; quod ex sola dotis Constitutione a Sacris Canonibus 124
præscripta, satis aperte probari diximus: Habent enim Parochiæ causam perpetuam, in animarum cura, quæ perpetua est, constitutam: non impedit tamen, quin in hisce Parochiis per se, & ex propria natura perpetuis animarum cura per Vicarios amo- 125
vibiles exerceatur, ex notatis *a Rota decis. 116. n. 19. & seqq. part. 9. tom. 1. recent.*

Parochias itaque perpetuas illas dico, quæ vel liberæ sunt, vel non liberæ collationis, sed in titulum tamen perpetuum conferuntur. Sunt hujusce generis etiam illæ Parochiæ, quæ annexæ reperiuntur 126
Capitulis, & Collegiis Romæ, cum istæ conferri debeant in titulum iis Vicariis, qui actuali animarum curæ exercitio præficiuntur, ex 127
Constitutione 47. *&* 139. *S. Pii V.*, *Cardinali de Luca disc. 22. n. 3. de Paroch.* Amovibiles econtrario, & temporales illæ dicuntur, quarum Rectores, sive Vicarii quoad animarum curæ exercitium,

 a nu-

128 a nutu, & voluntate illorum, qui eos constituerunt, omnino de-
pendent, de quibus *de Fargna de jurep.part.1.can.6. casu 7. num.7.*
Cujusmodi sunt parochiales Ecclesiæ, quæ Monasteriis virorum,
aut mulierum, Locis piis, Ordinibus militaribus, aliisque similibus
Ecclesiis plenarie unitæ, vel juripatronatus præsertim laicali ob-
noxiæ proponuntur.

Parochiæ, quæ filiales, vel Vicariæ dicuntur, aliæ quoque sunt
129 perpetuæ, aliæ temporales, seu amovibiles, de quibus Sacra
Congregatio Concilii in *Brixinen. erectionis Vicariæ* 12. *Martii* 1742.
confirmata 22. *Jun.* 1743. *tom.*12. *pag.*67., in *Sorana jurium pa-
rochialium*, 17. *Novemb.* 1753. *tom.* 22. *pag.* 163., confirma-
ta 20. *Jul.* 1754. *tom.* 23. *thes. resol. pag.*47. ac alibi, *Bened.XIV.
in sua Constit.*59. *incip. Ad honorandam* §. 41. *& seqq. tom.*3. *sui
Bull.*, *ac Rota decis.*204. *num.* 10., *decis.*222. *sub n.*20. *cor.Crispo,
in Bononien. amovibilitatis* 22. *Feb.* 1726. §. *Quemadmodum*, *cor.
Corio*, *ac*, cæteris omissis, *in Imolen. Vicariæ* 13. *Jan.* 1758.
§. 2. *& seq. cor. Herreros.* Illæ, quia in titulum collativæ, be-
130 neficii Ecclesiastici, seu curati, non vero parochialis, qualita-
tem, & naturam, non autem istæ assumunt, ad *text. in cap. Postu-
lasti*, *Clem.I. de offic. Vicar.*, *Vanespen. in jus Eccles. univ. tom.*2.
*tit.*3. *Ventrigl. in praxi part.*1. *annot.*20. §.2. *num.*8. *Lotter. de re
benef. lib.*1. *qu.*33. *num.* 106., *Garz. de benef. part.*1. *cap.*2. *n.*93.
ac Rota passim, sed præsertim *cor. Ratto decis.*204. *num.* 10., *&
in d. Bononien. amovibilitatis Cappellani, cit.* §. *Quemadmodum*. Dixi
non vero parochialis; nam quamvis habeant Vicariæ, seu Cappellaniæ
131 titulum collativum, non tamen dici possunt veræ Parochiæ: quia
adhuc remanent parochiales filiales, ac consequenter impropriæ,
nullo parochialis beneficii titulo insignitæ: cum hujusmodi perpe-
tuitas non auferat subjectionem, ac dependentiam erga matricem
132 Ecclesiam, juxta ea, quæ habentur apud Rotam *in Sedunen. unio-
onis, super regularitate* 6. *Jun.* 1755. §.6. *cor. Vicecom.*, 5. *Apr.* 1756.
§.5. *cor. Emo Caprara*, 4. *Martii* 1757. *cor. Borull.*, *& in d. Imolen.
Vicariæ* §. 11.

Demum, ut reliquas omittamus leviores specierum, & qua-
litatum parochialium differentias, pro coronide hujus tituli adde-
mus, alias esse Sacramentales, alias vero baptismales Parochias,
133 ad tradita ab *Em. Petra ad Constit.*2. *Greg. XI. num.*21., *Card. de Luca
de Paroch. dis.*38. *num.*10., *Rota decis.* 382. *num.*16. *part.*16. *recent.*,
134 *& cor. Cerro decis.*730. *num.*3. Prior parochiarum qualitas ad im-
proprias Parochias pertinet. Quamquam enim Sacramentorum
administratio a Parochiarum substantia disjungi nequeat, ac conse-
quenter multo fortiori jure hujusmodi sacramentale, curatumque
exercitium Parochiæ propriæ debeat convenire, hoc tamen, quod
inne-

innegabile est, non efficit, ut Sacramentales appellari debeant, sed simplici, nobiliorique Parochiarum nomine designentur, ut sic ab impropriis, sive Sacramentalibus Parochiis eliminentur. Parochias igitur Sacramentales illas intelligo, in quibus ulla absque populi, & territorii designatione, nec non Fontis baptismalis retentione, atque usu, sola Sacramentorum administratio permittitur in Ecclesiæ matricis adjumentum, pro majori populi commoditate, 135
vel ratione distantiæ, vel alia de causa erectis, ad *textum in cap.3. Ad audientiam de eccl. ædific., Concil. Trid. sess.21. de reform. cap.4., Card. Petra cit. num. 21.*, in quo consonat Sacra Congregatio Concilii in *Cassanen. dismembrationis 22. Jul.1741. ad 1. dub.*, ubi fuit ab Eminentissimis Patribus denegata formalis dismembratio ab Episcopo facta, invalidaque declarata, permissa tamen deputatione Sacerdotis in Ecclesia commodiore pro Sacramentis administrandis, cum omnimoda dependentia a Parocho principali, & sine jure retinendi fontem baptismalem, nec lucrandi emolumenta stolæ; 136
tom. 10. thesaur. resolut. pag. 103., tum in *Vicen. Parochiæ de Liussano 12. Jun. & 23. Aug.* 1760. *tom.29. d. thes. pag.*151., *atque Rota decis.*258. *num.*1. *part.* 1., *& decis.*382. *n.* 16. *part.* 11. *rec.*, *& in Gerunden. divisionis Parochiæ super attentatis, & provisione*, 5. *Maii* 1755. passim, sed præsertim §. *Apertoque*.

At e contrario ad Parochias baptismales oratione conversa, possunt istæ tum ad proprias, tum ad improprias pertinere Parochias. Etenim ad primas quod attinet, neminem latet hodiernis 137
quoque inspectis temporibus, in variis Civitatibus plures adesse inter sese distinctas, independentesque Parochias, sed in Ecclesia tantum matrice Fontem baptismalem pro commodo totius Civitatis retineri; *Franc. de Eccles. Cathedral. cap.*19. *num.*22.; *Catalan. in suis Commentariis ad Pontificale Romanum tom.*2. *tit.*1. *de benedict. & impositione primi lapidis pro Ecclesia ædific.* §. 1. *num.*27., 138
ubi testatur in sua patria, videlicet in Civitate Paulæ quatuor haberi distinctas Parochias, sed in sola matrice Baptisterium reperiri, ac *Rota cor. Canilliac in Ravennat. jurium parochialium* 11. *Mar.*2746. *in princ.*, præter auctoritates, quas adduximus in antecedenti titulo *a num.*43., atque illas, quas suo loco in medium referemus. Hinc hujusmodi Matrices Ecclesiæ, seu Parochiæ, quæ Fontis baptismalis prærogativa pollent, ad cæterarum distinstionem, baptismales erunt dicendæ, ex citatis, aliisque pluribus auctoritatibus. 139

Parochiæ impropriæ, seu Ecclesiæ baptismales, sunt duplicis generis, aliæ videlicet etiam Sacramentales, aliæ vero mere baptismales. Priores dico illas, in quibus præter reliqua Sacramenta, administrari quoque permittitur illud baptismatis, cum retentione 140
Fontis regenerationis in adjumentum, & ullo absque præjudicio ma- 141
tricis

tricis Ecclesiæ: de quibus *Card. de Luca de Paroch. disc.*38. *num.*16. Sacra Congregatio Concilii *in Fabrianen. Fontis baptismalis* 1732. §. *Quandoquidem*, *tom.*5. *thes. resol. pag.*355., *& in Albinganen. curæ animarum*, *& functionum* 9. *Septemb.*1752. *ad dub.*1., *tom.*22. *d. thes. pag.*90., ac *Rota in Romana juris baptizandi* 12. *Febr.*1733. §. *Etenim cor. Sammniate*, *& in Gerunden. juris sepeliendi*, *super parochialitate*, *& transactione* 5. *Maii* 1756. §. *Nec status*, *cor. Stadion.* Quamvis enim de jure nequeat retineri Baptisterium, præterquam in Ecclesiis vere parochialibus: negari tamen non potest,
142 quod etiam in Ecclesiis parochialibus impropriis, seu filialibus ratione distantiæ, vel alia de causa, ex consensu Ordinarii, & interesse habentium, seu Parochi matricis Ecclesiæ, valeat quandoque & illud asservari; ut Divus Carolus Borromæus statuit in *Concilio* 3. *provinciali Mediolanensi*, ibi: *Fons baptismalis ne usquam in aliis Ecclesiis, quam in parochialibus sit, vel Episcopi consensu in aliis, propterea quod parochialis Ecclesia longius distat, idest populi commodo magis consulendum esse censuit*, *Card. Petra ad d. Constit.*2. *Gregorii XI. num.*19. *tom.*4., Sacra Congregatio Concilii *in Marsilianen.* 7. *Jan.* 1740., præter jam adductas *Fabrianen.*, *& Albiganen.*, & alias suo loco adducendas, ac Sacra Rota præsertim in *d. Romana juris baptizandi* §. *Etenim*, *cor. Sammniate*, *& in d. Gerunden. juris sepeliendi* §. *Nec status in fine*, *cor. Stadion.*

Ecclesias e contrario mere baptismales illas intelligo, in
143 quibus ulla absque animarum cura, & Sacramentorum administratione solum Baptisterium retinetur ad baptismatum conferendorum usum, ex *Fagnan. in cap. Cum contingat num.*58. *de decimis*, *Card. Petra ad Constit.*2. *d. Gregorii XI. num.*19. *in fine*, ac *Sacra* Congregatione Episcoporum in causa *Ravennaten. jurium parochialium* 25. *Febr.*1734. *ad* 2. *dub.*, confirmata *a Rota cor. Canilliac.* 11. *Martii* 1746. §. 4., ubi decisum fuit posse a Parocho S. Joannis ad Fontem Civitatis Ravennatensis, exerceri functiones parochiales, tum in d. Ecclesia S. Joannis, tum in Cappella Sanctissimi Sacramenti, existente in Ecclesia Cathedrali, juxta decretum Cardinalis Aldobrandini anno 1605. In hoc autem consistebat Cardinalis Archiepiscopi decretum, quod in Ecclesia S. Joannis ad Fontem, quippe quæ nimis angusta, solum Baptisterium retineretur, animarum autem cura exerceretur in Cappella Sanctissimi Sacramenti dictæ Cathedralis Ecclesiæ, functionibus parochialibus, & populi commoditati ob loci amplitudinem admodum idonea, atque opportuna. Sed hoc unum notandum est, quod illæ Ecclesiæ, in quibus a Cappellanis, seu Parochi matricis Ecclesiæ Coadjutoribus, sola baptismatis administratio perficitur, dici queunt
144 baptismales, nullo modo vel parochiales, vel curatæ, cum animarum

rum curam non habeant, quemadmodum Sacra Congregatio Concilii declaravit super *caput Concilii Tridentini* 4. *sess.*21. *de reform.*; ut refert *Fagnanus in dic. cap. Cum contingat num.*58. *de decimis*, *& Card. Petra ad cit. Constit.*2. *Gregorii XI. num.*19. *in fine*. Proindeque tales Cappellani non tenebuntur ad præcisam residentiam, quemadmodum tenentur veri Parochi, & Vicarii, seu 145
Cappellani Ecclesiarum filialium, quæ eodem tempore sint baptismales, seu etiam Sacramentales, ut ex *Concil. Trid. d. cap.* 4. *sess.*21. *de reform.*, ibi: *In omnibus Ecclesiis parochialibus*, vel *baptismalibus*, *in quibus populus ita numerosus sit*, *ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis*, *& cultui divino peragendo*, ratiocinantur *Fagnanus ad cap. Extirpandæ* §. *Qui vero num.*21. *de præb.*, *& Garzias de benefic. part.*3. *cap.*2. *num.*167., illam Tridentini Capitis particulam *vel* præ oculis habentes, attenteque considerantes.

TITULUS III.

De erectione Parochiarum.

SUMMARIUM.

1 *Duplici modo erigi possunt Parochiæ, absolute videlicet, seu proprie, vel limitate, seu improprie.*

2 *Erigitur Parochia vere, absolute, & proprie, quando a veteri totaliter dismembratur, novoque Parocho plenarium confertur jus exercendi in populum certos intra limites constitutum, privative quo ad alios Parochos, & independenter jurisdictionem parochialem, sola impropriæ matricitatis prærogativa antiquæ Ecclesiæ relicta.*

3 *Erigitur Parochia limitate, seu improprie, quando terminorum, populi, atque redditum absoluta, plenaque non perficitur dismembratio, sed nova parochialis filialis Ecclesia constituitur.*

4 *Quando aliqua Parochia alteri unita fuit, deinde ab ista dividitur, dissolvitur, ac separatur, in hoc casu non sit erectio nova Parochiæ, sed antiquæ Parochiæ per unionis dissolulionem in pristinum restitutio.*

5 *Quando duarum Parochiarum sit dissolutio, unaquæque parochialis Ecclesia ad pristinum statum revertitur, suaque pristina jura reassumit.*

6 *Omnia sunt tali natura donata, ut ad pristinum statum obtineant facilem regressum.*

7 *Ad erigendam veram Parochiam plura requiruntur, quæ tamen ad novem velut principaliora capita possunt reduci.*

8 *Consensus, & auctoritas Episcopi, in erigenda nova Parochia exigitur.*

9 *Dum discutitur, num Ecclesia sit parochialis, inquiritur, quando fuerit ædificata, cujus consensu extructa, quibus conditionibus affecta.*

10 *Epi-*

10 *Episcopus potest extra territorium, nempe diœcesim devenire ad formalem dismembrationis actum, & ad novæ Parochiæ erectionem.*

11 *Facultas erigendi novam Parochiam non est reservata* Ordini *Episcopali, sed illius dignitati, & jurisdictioni.*

12 *Prælati Episcopo inferiores speciale habentes privilegium, ac præsertim Episcopali jurisdictione donati, possunt hanc erectionem perficere.*

13 *Prælati habentes quasi Episcopalem jurisdictionem, seu vere* Nullius, *sunt illi, qui propriam retinent diœcesim ab illa Episcopi avulsam, cum omnimoda in Clerum, & populum jurisdictione.*

14 *Prælati Episcopo inferiores habentes speciale privilegium fundandi aliquam Ecclesiam, non possunt sibi vindicare facultatem erigendi Ecclesiam parochialem, vel curatam, nisi id speciali modo exprimatur.*

15 *In materia lædente Episcoporum jurisdictionem, capienda est strictissima interpretatio.*

Tum quia nomine Ecclesiæ simpliciter prolato non venit Ecclesia parochialis, vel curata. Ibidem.

16 *Episcopus potest delegare suum Vicarium generalem pro erigenda nova Parochia.*

17 *Vicarius generalis sine speciali mandato Episcopi non potest dismembrare parochiales, vel non parochiales Ecclesias.*

18 *Olim poterant Episcopi unam Parochialem in duas dividere, vel duas intra limites unius collocare, cuilibet certam populi partem assignando.*

19 *Non tamen in confuso, & in eadem terminatione duas Parochiales poterant constituere.*

20 *Secundum requisitum pro erigenda nova parochia consistit in legitima, justaque causa hanc erectionem suadente.*

21 *Justa causa erigendi novam Parochiam reducitur ad evidentem Ecclesiæ utilitatem, præcisamque necessitatem.*

22 *Totalis dismembratio, seu novæ Parochiæ formalis, plenaque erectio tunc demum permittitur, quando aliter populari necessitati consuli nequit.*

23 *Summus Pontifex in* cap. 3. Ad audientiam de eccl. ædific., *& Tridentini Patres* in sess. 21. de refor. cap. 4., *plenariam novæ Parochiæ erectionem permittunt ob impedimenta vel a distantia locali, vel a magna populi incommoditate petita.*

24 *Id tamen intellige, quando per deputationem Vicarii populari necessitati consuli nequit.*

25 *Tertium requisitum pro erigenda nova Parochia ex juris solemnitatitibus servandis est eruendum.*

26 *Juris solemnitates pro erectione in hoc consistunt, quod talis erectio fieri nequeat, quin consensus omnium interesse habentium exquiratur.*

27 *In totali dismembratione Parochiæ, quæ sapit perpetuam alienationem, non sufficit simplex verbalis monitio, aut simplex citatio interesse habentium, sed necessaria est processus confectio.*

28 *Aliud requisitum pro nova Parochia erigenda consistit in populi destinatione.*

Sine populo subsistere nequit vera Parochia. Ibidem.

29 *Ad hanc parochialem erectionem non minus, quam novem, vel decem familiæ, seu domus exiguntur.*

30 *Populus non constituitur, nisi per novem, aut decem familias.*

31 *Si duæ, aut tres familiæ habeantur, inutiliter speratur novæ Parochiæ erectio.*

32 *Quando Parochia jam est erecta, si omnes Parochiani defecerint, una tantum familia superstite, adhuc Parochia actu sustinetur, & Parochus residentiæ legibus tenetur.*

33 *Ad erigendam, constituendamque Collegialem Ecclesiam ad minus tres Canonici exiguntur.*

34 *Si jam erecta fuerit Collegiata, uno Cano-*

Canonico superstite, adhuc conservatur cum omnibus juribus, ac prærogativis.

35 *Quando unus ex Capitulo, Collegio, Congregatione, aliave Communitate superstes existit, in hoc uno coalescit tota potestas, & jurisdictio, quæ in toto Capitulo, Collegio, Congregatione, aliove Communitate reperiebatur.*

36 *Ex Canone* Unio cauf. 10. quæst. 3. *non adparet, quod ex causa populi diminuti fuerit Parochia extincta, & jura sua amiserit, sed tantum, quod Episcopus ad illius unionem valeat devenire.*

37 *Aliud est, quod Parochia ne decem quidem superstitibus Parochianis alteri valeat uniri, si id Episcopus expediens judicaverit: quod juri quidem consonum est: sed longe aliud, quod Parochia ad minimos etiam Parochianos reducta, sustineri amplius nequeat quod est omnino falsum.*

38 *Quintum requisitum pro erigenda Parochia est Territorium.*

39 *Parochia etiam vera, & propria erigi potest sine Territorio: cum sufficiat illam esse distinctam, ut Parochus ulla absque jurisdictionis confusione Sacramenta valeat populo sibi commisso administrare.*

40 *Parochiæ tribus modis distingui, ac dividi possunt, per territorium videlicet, per domos, seu familias, & per certas personas.*

41 *Parochiarum, quæ non sunt distinctæ per territorium, sed per domos, seu familias, plura habentur vestigia in statu Aquilæ.*

Alia harum Parochiarum exempla adducuntur. Ibidem.

42 *Parochus Parochiæ distinctæ per domos, seu familias potest ducere processiones intra limites alterius Parochiæ.*

43 *Quando Parochia habet territorium separatum, non potest Parochus has ducere processiones intra limites alterius Parochiæ.*

44 *In iis Parochiis, quæ sunt distinctæ per domos, & familias, debet quoque impropria matricitas admitti.*

45 *Exemplum ponitur Parochiarum, quæ non tam per territorium, vel per domos, quam per certas personas distinctæ sunt, petitum a Regia Parochia Augustæ Taurinorum existente.*

46 *Parochia Regia Augustæ Taurinorum, existens sub absoluta jurisdictione invictissimi Sardiniæ Regis, & Sabaudiæ Ducis, exempta omnino est a jurisdictione Archiepiscopi pro tempore, nunc* Jo: Baptistæ Rotarii *S. R. E. Cardinalis Presbyteri, & subjicitur Rmi pro tempore supremi Eleemosynarii, seu Realis Sacelli majoris Cappellani jurisdictioni.*

47 *Debet talis supremus Eleemosynarius, seu Realis Sacelli major Cappellanus, Episcopali charactere esse insignitus.*

48 Benedictus XIV. *concessit gloriosissimo Sardiniæ Regi, & Sabaudiæ Duci,* Carolo Emmanueli III., *ejusque Successoribus, ut supremus Eleemosynarius Episcopali charactere exornetur, utque is territorium proprium habeat, & subditos, in quos suam exerceat ordinariam jurisdictionem.*

49 *Idem* Benedictus XIV. *promovit ad Archiepiscopatum Nicosiæ in partibus supremum Eleemosynarium Sardiniæ Regis, seu Realis Sacelli Cappellanum majorem*, Carolum Victorium Amedeum delle Lanze, *tunc S. R. E. Cardinalem Diaconum* SS. *Cosmæ, & Damiani, nunc Cardinalem Presbyterum tituli* S. *Anastasiæ, atque Abbatem* S. *Benigni, Nullius diœcesis.*

50 *Virtutes, & præclara merita Caroli Victorii Amedei delle Lanze S. R. E. Cardinalis, a Summo Pontifice* Benedicto XIV. *commendantur.*

51 *Officium Regii Eleemosynarii, & Cap-*

Cappellani majoris disjungi nequit ab Episcopalis characteris prærogativa.

52 *Tridentinum Concilium in* sess. 24. de reform. cap. 13. vers. In iis, *non comprehendit illas Parochias, quæ licet non habeant certos fines, habent tamen certum populum vel per familias, vel per personas distinctum, ita ut Sacramenta promiscue non administrentur.*

53 *Tridentini Patres in* dict. sess. 24. de reform. cap. 13. *decreverunt erectionem distinctarum Parochiarum per certos fines, ad effectum impediendi promiscuam Sacramentorum administrationem, & confusam populi Communionem, atque Parochorum confusum, perturbabile, indistinctumque exercitium: quod cessat in Parochiis per familias, vel personas distinctis.*

54 *Ubi cessat causa finalis, & impulsiva dispositionis, cessare debet ejusdem dispositionis effectus.*

55 *Quando una Parochia erigenda est in Civitate, vel Oppido, territorium Civitatis, vel Oppidi a supremo Principe designatum, servire potest pro parochiali territorio.*

56 *Territorium Civitatis, vel Oppidi, non est confundendum cum illa Parochiæ: neque illius constitutio, & designatio attribui potest Episcopi jurisdictioni.*

57 *Territorium in genere sumptum nihil aliud est, quam terræ spatium jurisdictione armatum.*

58 *Territorium jurisdictionale separatum constitui non potest, quam a supremo Principe.*

59 *Jure Canonico, & Civili permittitur, ut suprema Potestas valeat, quando id judicaverit expedire, vetera vel unire, vel separare territoria, & nova constituere.*

60 *Territorium duplex est, duplexque in eo quæ exerceturjurisdictio.*

61 *Territorium aliud est seculare, seu temporale, talisque jurisdictio in illo exercibilis. Aliud Ecclesiasticum, seu spirituale: talisque jurisdictio, quæ in isto explicatur.* Ibidem.

62 *Territorium seculare, seu temporale, quod consistit in Ducatibus, Marchionatibus, Provinciis, Comitatibus, Civitatibus, Oppidis, & similibus, a supremis Principibus in suis temporalibus Dominiis constitui potest.*

63 *Seculares temporalem tantum, non vero spiritualem jurisdictionem possunt concedere.*

64 *Federicus Imperator, & Rex utriusque Siciliæ auctoritate sua composuit lites acerrimas exortas anno* 1204. *de finibus, & limitibus territorialibus inter Atinam, & Gallinarium, assignatis cuique limitibus, & reservata dumtaxat Civibus utriusque terræ communione pascuorum.*

65 *Summus Pontifex, quandocumque ei libuerit, potest unire, dividere, seu constituere temporalia territoria in toto Statu* S. *R. E. & locis* S. *Sedi subjectis.*

Habet enim omnimodam potestatis plenitudinem, tamquam ejusdem Status absolutus Princeps, Rex, & Imperator. Ibidem.

Bonifacius IX. *Oppidum Massæ divisit, atque exemit a jurisdictione Civitatis, & Comitatus Tuderti.* Ibidem.

66 *Territorium Ecclesiasticum, seu spirituale, aliud est jurisdictionale, aliud mere spirituale.*

67 *Territorium Ecclesiasticum jurisdictionale sunt Patriarchatus, Exarcatus, Primatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatiæ, & similia.*

Et ista possunt a solo Summo Pontifice constitui territoria, in quocumque terrarum Orbe Catholico existant. Ibidem.

68 *Solus Summus Pontifex potest diœceses dividere, seu novas creare, vel unire, ac supprimere.*

69 *Territorium Ecclesiasticum mere spirituale, cujusmodi sunt Parochiæ*

chiæ simplices, potest ab Episcopo diæcesano constitui.

70 *Quando duę, vel plures Parochię erigendę sunt in aliqua Civitate, vel terra, divisa Civitate, vel terra, intelligitur quoque ejusdem Civitatis, vel terrę divisum territorium.*

71 *Si Parochia extra moenia Civitatis, vel Oppidi non extenderetur, non adpareret satisfactum dispositioni* cap.3. Ad audientiam, de eccl. ædific., *& Concil. Trid.* sess. 24. de reform. cap.13.

72 *Adeoque id expressum censeri debet, velut ex intentione agentium, & ex natura actus in tali divisione, seu nova erectione inclusum.*

73 *Nomine Civium non veniunt degentes extra moenia, si Civitas materialiter sumatur pro murorum ambitu.*

74 *Secus vero si non locus, sed personę considerentur.*

75 *Unde etiam noti in suburbiis, & agris adjacentibus sub nomine Civium debent comprehendi.*

76 *Ad evitanda nascitura dissidia, debet Episcopus caute agere, in assignando territorio, & expresse declarare quid, & quantum sub territorio parochiali contineatur.*

77 *Episcopus Sarsinatensis, Sedis Apostolicę, & Sacrę Congregationis approbatione, suppressit parvum Cœnobium Patrum Heremitarum S. Augustini in terra Fori Saraceni, illiusque Ecclesiam in parochialem transtulit.*

78 *Exortam controversiam inter Parochum Columnatę, & Parochum Fori Saraceni, quoad jus exercendi jura, & functiones parochiales in Ecclesia rurali S. Marię Virginis de Ponte, quam Parochus Fori Saraceni contendebat ad se pertinere, ut comprehensam in territorio ab Episcopo designato, Illustrissimus A. C. sententia definitiva favore Parochi Columnatę composuit.*

Decrevit enim ad Parochum Columnatę spectare liberum jurium parochialium exercitium in tali Ecclesia, & in tali exercitio esse manutenendum. Ibidem.

79 *Dum Episcopus novam erigit Parochiam, & territorium constituit, istud debet omnino separare, & eximere a priori Ecclesia.*

80 *Si domus, & familię a priori Ecclesia fuerint divulsę, & novę Ecclesię addictę, non tamen constet de plenaria separatione, talis Parochia erit impropria, & filialis.*

81 *Amplia, si in actu erectionis novæ Parochię, declaratum fuerit, quod nova Ecclesia erigitur pro spirituali matricis servitio, & sub hac conditione fuerit a matrice prestitus consensus separationi.*

82 *Si de totali separatione non constet, non obstante, quod Episcopus novę Ecclesię alias familias aliarum Parochiarum assignaverit, adhuc nova Ecclesia remanet filialis, & impropria.*

Et familiæ sic novę Ecclesię addictę ad matricem pertinebunt, velut accessorię sequentes naturam suę principalis, idest novę Ecclesię. Ibidem.

83 *Aliud requisitum pro novę Parochię erectione est Parochus, qui populum regat.*

Parochus enim Rector solet nuncupari, quasi populum regens. Ibidem.

84 *Tria exiguntur in vero, & proprio Parocho.*

85 *Primum, ut fori pœnitentialis absolutum, atque illimitatum habeat usum, & animarum curam nomine proprio, non autem alieno exerceat.*

86 *Secundo, ut ad regimen Ecclesiæ singulariter assumatur, & privativum habeat parochialis exercitii implementum.*

87 *Tertio, ut jure proprio, non autem per alios emolumenta parochialia percipiat.*

Secus enim potius Cappellanus curatus, quam Parochus esset judicandus.

dus. Ibidem.

88 *Septimum requisitum pro erigenda nova Parochia est Ecclesia ab Episcopo designanda*.

89 *Episcopi prudentis erit officium ordinare ędificationem novę Ecclesię parochialis in loco decenti, & commodo, vel jam erectam Ecclesiam in parochialem constituere*,

90 *Nova Parochia debet erigi independens a priori, seu matrice, secus esset filialis in matricis commodum permissa*.

91 *Dum Episcopus Parochiam separat, novamque constituit ab antiqua independentem, debet uti verbis, quę id clare, atque concludenter significent, atque declarent*.

92 *Parochialis Ecclesia noviter erecta debet esse libera, atque formaliter, seu integraliter parochialis*.

93 *Si Episcopus utatur Ecclesia jam fundata, sed animarum curam in certa ejusdem Ecclesię Cappella exercendam præfigat, talis Cappella erit parochialis, seu curata, non autem Ecclesia*.

Parochialis Ecclesia non fit ex statu beneficii curati in certa Cappella erecti: neque valet argumentum, & illatio ad statum Ecclesię. Ibid.

94 *In illa erga Cappella, in qua Parochus habet jus exercendi animarum curam, & functiones parochiales, habetur pro Parocho, in reliquis vero partibus pro simplici Clerico*.

95 *Potest Episcopus transferre animarum curam ad aliquam Cappellam alterius Ecclesię, quando, v. g. prior Ecclesia esset valde angusta pro functionibus parochialibus*.

96 *Parochialitas non excluditur ex hoc, quod amplius non appareat Ecclesia, a qua Parochia denominatur*, ex Rota decis. 353. num. 9. & seq. cor. Crispo.

97 *Sed aliud est, quod parochialitatis requisitum non semper sit collocandum in Ecclesię, a qua Parochia denominatur, existentia: at longe aliud, quod ad constituendam novam Parochiam non sit necessaria parochialis Ecclesia*.

98 *Quamvis enim deficiat Parochialis denominativa, adhuc subsistit Parochia actu, si in alia Ecclesia intra eandem terminationem parochiales functiones exercentur*.

99 *Ubi nulla ab initio fuit constituta parochialis Ecclesia, donec non constituatur, deest Parochię existentia*.

Quia deest subjectum, sine quo Parochia nequit consistere, videlicet Ecclesia, in qua populus congregetur pro Sacramentis suscipiendis. Ibid.

100 *Populus & Parochus sine Ecclesia dari nequeunt*.

101 *Si ab antiqua Parochia nonnulla loca, sive pagi totaliter separentur; prudens Episcopus attente considerabit, quisnam ex hisce pagis aptior sit, & commodior, ut in illo parochialis Ecclesia figatur*.

102 *Si utendum erit Ecclesia jam erecta, illam in parochialem constituet Episcopus, quę magis commoda, ampla, nobilis, & necessariis instructa appareat*.

103 *In erigenda nova Parochia aliud ex requisitis consistit in assignatione dotis sufficientis, qua Parochus eum ministro, si opus fuerit, commode, honesteque valeat sustentari*.

104 *Ex defectu assignationis dotis potest excludi Parochialitatis prerogativa*.

105 *Dotis assignatio requiritur in quocumque beneficio etiam simplici in titulum collativo, quę transeat irrevocabiliter in Ipsius Ecclesię dominium*.

106 *Dos constitui debet in ea quantitate, quę satis sit pro omnibus Ecclesię necessariis*.

107 *Redditus Ecclesię constitui debet in bonis immobilibus, expresso dotis titulo*.

108 *Dos pro nova Parochia potest desumi ex redditibus ejusdem Ecclesię, a qua nova Parochia etiam totaliter dismembratur*.

109 *Pa-*

109 *Parochia sive libera, sive filialis erigi non debet, quando Ecclesia matrix non abundat redditibus, ita ut Parochus, absque proventibus novę Ecclesię assignatis, haud valeat honeste, ac competenter sustentari.*

110 *Si Rector Ecclesię matricis redditibus sibi subtractis egeret, illius ratio potior erit habenda.*

111 *Agris suis sitientibus, alieni non sunt irrigandi.*

112 *Urgente necessitate erigendi novam Parochiam, si ex redditibus Ecclesię matricis nequeat assignari nova dos, obligari in subsidium poterunt Parochiani, pro quibus Parochia est erigenda.*

113 *Dos novę Ecclesię parochialis potest constitui vel in decimis, vel alia in re.*

114 *Necessitas constandi dotem ex decimis non est absoluta, sed causativa, nempe in defectum aliorum redituum.*

115 *Si alii redditus assignentur, non possunt Parochiani ad decimas pro dote obligari.*

116 *Quando assignantur decimę pro dote, debent istę esse certę, ac sufficientes, calculato redditu pro anno fertili ad infertilem.*

117 *Si decimę aliunde debeantur, non possunt dotis vices supplere.*

118 *Episcopus attentis circumstantiis potest assignare novam dotem pro Ecclesia parochiali, non minorem scutis annuis 50., sed minorem scutis 100.*

119 *Potest totaliter dismembrare Parochiam, & novam erigere, etsi Parocho matricis, seu dismembratę Ecclesię remaneat congrua minor scutis 100. annuit, dummodo illius honestę sustentationi sufficiens.*

120 Si *congrua scutorum* 100. *annuorum non remaneat antiquo Parocho, non tamen hic potest impedire novam Parochię erectionem, pro sui defensione adducens Concilium Tridentinum* in sess. 24. de reform. cap. 13. vers. Ad hæc.

121 *Parochiales Ecclesię, quę summam* 100. *ducatorum secundum annuum valorem non excedunt, nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum gravari possunt, ex* Trid. Concilio sess. 24. de reform. cap. 13. vers. Ad hæc.

Non tamen prescribitur a Trid. Concilio d. loco, ut congrua parochialis debeat figi in scutis annuis 100. *adeoque prudens Episcopus potest illam etiam in minori summa taxare.* Ibidem.

122 *Si Archipresbytero Collegiatę Ecclesię, apud quem remanet cura actualis, solvi consuescat congrua minor scutis* 100. *annuis, servari debet solitum.*

123 *Episcopus in taxanda congrua novę Parochię verę, & proprię, potest quoque servare Constitutionem* S. *Pii V.* Ad exequendum §. 1 & 2., *ubi ordinatur, quod non sit major* 100., *sed nec minor* 50. *scutis annuis.*

124 *Congrua ab Episcopo juxta Ecclesię statum prudenter taxata, impugnari nequit sine justissima causa.*

125 *In congruam non sunt imputanda emolumenta, quę Parochus percepturus est, vel percepit ratione assistentię divinis officiis, neque emolumenta stolę, seu baptismatum, matrimoniorum, & similium.*

126 *Congrua pendere nequit ab incerto.*

127 *Si Episcopus in totali Parochię dismembratione ne minimum quidem honoris, & distinctionis prę-eminentialis titulum reservaverit, audiri omnino meretur Parochus, si reclamaverit.*

128 *Sacra Congregatio Concilii mandavit prestandam esse a novo Parocho libram unam ceię albę quolibet anno, Parocho Ecclesię matricis, a qua nova fuerat totaliter dismembrata.*

129 *Talis resolutio fuit valde conformis Sacrorum Canonum disciplinę, ubi statuitur reservandum esse antiquę Ecclesię aliquem honorem pro facultate*

tate

tate loci.

130 *Relinqui debet antiquę Ecclesię annua pensitatio ab Episcopo moderanda.*

131 *Episcopus, dum Parochiam totaliter dismembrat, potest reservare antiquo Parocho jus peragendi solemnia in festo Titularis Sancti novę parochialis Ecclesię.*

132 *Si ab Episcopo nil fuerit reservatum antiquo Parocho, quod hominis ministerio non fuit peractum, juris, & legis communis dispositione, auctoritateque supplebitur.*

133 *Reservatur enim ipso jure qualitas, & prerogativa improprię matricitatis, seu dignioritatis, & praeminentię super novam Eccles.*

134 *Ultimum requisitum pro nova erigenda Parochia erit Cæmeterium ab Episcopo designandum, pro tumulandis cadaveribus Parochianorum.*

135 *Ecclesia statim ac in parochialem independenter erigitur, debet habere populum, ac consequenter etiam Cæmeterium.*

136 *Jus Cæmeterii, & sepulturę non est unicum Parochialitatis argumentum, & constitutivum.*

137 *Ecclesię enim non parochiales habent quoque jus Cæmeterii, & sepulturę ex privilegio, vel legitime inducta prescriptione.*

138 *Hoc tamen non impedit, quin ab Episcopo designari debeat Cæmeterium, quia hoc ad solam parochialem Ecclesiam de jure pertinet.*

139 *Soli Parocho ex juris dispositione competit jus sepulturę.*

140 *Domus parochialis non est unum ex requisitis pro erectione novę Parochię.*

141 *Decentius, & utilius est, si parochialis Ecclesia suam habeat domum pro Parochi habitatione.*

142 *Alexander VII. domum contiguam Basilicę Lateranensi ampliavit, ac perpetuo destinavit pro habitatione Vicarii Curati dictę Basilicę.*

143 *Juris rigore attento parochialis Ecclesia erigi potest absque domo parochiali: cum experientia edoceamur plures Parochias esse domo parochiali destitutas.*

144 *Si deest parochialis domus, potest Parochus ad illius libitum in aliqua domo, dummodo congrua, & commoda pro populo habitare.*

145 *Parochus nequit habitare domum paternam sitam extra Parochiam.*

146 *Parochus, non obstante licentia Episcopi antecessoris, potest obligari ad residendum in domo parochiali.*

147 *Si Parochiani sese obligaverint ad providendum Parochum congrua habitatione, & hęc obligatio fuerit ab Episcopo acceptata, non possunt amplius ab hac promissione recedere.*

148 *Hęc promissio facta fuit in causam piam, & ab Episcopo acceptata, adeoque fit obligatoria.*

149 *Domus parochialis debet esse libera a quocumque servitutis, tributi, vel pensionis onere.*

150 *Item area, hortus, & similia, quę ut domus accessoria, vel unum efformantia considerantur.*

151 *Sunt enim omnia in patrimonium Christi, seu Ecclesiæ adscita, ac consequenter libera.*

152 *Domus non parochialis, quamquam a Parocho habitata non gaudet privilegio libertatis, seu exemptionis ab omni onere & servitute.*

153 *Neque enim privilegio fruitur immunitatis.*

154 *Hoc etiam confirmatur Concordato inito inter Summum Pontificem* Benedictum XIV. *& invictissimum, piissimumque Sardinię Regem* Carolum Emmanuelem III.

155 *Item alio Concordato inito inter eundem* Benedictum XIV. *& gloriosissimum Hispanię Infantem* Carolum *duarum Siciliarum, nunc Hispaniarum Regem.*

156 *Domus parochialis non habens immediatam cum Ecclesia interiorem communicationem, etsi a Parocho habitetur, non fruitur immunitate.*

157 *Neque etiam, si habeat talia requisita, sed ab aliis habitetur, qui non*

non sint actualiter destinati ad Ecclesiæ servitium.

158 *Quandiu neutra Potestatum in alienos limites insiliet, mutua concordia, idest Concordatis res Christiana amplificabitur.*

159 *Malitia hominum, & Sacrarum Canonum abusus in causa fuerunt, ob quam immunitas localis, & personalis certos intra limites coerceretur.*

DUplici modo Parochiæ erigi possunt, absolute videlicet, sive proprie, vel limitate, sive improprie. Erigitur priori modo Parochia, quando a veteri totaliter dismembratur, novoque Parocho plenarium confertur jus exercendi in populum certos intra limites 1
constitutum, privative quoad alios Parochos, & independenter jurisdictionem parochialem, sola impropriæ matricitatis prærogativa antiquæ Ecclesiæ relicta: de qua loquitur Sacra Congregatio Concilii *in Asculana dismembrationis* 11. *April.* 1739. *tom.*8. *thes. resol. pag.*39. *& Sacra Rota cor. Card. Crescentio decis.*263. *num.* 23. *& seqq.*, *& in Æsina parochialis* 28. *April.* 1752. §.10. *cor. Card. Elephantutio.* 2
Erigitur secundo modo Parochia, quando terminorum, populi, atque reddituum absoluta, plenaque non perficitur dismembratio, sed nova parochialis filialis Ecclesia constituitur a matrice adhuc dependens, & illius adjutrix, majori populi commoditati consulendi gratia, ex notatis a *Gonzal. ad Regul.*8. *Cancell. Gloss.* 5. §.6. *num.*64., *Corrad. in praxi benefic. lib.*3. *cap.*5. *num.*20. *& seqq.*, *Sacra Congregatione Concilii in Comen. dismembrationis* 13. *Mart.* 1751. *tom.*20. *thes. resol. pag.*21., *& in Sorana* 17. *Novemb.* 1753. *tom.*21. *pag.*13., confirmata 20. *Jul.* 1754. *tom.*22. *pag.*47., *Vicen. Parochiæ de Liussano* 12. *Jan. &* 23. *Aug.* 1760. *tom.*29. *pag.*17. *& seq. &* 150. *& seqq.*, *ac Rota in Bononien. amovibilitatis* Cappellani 22. *Febr.* 1726. §. *Quemadmodum cor.* Corrio, *& in Gerunden. juris sepeliendi, super parochialitate, & transactione* 5. *Mar.* 1756. §. *Inutile*, §. *Nec utique cor. Stadion.* 3

Hic non loquimur de illis parochialibus Ecclesiis, quæ justa de causa aliis parochialibus unitæ, deinde ob novam legitimam superinductam causam dissolutæ, & separatæ, in pristinum statum rediguntur, juxta casus, de quibus *in cap. Cum N. de Constit.*, *cap. Quin de relig. demib.*, *cap. ult. de paroch.*, *cap. De Monach. de præb.*, *Clem. Ne in agro* §. *Ad hæc de statu Monachor.*, *Rota in d. Constantien. restitutionis Parochi ad Bronnen.* 25. *Jun.* 1751. passim, *cor. Vicecomite.* Hoc enim in casu non fit novæ Parochiæ per dismembrationem erectio, sed antiquæ Parochiæ per unionis dissolutionem in pristinum restitutio. Per hanc enim unitarum Parochiarum dissolutionem unaquæque parochialis Ecclesia in suum, in quo primum erat, statum revertitur, suaque pristina jura reassumit, *ad* 4 5

cap.

cap. Novit Ne Sede vacante, ibique *Fagnan.num.*23., *Garz.de benef. part.*12. *cap.*3. *num.*309. Omnia enim tali natura donata sunt, ut
6 ad pristinum statum facilem regressum obtineant, *per text. in Can. Ab exordio dist.*35., *ac L. Si unus* §. *Pactus ne peteret ff. de pact.*, *Rebuff. in praxi tit. de revocat. union. num.*38., *ac Garzias d.n.*309.

Ad erigendam itaque veram, propriamque Parochiam, de
7 qua nunc differere nostrum est, plura requiruntur, diligenti executioni necessario demandanda; quæ ad novem veluti principaliora capita reduci posse existimarem. Primum essentiale requisitum velut causa efficiens pro valide erigenda Parochia, seu paro-
8 chiali Ecclesia, est Diœcesani Episcopi consensus, atque auctoritas, *ad tex. in Can. Nemo de consec. dist.*1., *cap. Nullus omnino cau.*16. *qu.*7., *cap.*3. *Ad audientiam de Eccl. ædif.*, *ibique auth.* §. *Si quis*, *ac Concil. Trid. sess.*21. *de reform. cap.*14., ac Doctores communiter, sed præsertim *Azor. Instit. moral. part.*2. *lib.*3. *cap.*11. *qu.*14.,
9 qui subdit quod, dum discutitur num Ecclesia sit parochialis, inquiritur, quando fuerit ædificata, cujus consensu extructa, quibus conditionibus affecta, *Caret. de jurib. Paroch. tit.*1. *cap.*3. & 4., & *Ugol. de offic. & potest. Episcopi cap.*53. *in. princ.*, ubi ostendit, quibus in casibus nova Parochia erigi valeat.

10 Hæc autem Episcopi auctoritas non est ab illo intra diœcesim existente necessario interponenda, sed etiam valide interponitur, si Episcopus extra proprium territorium reperiatur: potest enim extra diœcesim devenire ad formalem dismembrationis actum, & consequenter ad novæ Parochiæ erectionem: quemadmodum sentiunt *Costa remed.*75. *num.*10. *Tancbred. Consf.*104. *num.*22., *Barr. controv.*52. *sub num.*13. *vers. Vix*, *Capon. discept. for. tom.*1. *discept.*37. *num.*8., *Rota decis.*652. *num.*8. & *seqq. cor.* Coccino, & *decis.*221. *num.*4. & 21. *cor. Crispo*. Neque etiam Episcopali Ordini reservata est facultas erigendi novam parochialem Ecclesiam,
11 sed Episcopi dignitati, atque illius jurisdictioni ista tribuitur: ex quo fit, ut etiam Prælatis Episcopo inferioribus speciale haben-
12 tibus privilegium, ac præsertim iis, qui quasi Episcopali jurisdictione sunt insigniti, hujusmodi facultas competere quoque valeat. Dicuntur autem Prælati habentes quasi Episcopalem jurisdictionem, ac conseqenter vere *Nullius*, qui propriam retinent diœcesim, seu territorium ab illo Episcopi avulsum, cum omnimoda in Cle-
13 rum, & populum jurisdictione: de quibus Sacra Congregatio Concilii *in Aquilana jurisdictionis* §. *Aquilana* 21. *Jun.*1760. *tom.*29. *thes. resol. pag.*111., *ac Rota in S. Angeli Lombardorum juridictionis cor. Card. Bussio* 4. *Febr.*1756. §.17., ac alibi passim. Illi autem Prælati Episcopo inferiores, & vera *Nullius* qualitate destituti, si speciale habeant privilegium, atque jus fundandi aliquam Eccle-
siam,

ſiam, non poterunt ob id ſibi vindicare facultatem erigendi Eccle- 14
ſiam parochialem, vel curatam, niſi id ſpeciali modo exprima-
tur: propterea quia in hac materia Epiſcoporum juriſdictionem læ-
dente, ſtrictiſſima ſemper capienda eſt interpretatio, tum etiam 15
quia nomine Eccleſiæ ſimpliciter ſumptæ, non venit Eccleſia paro-
chialis, vel curata, per *text. in cap. Cum in illis in princ. de præb. in 6.*, *ac Rota cor. Puteo deciſ.299.*

Cum, ex demonſtratis, facultas erigendi novam Parochiam
non ſit Epiſcopali Ordini reſervata, in legitimam deducitur conſe-
quentiam poſſe Epiſcopum, quandocumque ei libuerit, ad hujuſ-
modi actum delegare ſuum Vicarium generalem: quod a nemine 16
poteſt in controverſiam deduci, præſertim in conſpectu reſolutio-
nis Sacræ Congregationis Concilii in cauſa *Dertbonen. diſmembrationis*, 14. & 28.*Jun.*1736., ubi Eminentiſſimi Patres validam de-
clararunt formalem, totalemque diſmembrationem plurium loco-
rum, ſeu pagorum ab antiqua Parochiali Eccleſia facta per Vica-
rium Epiſcopi Derthonenſis ſpeciali prædítum Epiſcopali mandato,
legitimèque ab ipſo fuiſſe erectam Parochialem, de qua agebatur,
Eccleſiam. Propoſitis enim dubiis: 1. *An, ſeu de quibus locis, ſeu villis ſuſtineatur diſmembratio, de qua agitur, facta ab Eccleſia parochiali Vaccaratæ?* & quatenus affirmative: 2. *An ſuſtineatur erectio in novam parochialem Eccleſiam S. Annæ Villæ Nenni inferioris, ſeu potius fieri debeat in Eccleſia Villæ Caſertiæ, in caſu &c?* prodiit reſponſio: Ad 1. *affirmative pro omnibus locis expreſſis in ſententia Ordinarii*: Ad 2. *affirmative quoad primam partem, & negative quoad ſecundam*: ut videre in *tom.5. theſ. reſol. pag.*160. Si vero ſpeciale non habeat mandatum Epiſcopi, nullo mo- 17
do poteſt Vicarius generalis diſmembrare parochiales, vel non paro-
chiales Eccleſias, ad notata a *Torricell. de union. cap.6. num.54.*, *Sbrozz. de offic. Vic. lib.2. cap.115. num.3. & 4.*, *Rota cor. Lancet. deciſ.856. num.1.*, *cor. Card. Falcon. in miſcell. deciſ.64. num.2. & 3.*, *cor. Criſpo deciſ.221. num.2.*

Poterant olim Epiſcopi unam Parochialem in duas dividere, 18
vel duas intra limites unius collocare, cuilibet certam populi par-
tem aſſignando, *cap. Ad audientiam 3. de eccl. ædif.*, Rota *deciſ.43. num.11. & deciſ.19. num.5. part.15.*, *deciſ.90. num.6. part.16. recent.*
In confuſo tamen, & in eadem terminatione pro indiviſo non pote- 19
rant duas Parochiales conſtituere, ut diſtinguendo fuit cautum in
Can. Præcipimus §. Sicut duo, *Can. Plures baptiſmales cauſ.16. qu.1*, Rota *d. deciſ.43. num.10.*, *deciſ.181. num 16. part.15*, *deciſ.39. num.9.*, *& d. deciſ.90. num.7. part.16. recentior.*

Sed gradum faciamus ad ſecundum requiſitum pro nova
erigenda Parochia. Reponi iſtud ſolet, ac debet in legitima, ju- 20

ſtaque cauſa hanc novam Parochiæ erectionem ſuadente, ad *text. in cap. Cum cauſam de præb.*, *cap.*1 *De rebus Eccl. non alien. in* 6., *Clem.*1 *eod. tit. Lotter. de re benef. lib.*1. *qu.*28. *num.*30., tum Sacra Congregatio Concilii in d. *Derthonen. diſmembrationis* 14. *Jan.*1736. §. *Derthonen.*, & §. *Cum autem*, ibi: *Exiſtimans concurrere cauſas approbatas ab Alex. III. in cap. Ad audientiam de eccl. ædif.*, & *a Con. Trid. cap.*4. *ſeſſ.*21. *de reform.*, *ſub die* 5. *Maii* 1732., *definitiva ſententia in hæc verba pronunciavit* ..... ac Rota *deciſ.*578. *num.*1. & 7. *part.*19. *tom.*2. *rec.*, & ad trad. *cor. Criſpo deciſ.*277. *n.*25., ſed præſertim *in Valentina juriſdictionis ſuper manutentione*, 26. *Jun.* 1754. *cor. Figueroa*, §. 7. ibi: *Et plane nulla occurit juſta cauſa, quare hæc diviſio, ac diſmembratio antiquæ Parochiæ facienda*
21 *eſſet*. Juſta autem cauſa ad evidentem Eccleſiæ utilitatem, præciſamque neceſſitatem reducitur, ex citatis auctoritatibus, ac *Paſchucc. in compend. ad Pignatell. conſult. Canon. tom.*2. *de Paroch. pag.*203., accedit folium Sacræ Congregationis Concilii *in Leodien. Vicariæ* 10. *Mart.*1760. §. *Decimatores*: ibi: *Proindeque inferunt, ceſſante neceſſitate non eſſe procedendum ad diſmembrationem*, quamvis hic ageretur de erectione tantum Parochialis filialis: ſed in ſpecie firmant reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii *in Marturanen. diſmembrationis* 24. *Jan.*1739. §. *Secunda tom.*8. *theſ. reſol. pag.*12., & 9. *Septemb.*1741. *tom.*10. *pag.*141., *tum in Terraconen. diſmembrationis*, 6. *Jun.*1739. *ad* 2. *dub.*, *nec non in Caſſanen. diſmembrationis* 22. *Jul.*1741. *ad* 1. & 2. *dub. tom.*10. *d. theſ. pag.*103., in quibus omnibus locis, ob defectum neceſſitatis, fuit ab Eminentiſſimis denegata totalis diſmembratio, & novæ independentis Parochiæ erectio.

22 Etenim hæc totalis diſmembratio, ſeu novæ Parochiæ formalis, plenaque erectio, tunc demum permittitur, quando aliter populari neceſſitati conſuli nequit, ut tradit *Barb. ad Concil. Trid. ſeſſ.*21. *cap.*4. *de reform. num.*10. & *ſeq.*, & *de offic.* & *poteſt. Epiſc. part.*3. *alleg.*78. *Franc. de Eccl. Cathed. cap.*6. *num.*94., in quo concordat Sacra Congregatio Concilii in locis mox citatis, tum Rota *in Aurien. Vicariæ* 5. *Febr.*1745. *in fine cor. Canilliac.*, & *in Conſtantien. Parochial. ſeu reintegrationis Parochiæ*, 22. *Febr.*1747. §. *Siquidem*, *cor. Card. Caprara*; ſed præſertim cor. *Herreros in Imolen. Vicariæ* 13. *Jan.*1758. §. 8. *in med.*, ibi: *Hinc deſcendit præſumendam haud eſſe pleniſſimam priſtinæ Parochiæ diſmembrationem, & alienationem: cum ad eam deveniri non aliter poſſit, ac debeat, niſi in ſubſidium, quando ſcilicet Parochianorum bono conſuli nequit per Vicarii deputationem.* Neque aliter intelligendus eſt Summus Pon-
23 tifex *in d. cap.*3. *Ad audientiam de eccl. ædif.*, & *Tridentini Patres in ſeſſ.*21. *de reform. cap.*4. permittentes ob impedimenta vel a diſtan-

tia

tia locali, vel a magna populi incommoditate petita, posse deveniri ad plenariam novæ Parochiæ erectionem: quemadmodum notant Doctores, mentem dictæ Decretalis, & Tridentini Concilii explicantes, ac præsertim *Tanchred. cons.*104. *num.*11. *Bertachin. vot. decis.*17. *num.*2., *ac* Rota *in Æsina Parochialis* 28.*April.*1752. §.5. *cor. Card. Elephantutio*. 24

25 Tertium requisitum ex juris solemnitatibus est eruendum, *d. cap. Ad audientiam*, *&* *Concil. Trid. d. sess.*21. *cap.* 4. quibus accedit quod legitur in folio Sacræ Congregationis Concilii 15. *Decemb.* 1759. *in Firmana dismembrationis* §. *Contendunt*, *tom.*28. *thes. resol. pag.*109. *ac Rota cor.* Card. *Millino in Argentina dismembrationis* 5. *Maii* 1748. §. *Præpostere*. Juris solemnitates in hoc præcipue consistunt, quod novæ Parochiæ erectio fieri non debeat, quin consensus omnium interesse habentium exquiratur, *dict. cap. Ad audientiam*, *dict. cap.* 4. *Concil. Trid. sess.* 21., *Rigant. ad regul.* 13. *Cancell. num.*64. *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæst.*28. *num.*8., ac Sacra Congregatio Concilii *in Novarien. dismembrationis* 19. *Novemb.* 1746. ubi, cum quæreretur an locus esset dismembrationi Parochiæ, & novæ erectioni, responsum fuit: *Pro facultate arbitrio Ordinarii juxta ejus votum*, *accedente consensu omnium interesse habentium*; quod refertur in folio Congregationis 15.*Jul.*1747., *tom.*16. *thes. resol. pag.*37. 26

Verum, cum agatur de re maximi ponderis, quæ sapit perpetuam alienationem, non sufficit simplex verbalis monitio, aut simplex citatio interesse habentium, sed insuper necessaria est processus confectio, ex traditis per *Tondut. quæst. benef. part.*2. *c.*22. *sub num.*3. *vers. Utruque tamen*, *Novar. singul. jur. Pontific. conclus.*109. *n.*5. *&* *seqq.*, *Squillant. de oblig. & privil. Episc. part.*5. *cap.*13. *num.*7., *Tanchred. cons.*104. *num.*18. *tom.*2., ac Sacra Congregatio Concilii *in Lunen. Sarsanen.* 28. *Febr.* 1711., ubi proposito dubio Emi Patres, responderunt: *Dilata*, *&* *Episcopus conficiat processum*, *auditis interesse habentibus*; in quo concordant, quæ habentur in folio ejusdem Sacræ Congregationis *in Derthonen. dismembrationis* 14. *Jan.* 1760. *in princ. tom.*29. *thes. resol. pag.*5. *&* *seq.*, *tum Rota cor. Card. Falcon. decis.*34. *num.*9. *in miscell.*, *&* *decis.*222. *num.*18. *cor. Crispo*, ibi: *In effectiva*, *&* *actuali dismembratione*, *mediante novæ Parochiæ erectione*, *quod cum sapiat perpetuam alienationem*, *in eo caute*, *ac circumspecte*, *prævia compilatione processus per testes procedi debet*. 27

Consulto, dataque opera silentio prætereo quotquot in nova Parochiæ erectione sint ab Episcopo monendi, citandi, audiendique: quandoquidem hæc omnia satis abunde, commodeque infra videbuntur, ubi de Ecclesiarum parochialium dismem-

bratione agemus. Ordo propterea, atque ratio expostulat, ut in
28 quarto requisito aliquantisper immoremur. Neminem latet, in erigenda nova Parochia ab antiqua independenti necessariam esse populi destinationem: cum sine populo subsistere nequeat vera Parochia: Rota *decis.228. n.4. & 5. part.2.rec.*, *& decis.277. n.19. cor. Crispo*, ibi: *Tunc enim ad erectionis essentiam, cum populus, seu plebs requiratur &c.*. Ad effectum ergo erigendi novam
29 Parochiam non minus, quam novem, vel decem familiæ, seu domus requiruntur, *Barb. de offic. & potest. Paroch. part.1. cap.1. n.20. Corrad. in praxi benefic. lib.3. cap.5. num.20.*, *Pacian. de probat. lib.2. cap.31. in annot. sub num.23. litt.A.*, ibi; *Parochia est certa pars diœcesis, quæ constat ad minus ex decem familiis*; quod confirmatur in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Leodien. Vicariæ* 10. *Martii* 1760. §. *Decimatores*, *tom.29. thes. resol. pag.82.*, *ac Rota cor. Crispo d. decis.247. num.19.* ratione per se apertissima,
30 quia populus non constituitur, nisi per novem, aut decem familias, *Pacian. d. lib.2. cap.31. num.23.*, *Barb. d. cap.1. num.20.*, *Rota decis.348. num.38. part.11. rec.*, *dicta decis.277. num.19.*, ibi; *Siquidem aliud est, quando Ecclesia in Parochiam erigi contraditur: tunc enim ad erectionis essentiam, cum populus, seu plebs requiratur, ista non minus, quam novem, vel decem familiis constituitur; hinc subsistere poterit, quod Ecclesia, ut Parochialis constitui mereatur, majori Parochianorum numero repleta esse debeat.*

31 Quod si duæ, aut tres familiæ tantum habeantur, jam nemo non percipit, veluti suo marte ruere debere quamcumque prætentionem, aut spem novæ parochialis erectionis: *per text. in cap. Significasti de foro compet.*, *Fagnan. in d. cap.3. Ad audientiam n.28.*, ac Sacra Congreg. Concil. in *d. causa Leodien. Vicariæ*, ubi agebatur de erectione tantum Parochiæ filialis, seu Vicariæ, fuit tamen ab Emis Patribus edita negativa resolutio, eo quod in loco, ubi erigenda erat nova Parochialis, duæ familiæ haberentur, ut legitur *in d. folio* §. *Decimatores*, ibi: *Decimatores de Siunna defendunt nullos adesse incolas in eo territorio, præter duas familias, quarum distantia a Parochiali non probatur, quæque, cum non constituant plebem, novæ Parochialis erectionem petere non possunt*: ideoque ad dubium: *An decimatores Territorii de Siunna, vulgo de Phinne, teneantur ædificare Ecclesiam parochialem, eamque de Vicario perpetuo, aliisque necessariis providere, in casu &c.*: prodiit responsio *Negative, & amplius*.

Aliud profecto esset dicendum, si de Parochia jam erecta ageretur; tunc enim etsi ad unam, vel duas familias redacta reman-
32 serit, eo quod cæteri Parochiani vel discesserint, vel interierint, adhuc tamen actu, & habitu dicenda, considerandaque esset Parochia.

chia. Ita ut hisce in casibus adhuc ligetur Parochus præcisæ residentiæ legibus, per doctrinam *Fagnani in cap. Extirpandæ §. Qui vero num.*11. *de præb.*, *Valenzuol. cons.*26. *num.*33. *tom.*1., *Pignatell. consul.*150. *num.*21. *tom.*10., *Tondut. quæst. benefic. part.*3. *cap.*168. *num.*8., præter relatos a Rota *cor. Crispo dict. decis.* 277. *num.*18. ubi hæc habentur: *Quando duo, aut tres persliterunt incolæ, Ecclesia adhuc remanet parochialis actu, nec Parochus ab onere residentiæ eximitur*; *& num.*20. *ejusdem decis.*277. Eodem modo, 33
quo, etiamsi ad erigendam, constituendamque Collegialem Ecclesiam ad minus tres Canonici requirantur, ex *L. Neratius ff. de verb. oblig.*, *& gloss.* 1. *in cap.*1. *de elect.*, *ac Rota d. decis.*277. *num.*20., *& in Barchinonen. Collegii*, 1. *Feb.* 1757. §.7. *&* 9. nihilo tamen secius, ut alibi videbimus, si Collegiata jam erecta fue- 34
rit, & duo, immo unus Canonicus superstes habeatur, adhuc Collegiata conservatur cum omnibus juribus, & prærogativis, *decis.*243. *num.*25. *& seq. cor.Crispo*, *& cor eod. d.decis.*277. *sub num.*20.

Tunc enim, quamvis unus tantum supersit totius Capituli, seu 35
Collegii, quod velim quoque intelligas de quocunque Conventu, Congregatione, Universitate, in hoc tamen uno superstite coalescit potestas, & jurisdictio, quæ in toto Capitulo, Collegio, Conventu, Congregatione, Universitate reperiebatur, *ad L. Sicut §. fin. ff. Quod cujusque univ. nomine*, *Abb. in cap. Gratum n.*9. *de postul. Præl.*, *& consil.*25. *n.*2., *Leuren. for. benefic. sect.* 2. *cap.*2. *quæst.* 311. *n.* 1., tum Sacra Congregatio Concilii *in Urbinaten.* 17. *Augusti* 1750. §. *Cum causa*, ubi Emi Patres ad bina dubia, responderunt licere Patri Cialdino Oratorii S. Philippi Nerii Urbini, Ecclesiæ Sanctissimi Crucifixi, soli superstiti, alios Presbyteros in Congregationem admittere, juxta institutum Congregationis; & removendum esse Œconomum, ac restituendam liberam administrationem dictæ Congregationis, utpote quæ ex privilegio *Clementis X. XI. & Benedicti XIV.* a jurisdictione Archiepiscopi erat immunis, ut videre est in *tom.* 27. *thes. resol. pag.*59. *& seqq.*

Si quis antem hujusmodi conclusionis labefactandæ gratia in contrarium adducat auctoritatem Canonis *Unio caus.*10. *quæst.* 3. 36
statim in promptu responsio, adparere quidem ex dicto Canone non posse, quod ex causa populi diminuti Parochia fuerit extincta, & jura sua amiserit, sed tantummodo, quod Episcopus ad illius unionem, si id expedire judicaverit, possit devenire: quemadmodum optime explicat Rota *cor. Crispo d. decis.*277. *num.*21. Quod ullo procul dubio longe diversum: quandoquidem aliud est, quod hisce attentis circumstantiis, in quibus videlicet Parochia fuit Parochianis destituta, ne decem quidem superstitibus, alteri Ecclesiæ 37
uniri

uniri valeat, quod juri consonum est, per *text. in cap.* 33. *de præb.*, *&* *d. Can.* 3. *caus.* 10. *quæst.* 3., at longe aliud, quod Parochia ad paucos, homines reducta, sustineri amplius nequeat: quod ex demonstratis est judicandum absurdum, & juri contrarium.

38 Quintum pro erigenda, constituendaque vera Parochia requisitum, est Territorium, confinium videlicet, & ambitus certis limitibus constitutus, *Andr. in cap. Super eo de præb. in* 6., & *de Fargna de jurep. part.* 1. *can.* 1. *&* 2., *casu* 2. *num.* 19. *in princ.*, *Rigant. ad* Regul. *Cancell.* 1. §. 1. *num.* 394., *&* *alii apud Gonzal. ad* Reg. 8. *Cancell. glossa* 6. *num.* 52., *Rota cor. Crispo decis.* 353. *num.* 1., *cor. Card. Caprara in Constantien. Parochialitatis, seu reintegrationis Parochiæ*, 22. *Febr.* 1747. §. *Siquidem*, *&* *in Valentina jurisdictionis super manutentione* 26. *Jun.* 1754. §. 8., *&* 10. *Martii* 1755. §. 8. *&* 10. *cor. Figueroa*. Sed hic immediate notandum ad præca-

39 venda, quæ fortasse insurgere possent, præjudicia, quod Parochia etiam vera, & propria dari potest sine Territorio: cum sufficiat illam esse ita distinctam, ut Parochus ulla absque jurisdictionis confusione Sacramenta populo valeat administrare. Quam ob rem sci-

40 re operæ pretium es, quod Parochiæ tribus modis dividi, ac distingui solent, per territorium nempe, per domos, seu familias, & per certas personas: quemadmodum Rota ostendit *decis.* 258. *num.* 6. *part.* 1. *rec.*, ubi ait Parochialem Ecclesiam non intelligi, quæ non habet distinctionem vel limitum, vel domorum, vel personarum.

41 Parochiarum, quæ territorium non habent, sed per domos seu familias distinguuntur, plura habentur vestigia in statu Aquilæ, ut colligitur ex relatione Episcopi facta Sacræ Congregationi *anno* 1578., quæ legitur *apud Tamburinum de jure Abbatum tom.* 1. *disput.* 14. *quæst.* 1. *num.* 11., *&* ex iis, quæ adducit *Franc. Viv.* ex eadem Civitate oriundus in *Sylva commun. opin.* 230. *num.* 24. *&* *seq.*; Harum quoque Parochiarum exempla nobis suppeditat *Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell. d. gloss.* 6. *num.* 96., ac præsertim Sacra Congregatio Concilii *in Toletana jurium parochialium* 13. *Jul.* 1748., *tom.* 16. *thes. resol. pag.* 55., *tum in Tolentina juris sepeliendi* 11. *Aug.* 1753., in cujus folio legitur, in Civitate Tolentina tres haberi Parochias, unam Cathedralem, alteram S. Jacobi, tertiam S. Catervi, quarum divisio facta fuit a tempore immemorabili, non per regiones certis limitibus circumscriptos, sed per domos, & familias: & Parochi personis, atque familiis suæ Parœciæ Sacramenta administrant, *tom.* 22. *thes. resol. pag.* 63. Accedit insuper Rotalis auctoritas *cor. Caffarello in Caffanen. jurium parochialium, seu præe-*

42 *minentiarum*, 6. *Jun.* 1707. §. *Nihilominus*, ubi permittitur Parocho processiones ducere intra limites alterius Parochiæ: quod mini-

minime permitteretur, ſi territorium eſſet ſeparatnm, & Civitas, 43
vel terra diviſa: ut proſequitur *ead.* Rota *in* §. *Quo vero*. Elegans
quoque, & efficax eſt alia Rotalis auctoritas *cor. Ratto deciſ.* 121.
*num.*29. ubi ait in Parochiis diſtinctis non per fines, ſed per fami- 44
lias, quibus a proprio Parocho, abſque aliorum ingerentia, Sacra-
menta adminiſtrantur, matricitatem impropriam eſſe pariter con-
ſtituendam: quod aperte indicat hujuſmodi Parochias dari poſſe,
& eſſe veras, proprias, atque independentes.

Parochiæ, quæ non tam per territorium, vel per domos, & fami- 45
lias, quam per certas perſonas diſtinguuntur, rariſſimæ exiſtunt,
unum tamen, quod ad reliqua comprobanda erit efficaciſſimum,
vobis ſuppedito exemplum, petitum ab Eccleſia parochiali Augu-
ſtæ Taurinorum, quæ Regia nuncupatur, quippe quæ ſub imme-
diata, abſolutaque juriſdictione Auguſtiſſimi Sardiniæ Regis, &
Sabaudiæ Ducis, atque intra Realis Palatii diſtrictum eſt ſita, erecta-
que. In hac enim Parochia, animarum cura penes Vicarium a glo-
rioſiſſimo Rege deputatum actualiter reſidet, qui munia parochia-
lia indiſtincte exercet in illas perſonas, quæ intra Realis Palatii, alio-
rumque annexorum diſtrictum commorantur, ſed extra hujuſmo-
di ampliſſimum ambitum, in eas tantum, quæ auguſtiſſimæ Domus,
& Familiæ ſervitio ſunt actualiter addictæ, deditæque, ſub quacum-
que Parochia, & in quacumque habitent domo, ita ut perſonæ,
hac ſervitii qualitate diſtinctæ ad Regiam Parochiam, reliquæ
vero ejuſdem domus, & familiæ ad illam, ſub cujus territorio fi-
xum retinent domicilium, quoad onus ſuſcipiendi Sacramenta, &
quoad cætera parochialia jura, omnino pertineant.

Hæc Regia, cum omnibus locorum, ac perſonarum attinen- 46
tiis, parochialis Eccleſia, exempta omnino exiſtit ab Archiepiſcopi
Taurinenſis, nunc *Joannis Baptiſtæ* Rotarii, S. R. E. Presbyteri
Cardinalis, juriſdictione, & ab illius Diœceſano territorio penitus
divulſa, atque ſeparata, quamquam in gremio ejuſdem florentiſſi-
mæ, nobiliſſimæque diœceſis conſtituta: ſed juriſdictioni ſubjici-
tur Reverendiſſimi pro tempore ſupremi Auguſtiſſimi Sardiniæ Re-
gis, & Sabaudiæ Ducis, Eleemoſynarii, ſeu Regii Sacelli majoris
Cappellani, qui ex privilegio, & auctoritate Summi Pontificis
Benedicti XIV. Epiſcopali charactere debet eſſe inſignitus. Conceſ- 47
ſit enim laudatus Pontifex invictiſſimo Sardiniæ Regi *Carolo Emma-
nueli III.* ejuſque Succeſſoribus, litteris Apoſtolicis *ſub die* 11. *Au-
guſti* 1745., confirmatis in ſua *Conſtitut.*36. *Incip. Cum a nobis*
§. *Dignitatem tom.*2. *ſui Bull.*, ut Supremus pro tempore Eleemo- 48
ſynarius, ſeu Regii Sacelli major Cappellanus Epiſcopali exor-
netur charactere, utque is territorium proprium habeat, & ſubdi-
tos, in quos ſuam exerceat ordinariam iuriſdictionem.

Hinc

Hinc memorato piissimo Sardiniæ Rege, ac Sabaudiæ Duce augustissimo instante, ut *Carolo Victorio Amedeo delle Lanze*, tunc S. R. E. Cardinali Diacano SS. Cosmæ, & Damiani, nunc Cardinali Presbytero tituli S. Anastasiæ, & Abbati S. Benigni, nullius Diœcesis, quem in suum supremum Eleemosynarium, & majorem Cappellanum jam destinaverat, elegeratque, Episcopatum aliquem in partibus elargiretur, Summus Pontifex augustissimi Principis voluntati, votisque annuens, eundem Eminentissimum Regium Eleemosynarium, & Cappellanum majorem, sub die
49 11. *Aug.* 1747., gloriosissimi Pontificatus sui anno septimo, ad Nicosiæ Archiepiscopatum promovit: quemadmodum videri possunt litteræ promotionis, quarum initium est *Romani Pontificis*, impressæ post d. *Constit.* 30. Nihil equidem facilius erat obtentu a Summo Pontifice, qui eundem *Carolum Victorium Amedeum delle Lanze*, Realis Sacelli Cappellanum majorem, illius numquam satis commendabilium virtutum, & præclarium meritorum contemplatione, inter Sacros Romanæ Ecclesiæ Cardinales incredibili amore, atque voluptate recenter adscripserat: ut ipsemet *Benedictus XIV.* profitetur in cit. *Constit.* §. *Dignitatem*, *in fine*, ibi: *Hinc facile perspici potest, nullum superesse difficultatem, atque scrupulum ...... ut Episcopum in partibus te constituamus, quem pau-*
50 *cis ab hinc mensibus ob virtutem, & præclara merita inter Cardinales cooptavimus.*

Nil quoque, quod concedi mereret, excogitari justius poterat, ita dignitatis, de qua agebatur, natura, qualitate, & indole suadente: cum ab Episcopalis characteris prærogativa, Regii Elee-
51 mosynarii, & Cappellani majoris officium disjungi minime valeat: juxta ea, quæ habentur apud *Petrum Castellanum Galandium in vita Petri Castellani Galliarum Magni Eleemosynarii*, ibi: *Aulæ totius Regiæ unicus Episcopus est, quocumque in loco per totum regnum Rex versetur, ab eo Sacramenta petere solet*. Omitto auctoritates, & exempla, quibus passim utitur idem *Benedictus XIV.* in d. sua Epistola ad eundem Eminentissimum *Victorium Amedeum delle Lanze* directa, seu in d. *Constit.* 36. *Cum a nobis*; uniceque utar tanti Pontificis auctoritate, cæteris longe præferenda: qui in §. *Hoc potissimum*, hæc habet: *Nos etiam titulum in partibus elargiri Tibi proposuimus, eo quod Sardiniæ Rex Te magnum Eleemosynarium, seu majorem Cappellanum declaraverit: quod quidem munus, si prima ipsius Institutio perpendatur, potestatem Episcopalem sibi adjunctam postulat, ac requirit*: & in §. Illud: *Cum pro ineundo munere magni Eleemosynarii, Titulo Episcopi carere nequeas.*

Sed in viam, e qua, non tamen sine utilitate, digressi sumus, lato pede revertamur. Contra ea, quæ superius diximus, adduci for-

fortaſſe poterit Concilii Tridentini ſanctio in *ſeſſ.24. de reform. c.13. verſ. In iis*, ubi præſcribitur Epiſcopis, ut, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, Parochias conſtituant certas, & proprias, & unicuique ſuum proprium & peculiarem Parochum aſſignent, iis in locis, ubi Parochiæ non ſunt per fines diſtinctæ. Sed in nihilum faceſſit hæc contra adducta Tridentini Concilii auctoritas. Etenim Tridentinum Concilium non comprehendit illas Parochias, quæ 52
licet non habeant certos fines, habent tamen certum populum, vel per familias, vel per certas perſonas diſtinctum, ita ut Sacramenta promiſcue non adminiſtrentur; *Gonzal. ad regul.8. Cancell. Gloſſ.6. num.96.*, in quo conſonat *Rota cor. Caſſarello in d.Caſſanen. jurium parochialium, ſeu præeminentiarum, 6.Jun.1707. §. Nibilominus*, etſi Conciliaris diſpoſitio in contrarium adduceretur: quod nec Rota ignoravit in d. *deciſ.121. num.29. cor. Ratto*, ubi non obſtante Tridentina Sanctione, inter Parochias per familias diſtinctas, matricitatem impropriam conſtituit.

Verum enim vero Tridentini Patres ad ſic decernendum unice moti fuerunt, excitatique, ad effectum impediendi promiſcuam Sacramentorum adminiſtrationem, & confuſam populi communionem, & Parochorum confuſum, perturbabile, indiſtinctumque 53
exercitium: quod mirum in modum patebit attente conſideranti Tridentini capitis contextum. Hinc, quemadmodum in hiſce Parochiis non diſtinctis per territorium, nulla oritur in adminiſtratione Sacramentorum confuſio, nulla Parochorum in actuali animarum cura communio, nullaque perturbatio, & propriæ juriſdictionis læſio, ſed ſinguli Parochi abſque aliorum ingerentia, Sacramenta adminiſtrant populo peculiari modo diſtincto, propriumque Paſtorem agnoſcenti, plane ſequitur, ſub Tridentini Concilii diſpoſitione has Parochias minime comprehendi, immo Tridentinorum Patrum menti per has quoque obſecundari. Ceſſat enim cauſa finalis, & impulſiva Tridentinæ Sanctionis, videlicet Sacramentorum adminiſtrandorum confuſio, unde ceſſare per conſequens debet effectus ejuſdem Sanctionis, diſpoſitioniſque, ſeu 54
novæ Parochiæ per fines diſtincta erectio, juxta notiſſimam regulam *textus in cap. Ceſſante de appell*, & juxta deducta a *Rota cor. Card. Buſſio in Guardien. participationis 29. Jan.1753. §.4.*

In deſignando parochiali territorio nil inſudabit Epiſcopus quotieſcumque una tantum Parochia in Civitate, vel oppido ſit conſtituenda, erigendaque. Territorium enim Civitatis, terræ, ſeu 55
oppidi a Supremo Principe deſignatum, ſervire poterit pro territorio Parochiæ: ita ut quantum Civitatis, aut oppidi confinium extenditur, tantundem parochialis Eccleſiæ extendatur juriſdictio. Dixi: *territorium a ſupremo Principe deſignatum*: ne quis e Ty-

56 ronibus fortasse parochiale territorium cum illo Civitatis, seu Communitatis confundens, istius constitutionem, ac designationem Episcopi jurisdictioni, quod ferendum non esset, attribuere audeat.
57 Territorium in genere sumptum nihil aliud dici solet, quam terræ spatium jurisdictione armatum; *L. Si pupillus* §. *Territorium ff. de verb. signif.*, *Paz. de tenutis cap.*40. *num.*1., *Soccin. Sen. lib.*1. *Cons.*89. *num.*1, *Ancharan. Cons.*142. *in princ. Rota decis.*18.*n.*11.
58 *cor. Card. Falcon. de prob.* Hinc territorium separatum jurisdictionale constitui non potest, præter quam a supremo Principe; *Innoc. in cap. Cum ad Sedem de restit. spoliat.*, *Bald. in L.*1. *num.*12. *cod. de emancip. liber.*, *& in rubr. Quæ sint regalia num.*2. & 3. *Rota cor. Card. Fal-*
59 *con. d. decis.*18. *num.*11. Jure enim tum Civili, tum Canonico permissum est ut, suprema Potestas, seu Princeps Supremus, quotiescumque id expedire judicaverit, possit vetera vel unire, vel separare territoria, & nova constituere, *Ad L.* 1. *cod. de metrop. Beryt. lib.*11., *cap. Cum personæ de privil. in* 6. *Paul. de Castr. Const.*117. *num.*3. *in fine*, *Soccin. jun. const.*61. *num.*3. *& seqq.*, *Rota cor. Buratto decis.*578. *num.*2., *cor. Bichio decis.*525. *num.*3. *& in Tudertina confinium*, 27. *Febr.*1758. §.8. *in fine cor. Card. Bussio*; ac alibi passim.

Sed notandum, quod duplex est territorii genus, duplexque
60 in illo exercenda jurisdictio. Aliud enim est territorium sæculare, seu temporale, talisque est in illo exercibilis jurisdictio: aliud est
61 ecclesiasticum, seu spirituale, talisque jurisdictio, quæ in isto explicatur. Primum, quod consistit in Ducatibus, Marchionatibus, Provinciis, Comitatibus, Civitatibus, Oppidis, & similibus, a su-
62 premis Principibus in suis temporalibus dominiis constitui potest. Seculares enim temporalem tantum, non vero spiritualem conce-
63 dere possunt jurisdictionem, ad *textum in can. Decernimus de Judic.*, *cap. Causam de præscrip.*, *Jo. Andr. in cap. Cum venerabilis num.*9. *vers. Poterit ergo de censibus*, Rota *in Colonien. parochialis*, 11. *Januar.*1751. §.4.6. *cor. Migazzi*, *Paderbonen. jurisdictionis* 8. *Martii*1756. §.12. *cor. Card. Bussio*, *S. Angeli Lombardorum jurisdictionis*, 13. *Jun.*1758. §.11. *in fine cor. eod. Card. Bussio*.
64 Sic Federicus, ut cætera omittam exempla, Imperator, & Rex utriusque Siciliæ, propria auctoritate composuit anno 1204. acerrimas lites de finibus, & limitibus territorialibus, quæ inter *Atinam*, Civitatem deinde nuncupatam, & ab Episcopatu Sorano divisam, atque terram, vulgo *Gallinarium*, agitabantur, assignatis cuique limitibus, & reservata dumtaxat Civibus utriusque terræ communione pascuorum, ut habetur in folio Sacræ Congregationis *Conc.* 22. *Septemb.*1753. *in Sorana jurium parochialium*, *tom.*22. *thes. resol. pag.*93. Isti limites, & fines unicuique territorio assignati, non solum

ſolum ſecularem, ſed etiam Eccleſiaſticam juriſdictionem coercuerunt. *Gallinarium* namque ad Soranam, ut pridem, *Atina* vero ad Aquinatem Epiſcopum pertinuit.

Iſta igitur territoria temporalia, vel uniri, vel dividi, ſeu 65
conſtitui etiam poterunt, quandocumque opus fuerit, a Summo Pontifice in toto Statu S. R. E., & omnibus in locis S. Sedi ſubjectis, qui omnimodam habet poteſtatis plenitudinem, tamquam ejuſdem Status abſolutus Princeps, Rex, & Imperator, juxta textum in *cap. Super quibuſdam, ibique gloſſa, & Abb. num.3. de verb. ſignif., & cap. Per venerabilem ſub num.7. Qui filii ſint legit., Fragoſ. de regim. Chriſt. Reip. tom.2. part.2. liv.1. diſp.3. de cenſur. Bullæ* Cœnæ *§.5. num.*114., ibi: *In terris temporali ſuo dominio ſubjectis, cum in illis ſit ſupremus* Rex, *& Imperator*: *Vgolin. de cenſur. Pontific. reſerv. part.2. cap.5. §.1. num.1. verſ. Et quoniam*, Rota paſſim, at præſertim *cor. Card. Falcon. deciſ.1. num.3. de Gabellis, ac in Tudertina confinium*, 27. *Feb.*1758. *cor. Card. Buſſio*, ubi agebatur de territorii oppidi Maſſæ diviſione a Bonifacio IX. facta cum omnimoda exemptione non ſolum a juriſdictione Civitatis Tuderti, ſed etiam ab illius comitatu, ut legere eſt in §.8. in quo habetur: *Primo ſiquidem, quod completa fuit hujuſmodi diviſio anno* 1293., *quo tempore ſub Comitatu Tuderti comprehenſum erat territorium Oppidi Maſſæ, quod poſt lapſum centum annorum, & ultra, anno ſcilicet* 1398. *Jan. mem. Bonifacius IX. non quidem a ſola juriſdictione dictæ Civitatis exemit, ſed ab illius* Comitatu *disjunxit: quocirca præcedens diviſio finium nullius relevantiæ evaſit, poſtea quam ſupremus Princeps juxta poteſtatem ſibi attributam unum ab alio territorio ſecrevit, atque disjunxit*.

Si vero agatur de territorio Eccleſiaſtico ſeu ſpirituali, hoc eſt 66
duplicis generis: aliud nempe juriſdictionale, aliud mere ſpirituale. Primum, cujuſmodi ſunt Patriarchatus, Exarchatus, Prima- 67
tus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ, & ſimilia, a ſolo Summo Pontifice, in quocumque terrarum Orbe Catholico exiſtant, conſtitui poſſunt. Nemo enim ignorat ad Summum Ponti- 68
ficem privative pertinere diœceſes dividere, ſeu novas creare, vel unire, transferre, vel ſupprimere, per text. *in cap. Sicut de exceſſ. Prælat.*, *ac Benedict. XIV. in ſua Conſtit.* 50. *incip. Injuncta nobis §.9., & in ejuſd. allocutione, incip. Perſpectam vobis*, habita in Conſiſtorio ſecreto *feria* 2. *die* 5. *Jul.* 1751. ſuper ſuppreſſione Patriarchatus Aquilejenſis, & duorum Archiepiſcopatuum Utinenſis, & Goritienſis erectione §.4., quæ habetur impreſſa *in appendice ad tom.3. ſui Bull., pag.*544. *& ſeqq., ac Rota*, ubi Doctores allegantur, *deciſ.* 335. *num.* 17. *part.*13., *deciſ.* 21. *num.*11. *part.*14. *rec.*, *deciſ.*10. *ſub num.*3. *verſ. Et tamen cor. Card. Falcon. de offic. Ordin.*,

& in S. Angeli Lombardorum jurisdictionis, 13. *Jan.* 1758. ubi de territorio Abbatiali disputabatur; notanda interim in §.10. illa verba: *Præter Apostolicum privilegium per se aptum ad separationem territorii*.

69 At quando territorium ecclesiasticum, seu spirituale non est jurisdictionale, cujusmodi sunt omnes Parochiæ simplices, potest ex jam demonstratis ab Episcopo istud constitui, concurrente causa, de qua supra locuti sumus in secundo requisito. Quare, si non una, quemadmodum in superiori casu, sed duæ, vel plures sint erigendæ Parochiæ in aliqua Civitate, vel in aliqua terra; tunc di-
70 visa Civitate, vel Terra, divisum quoque intelligitur ejusdem Civitatis, vel terræ, seu oppidi territorium. Si enim Parochia extra mœnia Civitatis, vel Oppidi non extenderetur, non adpareret
71 satisfactum juris dispositioni *in cap.*3. *Ad audientiam de eccl. ædific. & Concilii Tridentini in sess.*24. *de reform. cap.*13. quia non esset evitata confusio promiscuę administrationis Sacramentorum: *Rota decis.*429. *num.*13. *part.*18. *tom.*2. *rec.* Ac per consequens id censeri expressum omnino debeat necesse est, velut ex intentione agen-
72 tium, & ex natura actus in tali divisione, seu nova erectione inclusum, *ad text. in L.*1. *Cum quid ff. Si certum petatur*, *Gratian. discept.*5. *num.*17., *& discept.*689. *num.*10., *Rota d. decis.*429. *num.*14. *& seq.*

73 Nec dicas nomine Civium non venire degentes extra mœnia; id quidem verum si Civitas materialiter sumatur pro murorum ambitu, *cap.* Rodulphus, ubi Canonistę *de rescript.*, *cap. Quamvis* §. *Quamquam de præb. in* 6., *Oldrad. cons.*121. *n.*8., *Rota cor.* Coccino
74 *dec.*128. *&* 129. *per tot.* nullum tamen est dubium, quin contineantur, quando prẹsertim non locus, sed personę considerantur, per textum *in Leg. Qui in continentibus* 147. *ff. de verb. signif.*, *Rebuff. pro declaratione textus in L. Urbis appellatione d. tit. vers. Quarto restringitur*, *Carill. controv. tom.* 6. *cap.*153. *num.* 14., *Rota apud Garz. de benefic. part.*9. *cap.*2. *sub num.*341. *& d. decis.*429. *n.*20.
75 adeoque etiam nati in suburbiis, vel vicis, & agris adjacentibus comprehendi debent, *Rota d. dec.* 429. *num.* 21. ubi aliæ adducuntur auctoritates.

76 Cæterum, quamquam hęc verissima existant, ad evitanda tamen quęcumque hinc inde nascitura popularia dissidia, caute, ac circumspecte ab Episcopo erit agendum, & in divisione Civitatis, vel Oppidi ad effectum erigendi novas Parochias, expresse declarandum erit, quid, & quantum sub territorio parochiali continea-
77 tur. Sic Episcopus Sarsinatensis Ecclesiam S. Marię novę existentem intra Terram fori Saraceni pertinentem ad parvum Cœnobium Patrum Heremitarum S. Augustini, ab eodem Episcopo, Sedis Apo-

Apostolicę, & Sacrę Congregationis Episcoporum auctoritate suppressum, in novam parochialem independentem erecturus, determinavit ejusdem Parochię territorium expresse, atque specifice assignando Parochis pro tempore,eorumque jurisdictioni subjiciendo, privative quoad alios Parochos, Terram fori Saraceni, ac ejus suburbia extra dictam Terram ipsi proxime existentia, & domus versus flumen Sopis juxta ipsum, atque territorium per centum passus, sive gradus geometricos ultra domos ultimas positas circum circa dictam Terram &c. ut legere est in ejus decreto, *sub die* 13. *Martii* 1653., quod habetur in processu causę *Sarsinaten. manutentionis*, de qua infra; prę oculis quoque haberi potest decretum novę erectionis parochialis, factę ab Episcopo Asculano *die* 25. *Martii* 1730. a Sacra Congregatione Concilii approbatum in *Asculana dismembrationis* 11. *April.* 1739. *thes. resol. pag.* 11.

Dictum Episcopi Sarsinatensis decretum quamquam videatur ita conceptum, ut per illud quicumque litibus aditus esset præcludendus; exitus tamen diversum comprobat. Intra enim districtum ab Episcopo designatum novę Parochię, reperitur, quemadmodum Parochus fori Saraceni contendebat, quędam Ecclesia ruralis S. Marię Virginis de Ponte, quę ob miraculorum seriem fidelium devotione recolitur; hæc autem Ecclesia ante novam Parochię erectionem ad Parochos Columnatę pertinebat, verum cum Episcopus hanc Ecclesiam a Parochorum Columnatę jurisdictione specialiter non exemerit, iidem pro tempore Parochi non destiterunt ab exercitio jurium parochialium, non obstante nova Parochię erectione. Parochi autem fori Saraceni contendentes dictam Ecclesiam ad illorum pertinere jurisdictionem, in illa varias inivere functiones, non tamen mere parochiales, neque etiam invitis Columnatę Parochis; clavesque etiam ejusdem Ecclesię a nonnullis ex suis parochianis pro majori populi commoditate, eo quod Parochia Columnatę valde distaret, veluti precario jure retinebantur. Hinc istarum omnium rerum contemplatione contendebat Fori Saraceni Parochus esse in possessione exercendi jura parochialia manutenendum in tali Ecclesia S. Marię de Ponte, quam intra determinatos geometricos centum passus, seu gradus contineri sustinebat. Sed Columnatę Parocho hęc omnia acriter impugnante, impedienteque, post graves in Sarsinatensi Curia judiciales altercationes, delata causa ad Tribunal Illmi A. C., idest *Auditoris Cameræ*, fuit ab isto *sub die* 30. *Decemb.* 1761. controversia definita favore Parochi Columnatę, decernendo ad ipsum spectare liberum jurium parochialium exercitium in d. Ecclesia, & in tali exercitio esse manutenendum: ut videre in *d. causa Sarsinaten. manutentionis*. 78

Insuper in erigenda nova, sed vera Parochia, non solum requiri- 79

quiritur, quod Episcopus territorium constituat, sed tale territorium
a priori Ecclesia separari omnino debet, atque eximi: quemadmodum
factum legitur a dd. Episcopis Sarsinatensi, & Asculano, tum ab
Episcopo Derthonen. ut videre est in folio Sacrę Congregationis
Concilii in *Derthonen. dismembrationis* 14. *Jan.* 1736., *tom.*7. *thes.*
80 *resol. pag.*5. *& seqq.* Etenim si in novę Parochię erectione domus,
& familię etiam a priori fuerint parochiali Ecclesia divulsę, atque il-
li addictę, subjectęque: attamen, si non constat de plenaria separa-
tione, & independentis territorii destinatione, hæc Parochia erit
impropria, seu filialis, & adjutrix Ecclesiæ matricis: quemadmo-
dum in simili casu declaravit Rota *in Imolen. Vicariæ*, 13. *Januar.*
81 1758. §. 8. *cor. Herreros*. Multoque magis, si in actu erectionis
declaratum fuerit, novam Ecclesiam erigi pro spirituali Ecclesię
matricis servitio, & Ecclesia matrix, seu illius Rector, sub hac
conditione consensum prestiterit separationi, seu dismembrationi:
82 ut in *d. Imolen. Vicariæ* §.8. Immo non obstante, quod Episcopus,
pręter domos, & familias a matrice avulsas, alias etiam familias
aliarum parochialium novę Parochię addixerit: hoc adhuc in casu
non desinet esse parochia mere filialis, ac consequenter familię
aliarum parochialium novę Parochię affixę ad matricem quoque
pertinebunt: quia istę veluti accessorię naturam, & qualitatem se-
quentur principalis, idest Ecclesię filialis, cui fuerunt unitę, ad
tradita *a Gratiano discept.* 292. *num.* 4., *Turricell. de union. cap.*3.
*num.*17., *Rota decis.*280. *num.*27. *cor. Bichio*, *& in d. Imolen. Vi-
cariæ* §. 10.
83 Sed cujus nam utilitatis, efficacięque futura esset populi, &
territorii destinatio, si eodem tempore Parochus minime consti-
tueretur, qui populum in tali territorio conclusum curaret, pasce-
ret, regeretque? Solet enim Parochus Rector nuncupari, qui ita
dicitur quasi populum regens, *Jo. Andr. in cap. Licet num.*1. *de
electione in* 6., *Barb. de offic. & potest. Paroch. part.*1. *cap.*1. *num.*43.,
84 *Roman. cons.*356. *n.*2. *Rota decis.*489. *num.*3. *part.*1. *recent.* Tria pręci-
pue exiguntur in vero, & proprio designando Parocho. Primum
necesse est, ut fori pœnitentialis absolutum, & illimitatum habeat
usum, & animarum curam nomine proprio, non autem alieno
85 exerceat, ad *text. in cap. Extirpandæ* §. *Qui vero de præb. Archid. in
Clem.*1. *num.*4. *de offic. Vic.*, *Rebuff. in praxi tit. de non promoto
intra annum*, *num.*36., *Rota cor. Crispo decis.*222. *num.*2., *in Ge-
runden. juris sepeliendi super parochialitate*, 27. *Feb.* 1750. §. *Si-
quidem cor. Vicecom.*, *in Valentina jurisdictionis* 26. *Jun.* 1754. §.8.
& 11., *&* 10. *Martii* 1755. §.8. *&* 11. *cor. Figueroa*. Secundo, ut
ad regimen Ecclesię singulariter assumatur, & privativum habeat
86 parochialis exercitii implementum, *Pignatell. consult.*103. *n.*15.
Rota

Rota deciſ.52. num.57. part.2. diverſ., *deciſ.489. num.2. part.3.*,
deciſ.32. num.2. & ſeq. part.18. rec., *deciſ.239. num.6. cor. SSmo
CLEM. XIII.*, *in Conſtantien. parochialitatis* , *ſeu reintegrationis
Parochiæ*, *22.Feb.1747.* §.*Siquidem cor. Card.Caprara* , *in d.Gerunden.* § *Siquidem* , *d. Valentina in citatis* §§. Demum , ut jure pro- 87
prio, non autem per alios emolumenta parochialia percipiat : ſecum
enim potius Cappellanus curatus eſſet cenſendus,ad *text. in cap.Nullus de Paroch.* , *& ex notatis a Garz. de benefic. part.9. cap.2. num.
75.* , *Gratian. diſcept.* 865. *num.32.*, *ac* Rota *cor. Criſpo deciſ.214.
num.9.*

Cum a Parocho animarum cura ſit exercenda , & Sacramenta
populo ejus regimini ſpecialiter commiſſo adminiſtranda , in conſequentiam deducitur ſeptimo loco requiri Eccleſiam parochialem 88
ab Epiſcopo deſignandam . De Eccleſię parochialis ędificatione ex
profeſſo agemus infra in ſuo titulo , ad id ſpecialiter ordinato :
unde non eſt , cur circa hoc caput valde immoremur ; nonnulla
tamen , quæ in cit. tit. deſiderabuntur , per tranſennam hic attingentes . Ad Epiſcopi arbitrium , atque prudentiam referri debet 89
vel Eccleſia ędificationem in loco decenti, & commodo ordinare ,
vel jam erectam Eccleſiam in parochialem conſtituere ; quemadmodum feciſſe jam ſupra diximus Epiſcopos Sarſinatenſem , Aſculanum, & Derthonenſem, quorum primus Eccleſiam S. Marię novę
in terra fori Saraceni , ſecundus Eccleſiam S. Benedicti in villa Materę jam fundatam , & tertius Eccleſiam S. Annę in villa , ſeu pago
Nenni inferioris jam ſitam, in parochiales independentes erexerunt.

Dixi *independentes* , eo quod ſecus intelligeretur erecta Ec- 90
cleſia parochialis in ſolum matricis adjumentum : quemadmodum exemplum , & auctoritatem nobis ſuppeditat Rotalis deciſio
cor.Herreros in Imolen. Vicariæ 13.*Jan.*1758. ubi Epiſcopus Imolen.
abſque hac formalis ſeparationis , & independentię expreſſione Eccleſiam ruralem vulgo *S. Crucis cooperta* , jam ad Capitulum pertinentem , in parochialem erexit , quæ a Rota fuit declarata Simplex Vicaria , ac conſequenter ad Capitulum,ut antea,pertinentem .
Debet autem Epiſcopus , dum Parochiam ſeparat , novamque con- 91
ſtituit ab antiqua independentem, talibus uti verbis , ut illam
clare , atque concludenter ſignificent , declarentque ; *Murga de
beneſ. qu.6. num.24.*, *Tanchredin. Conſult.*104. *num.11. & ſeq.
Rota in d. Imolen. Vicariæ* §.8. *in fine* .

Debet inſuper Eccleſia in parochialem erigenda eſſe libera ,
atque formaliter , ſeu integraliter parochialis . Si enim , ita cir- 92
cumſtantiis exigentibus , utatur Epiſcopus Eccleſia jam fundata ,
ſed animarum curam in certa ejuſdem Eccleſiæ Cappella exercendam præfigat , talis Cappella erit parochialis , ſeu curata , non 93
autem

autem Ecclesia; cum parochialis Ecclesia non fiat ex statu beneficii
curati in certa Cappella erecti, neque valeat argumentum, & il-
latio ad statum Ecclesię, ut solide ponderat *Lotter. de re benef.*
*lib.*1. *n.*34.*num.*11., & in puncto definivit *Rota cor. Celso dec.*154.
*num.*6.,*& seq. & in Ravennaten. jurium parochialium*,11.*Mart.*1746.
§.*Majorem cor. Canilliac.* Quo in casu Parochus in illa Cappella
erecta in parochialem, vel in qua habet licentiam, & jus exercendi
animarum curam, habetur pro Parocho, in reliquis vero partibus
94 pro simplici Clerico, seu inhabili ad exercendas in his functiones,
atque jura parochialia, *Rota cor. Celso d. decis.*154. *num.*9., *& d. Ra-
vennaten.* §. *Firmo*. Iste autem casus, cæteroquin rarissimus, con-
tingere posset, quotiescumque Ecclesia jam erecta, parochialis Ec-
clesia esset valde angusta, & in ea functiones commode nequirent
95 peragi: quemadmodum contigit respectu parochialis Ecclesię S.Jo-
annis ad fontem Civitatis Ravennatensis, ubi Cardinalis Aldobran-
dinus Archiepiscopus jussit, ut excepto baptismatis Sacra-
mento, curę exercitium transferretur ad Cappellam Sanctissimi
Sacramenti Cathedralis Ecclesię, prope dictam Ecclesiam S.Joan-
nis ad fontem constitutam, in qua Cappella ob loci amplitudinem
consuli poterat populari commoditati: quod melius videri potest
in antecedenti titulo *De diversis speciebus, & qualitatibus Pa-
rochiarum num.* 143.

Quis fortasse ad evertendum, de quo agimus, requisitum in
parochiali designanda Ecclesia constitutum, in medium adducet
96 Rotalem auctoritatem *cor. Crispo decis.*353. *num.*9. *& seq.*: ubi asse-
ritur Parochialitatem excludi minime posse ex eo quod non appa-
reat Ecclesia, a qua parochialis denominatur. Sed Rotalis aucto-
ritas potius favet, quam refragetur. Aliud enim est, quod Paro-
chialitatis constitutivum non semper sit collocandum in Ecclesiæ, a
qua denominatur, existentia; at longe aliud, quod ad constituen-
97 dam, erigendamque novam Parochiam, non sit necessaria paro-
chialis Ecclesia. In primo casu, quamquam deficiat Ecclesia pa-
rochialis denominativa, potest tamen adhuc subsistere Parochia,
& talis actu considerari, dum alia in Ecclesia intra eandem termi-
98 nationem, parochiales exercentur functiones; quemadmodum
eadem Rota declaravit *d. decis.*353. *num.*10. In altero autem casu,
ubi nulla est parochialis Ecclesia ab initio erecta, donec non eriga-
99 tur, deest Parochiæ existentia; quia deest subjectum, sine quo Pa-
rochia nequit considerari, videlicet Ecclesia, in qua populus con-
gregetur pro suscipiendis a proprio Parocho Sacramentis: quod
100 contrarium sustinere esset absurdum; cum populus, & Parochus
dari nequeant sine Ecclesia, per Rotam coram *Card. Bussio in Came-
rinen. Prioratus*, 24. *Jun.* 1757. §.11. *post medium*, ibi: *Hoc nec
dixit*

dixit Card. Testator, nec umquam dicere potuit, nisi simul admitti velit absurdum, vel quod...... vel quod Parochum consideraveris sine Ecclesia.

Si ab antiqua Parochia nonnulla loca, seu pagi separentur, & novę independenti Parochię assignentur, prudentis Episcopi erit officium, attente considerare, quisnam ex iis pagis aptior sit, 101
& commodior, ut in illo parochialis Ecclesia figatur: quod si utendum sit Ecclesia jam erecta, illam in parochialem constituet, quę magis commoda, ampla, nobilis, & necessariis existat instructa: 102
quemadmodum Episcopus *Derthonensis* operatus fuit in erigenda nova Parochia. Nam post dismembratas ab Ecclesia parochiali Vaccaratę, villas, seu pagos *Nenni inferioris, & superioris, Ripæ, Casertiæ, Cornereti, & Canavellarum*, cum nonnullis adjacentibus, in parochialem designavit Ecclesiam illam *S. Annæ Nenni inferioris*, eo quod tempore visitationis hanc reperiisset magis aptam, commodam, & cæteris melius instructam supellectilibus. Hinc reclamantibus incolis aliorum pagorum, propositoque dubio Sacrę Congregationi Concilii in *Derthonen. dismembrationis 14. Jan. 1736. An sustineatur erectio in novam parochialem Ecclesiæ S. Annæ, Villæ Nenni inferioris, seu potius fieri debeat in Ecclesia Villæ Casertiæ, in casu &c.*; Responsum fuit: *Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam*; ut videre est *in thesaur. resol. pag. 160.*

Hisce sic delibatis circa Ecclesię parochialis erectionem, transeamus ad octavum requisitum, positum videlicet in congrua dotis assignatione, de cujus materia alibi quoque erit differendum. In 103
erigenda itaque nova Parochia unum ex requisitis consistit in assignatione dotis sufficientis, qua Parochus cum Ministro, si opus fuerit, commode, honesteque valeat sustentari; *cap. Piæ mentis caus. 16. qu. 7.*, Rebuff. *in praxi tract. de congrua num. 65.*, *Barb. de offic. & potest. Paroch. part. 1. cap. 1. num.* 10, *& de off. & potest. Episc. part. 3. alleg. 64. num. 3.*, *Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 4., qu. 1.* Rota *cor. Herrera decis. 2. num. 16.*, *cor.* Ratto *dec. 204. num.* 4. Tantę enim est efficacię constitutio dotis, ut ex illius assi- 104
gnationis defectu excludi valeat Parochialitas, ut ponderat Rota *cor. Herrera d. decis. 2. num. 17.*, *& cor.* Ratto *d. decis. 204. sub n. 4.* ac alibi passim. Neque in Parochię tantum erectione dos sufficiens requiritur, sed in quocumque beneficio tametsi simplici in titulum collativo, debet ista necessario constitui, quę irrevocabiliter tran- 105
seat in ipsius Ecclesię dominium; *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 31. num. 6.*, Rota *decis. 182. num. 12. part. 18. rec.*, *cor. Buratto decis. 1. num. 25.*, *cor.* Ratto *d. decis. 203. num. 5.*

Debet in ea constitui quantitate, quę satis sit pro omnibus Ec- 106
clesię necessariis: ut in genere *Lamber. de jurep. lib. 1. part. 1. qu. 2.*

art.2. n.2., *Murga disquisit. Canon. tract.5. disquisit.*1543. *num.*3., *Amostazzius de caus. piis tom.*2. *lib.*5. *cap.*6. *num.*18., *de Fargna de jurep. part.*1. *can.*3. *casu* 7. *num.*1. *&* 4., *& part.*5. *can.*4. *casu* 1. *num.*11., ac Sacra Congregatio Concilii *in Sabinen. dotis* 24.*Jul.*1752. §. *Redditus*, *tom.*22. *thes. resol. pag.*75. Redditus autem Ecclesię constitui debet in bonis immobilibus, expresso do-
107 tis titulo; *Lambert. ut sup. lib.*2.*cap.*4. *num.*14. *& seq.*, *Panimoll. decis.*9. *annot.*2. *unm.*5. *tom.*1., & Sacra Congregatio Concilii in *d. Sabinen.* §. *Rogatus circa finem pag.*75. Hinc est, quod eadem Sacra Congregatio in *Urbinaten.erectionis Canonicatus*,6.*Jun.*1750., cum proponeretur dubium: *An sit locus erectioni Canonicatus, Mansionariatus, & Clericatus ad formam testamenti Guidi Ubaldi Paccioti, & quæ dos respective sit assignanda, in casu &c.*; fuit ab Eminentissimis Patribus resolutum: *Affirmative, & dotem esse solvendam in pecunia numerata ad effectum investiendi in tot locis Montium Cum. non vacabilium libere juxta legem fundationis, & Archiepiscopum incumbere debere executioni*; ut in *tom.*19.*thes.resol.p.*36.

Potest hęc congrua dos pro nova Parochia etiam independenti, desumi ex redditibus ejusdem Ecclesię, a qua nova Parochia dis-
108 membratur: quemadmodum nobis exemplum suppeditat Episcopus Asculanus in *d. causa Asculana dismembrationis* 11. *April.*1739. ubi in decreto erectionis ita legitur: *Pro sustentatione vero, & onerum supportatione Rectoris Ecclesiæ Parochialis S.Benedicti Villarum Materæ, & Vallechiæ, & successorum, in perpetuum assignamus, & consignamus bona dictæ Ecclesiæ S. Benedicti, & cappellæ in ea fundatæ, & fructus illarum, & decimas cujuscumque generis in specie solvi solitas, in processu ut supra fabricato contentas, & confirmatas, respective expressas, ascendentes in totum ad scuta* 30. *circiter monetæ Romanæ, una cum oblationibus, eleemosynis, aliisque competentibus &c.* Et hoc in casu quando ex redditibus antiquę Ecclesię nova Ecclesia parochialis vel ędificatur, vel dotatur, Parochus antiquę Ecclesię adquiret juspatronatus, seu jus pręsentandi Rectorem, ad *tex. in cap.*3. *Ad audientiam de Eccl. ædific.*, *Amostaz. de caus. piis*, *cap.*4. *lib.*5. *num.*47., *Pignatell. Consul.*230. *num.*22., ac Sacra Congregatio Concilii *in Ferrarien. confirmationis concordiæ* 29.*Maii* 1745. §. *Probandus*, *thes.resol.pag.*50., quod etiam legitur in cit.decreto Episcopi Asculani in erectione novæ Parochiæ, in quo hæc habentur: *Reservamus jus nominandi, & præsentandi Rectorem, quoties pro tempore vacare contigerit, favore cujus, vel quorum de jure &c. pro ut etiam instituendi &c.*: quod decretum integrum extenditur in folio Sacræ Congregationis Concilii 11. *April.* 1739. *in dict. Asculana dismembrationis*.

Quod si Ecclesia matrix redditibus non abundet, ita ut Parochus

chus absque proventibus novæ Ecclesiæ assignatis, haud valeat honeste, ac competenter sustentari, erigi minime debet nova Paro- 109
chia, sive proprie, sive improprie filialis illa fuerit, ad *textum in dict. cap. Ad audientiam, cap. Bonæ rei caus.12. quæst.2. cap. Quicumque caus.16. quæst.1., cap.1. Ecclesiæ de decimis, Fagnan. in dict. cap. Ad audientiam*, in quo concordat Sacra Congregatio Concilii *in Lunen. Sarsanen. dismembrationis 3. Maii 1703., lib.53. decret. pag.73.*, relata in folio *Mileten. dismembrationis 15. Jan. 1756. §. In Lunen., thes. resol. pag.7.*, ibi: *In Lunen. Sarsanen. dismembrationis, posita fuit rescissio duarum Ecclesiarum parochialium, quæ per centum, & triginta annos conjunctæ fuerant: at non obstante, quod duobus milliaribus inter se distarent, quia Episcopus Sacræ Congregationi exposuit annuos redditus impares esse futuros congruæ sustentationi duorum Parochorum, die 3. Maii 1703. responsum fuit, locum non esse petitæ unionis dissolutioni*: Unde si Rector matricis Ecclesiæ 110
redditibus sibi subtractis egeret, illius ratio potior erit habenda, *arg. cap.1. de præb.*, cum aliis allegatis per *Hostien. in dict. cap. 3. Ad audientiam num. 3. verbo Obventiones, vers. Sed quid, ibique Butr. num.10.* Agris enim suis sitientibus, alieni non sunt irrigan- 111
di; *L. Præses cod. de servit.*, & ita concludunt *Glossa verbo Convenienter, Hostien. num.3., Butr. verbo Abundare, Ancharan. in 3. notab.*

Quæ cum ita sint, si novam Parochiam erigendi necessitas urgeat, officium erit Episcopi obligare Parochianos, quorum favore, & commodo nova Parochia erigitur, ad assignationem con- 112
gruæ dotis pro Parocho, juxta notata *a Lambertino de jurep. lib. 1. part.1. quæst.5. art.12. in fine, vers. Advertendum, Guttier. pract. quæst. lib.1. quæst.17. n.15., Ventrigl. in praxi part.2. annot.17. §.1. num.18.*, in quo conformis est resolutio Sacræ Congregationis Concilii in *dict. Derthonen. dismembrationis 14. & 24. Jan.1736.*, ubi approbata fuit erectio novæ independentis Parochiæ facta per Ordinarium Derthonensem cum hujusmodi onere, & obligatione in Parochianos translata. Nihil autem refert, an in decimis, vel alia 113
in re, dummodo certa, hujusmodi dos constituatur. Etenim quamquam alicubi soleant pro dote assignari decimæ: hujusmodi tamen 114
necessitas non est absoluta, sed tantum causativa, seu in defectum aliorum redditùum Ecclesiasticorum, *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst.28. n.49., Mandos. cons.31. n.9., Rota decis.448. n.2. part.2. rec.* ideoque si alii redditus assignentur, seu alias congrue dotetur 115
Ecclesia, nullo modo obligari possunt Parochiani ad decimas: quemadmodum pluribus in locis, inter quæ patria mea, nullus est decimarum usus. At quando decimæ assignantur, debent istæ 116
esse certæ, ac sufficientes, calculato redditu de anno fertili ad in-

fertilem, ut ponderat *Lambertin. ut sup. art.5. num.14. vers. Sed adverte*.

Quandoque contingit jam aliunde deberi decimas, & hoc in casu exploratissimi juris est non posse decimas dotis vices supplere:
117 ut in specie declaravit S.Congr.Concilii *in Fanen.executionis decretorum Sacræ Visitationis*, 20. *Septemb.* 1760. §. *Decretum*, *& ad* 4. *dubium*, *tom.* 29. *thesaur. resol. pag.* 186. Notandum insuper est, quod in assignanda congrua pro sustentatione novi Parochi, postquam Episcopus attente consideraverit temporum, locorum, ac personarum circumstantias, potest permittere, ordinareque, ut
118 in summa non minore quinquaginta, sed minore centum scutis annuis constituatur, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in dict. Derthonen. dismembrationis* 28. *Jan.* 1736. ubi approbata fuit assignatio congruæ pro novo Parocho facta ab Episcopo Derthonensi, seu ejus Vicario generali, in annuis libris 80. monetæ Genuæ, ut videre est in folio *dict. Derthonen.* 14. *Jan. ejusdem anni* §. *Postmodum*, ibi: *Insuper ad prædictum effectum taxandi, & assignandi dictas congruas, dicti homines teneantur, etiam in sequelam oblationis per ipsos factæ, constituere favore dicti futuri Rectoris, ejusque Successorum dictæ parochialis Ecclesiæ S. Annæ, annuum redditum librarum* 80. *monetæ Genuæ, vel pro eisdem assignare tot bona stabilia fructifera, capacia, & sufficientia ad constituendam verosimiliter dictum annuum redditum librarum* 80. ut in *thes. resol. pag.*158. *& seq.* Hinc proposito dubio, quod est tertium: *An, & respective in quibus redditibus sustineatur assignatio congruæ facta novo Rectori Villarum dismembratarum in casu &c. sub die* 28. *Jan. dict. anni* fuit resolutum; *Sustineri, excepto prædiolo in loco Paradii*, ut videre est *in pag.*160.

Immo, si ita utilitas, & necessitas suadeat, potest Episcopus hanc novæ Parochiæ erectionem ordinare, etsi congrua pro Parocho Ecclesiæ dismembratæ remaneat minor scutis annuis centum,
119 sed suæ sustentationi sufficiens: quemadmodum contigit in plenaria dismembratione Parochiæ Vaccaratæ, cujus Rectori fuit assignata eadem congrua, quæ novo Parocho Ecclesiæ S. Annæ Nenni inferioris, nimirum ascendens ad summam librarum 80. mon. Genuæ: hinc eo reclamante ad Sacrum Congregationis Concilii Tribunal, se fuisse læsum, quia congrua portio in scutis 100. monetæ Romanæ ei reddita non fuerit, ut legitur in folio *dict. Derthonen.* 14. *Jan.* §. *Verum*, *pag.* 158., *sub die* 30. *Jan. d. anni* ad dubium repropositum, fuerunt illius querelæ omnino expulsæ, & declarata valida hujusmodi assignatio.

Re enim vera, non poterat antiquus Parochus, hanc novæ Parochiæ erectionem impugnare, eo quod sibi annuus redditus scutorum

torum 100. annuorum non supereſſet, innixus fortaſſe auctoritate *Tridentini Concilii in ſeſſ. 24. de reform. cap. 13. verſ. Ad hæc*. 120
Quandoquidem Concilium Tridentinum præſcribit, ut Parochiales, quæ ſummam 100. ducatorum, ſecundum verum annuum valorem, non excedunt, nullis penſionibus, aut reſervationibus fructuum graventur; at minime præſcribit, ut congrua parochialis debeat figi, atque determinari in annuis ducatis centum, quod ne- 121
mo dixerit:adeoque nullum eſt dubium, quin in minori etiam ſumma juxta circumſtantiarum qualitatem, a prudenti Epiſcopo valeat aſſignari, ex citata reſolutione Sacræ Congregationis Concilii *in Derthonen. diſmembrationis*. Cujus rei illuſtrandæ gratia in medium adduci poteſt reſolutio ejuſdem Sacræ Congregationis in cauſa acriter agitata inter Capitulum Parochialis, & Collegiatæ Eccleſiæ Terræ Nojæ, & ejuſdem Capituli Archipresbyterum, *in Baren. congruæ & expenſarum*, 9. *Febr.* 1760. ubi propoſito dubio: *An reſidente cura habituali penes Capitulum Terræ Nojæ, Archipresbytero, apud quem exiſtit cura actualis, debeatur congrua, in qua ſumma, & in quibus redditibus, ſeu potius portio duplicata, in caſu &c.* reſponſum fuit: *Negative, & ſervetur ſolitum*: ut legere eſt in 122
*tom.*29. *theſ. reſol. pag.*30. Solitum autem in dicta Collegiata conſiſtebat, quod Archipresbyteris congrua minor ſcutis 100. perſolveretur.

Quam ob rem in taxanda congrua novo Parocho poteſt Epiſcopus habere præ oculis famigeratiſſimam Divi Pii V. *Conſtitutionem* 45. §.1. & 2., in *tom.*2. *ſui Bull.*, ubi ordinatur, ut con- 123
gruæ taxatio non ſit major 100., nec minor 50. ſcutis annuis: quod a Sacra Rota confirmatur cor. SS̃mo Domino Noſtro CLEM. XIII. *deciſ.*22. *num.*3. ibi: *Et optimo quidem jure, quia reducta quæſtione circa quantitatem congruæ, quæ regulariter non debet eſſe major* 100. *nec minor* 50. *annuis ſcutis juxta Conſtitutionem S. Pii V. inter ejus impreſſas in Bullar. novo Conſtit.* 45. §. 1. & 2. quemadmodum ab Archiepiſcopo Theleſino taxata fuerat in ſcuta quinquaginta Archipresbytero Parochialis S. Laurentii oppidi S. Laurentelli. Neque talis aſſignatio congruæ ab Epiſcopo, juxta Eccleſię ſtatum, prudenter facta, impugnari ſine juſtiſſima cauſa amplius poterit, 124
ad cap. fin. de decim. in 6., *Clem.* 1. *de jurep.*, *Tondut. quæſt. benefic. cap.*58. *num.*9. & 10., *ac Rota cor. laudato CLEMENT. XIII. dict. deciſ.* 22. *num.*4. & 5. ubi variæ Doctorum, & Rotæ afferuntur auctoritates. In congruam autem Parocho non ſunt imputanda illa 125
emolumenta,quæ ipſe eſt percepturus ratione aſſiſtentię divinis officiis, neque emolumenta ſtolæ, ſeu baptiſmatum, matrimoniorum, & ſimilium, quæ ſunt incerta: eo quod congrua ab incerto pende- 126
re nequeat, juxta tradita in folio Sacræ Congregationis Concilii in

dict.

dict. Baren. congruæ, *&* *expenſarum* 12. *Jan.* 1760. §. *Contendit*; juxtaque tradita *a Rota in Ferrarien. congruæ*, 28. *Martii* 1735. §. *fin. cor. Card. Creſcentio*, ſeu *deciſ.* 321. *a num.* 14., & in *Lucana penſionis* 26. *Febr.* 1755. §. *Objectum cor. Vicecom.*, *&* *in Montis Alti*, *ſuper ſolutione mercedis* 14. *Martii ejuſd. anni* 1755. §. *Quæ vero*, *cor. Card. Millino*.

Dum Epiſcopus antiquam Parochiam diſmembrat, novamque independenter erigit, etſi ex redditibus antiquæ Eccleſiæ nova Eccleſia non ædificetur, vel dotetur, cavere debet ne illam ita exuat, ut nullum ſaltem honoris, & diſtinctionis præeminentialis veſti-
127 gium, & ſignum illi reſervetur: quandoquidem ſi Parochus reclamaverit, audiri omnino debet: quemadmodum auditus fuit Parochus Vaccaratæ, favore cujus Epiſcopus ne minimum quidem honorifici juris reſervaverat. Hinc propoſito dubio Sacræ Congregationi Concilii in *dict. Derthonen. diſmembrationis* 14., *&* 28. *Jan.* 1736. *An*, *&* *quæ jura præeminentialia ſpectent*, *&* *reſpective ſint reſervanda Eccleſiæ parochiali*, *&* *Rectori Vaccaratæ*, *in caſu &c.*
128 reſponſum fuit: *In caſu de quo agitur*, *præſtandam eſſe quolibet anno libram unam ceræ albæ*: ut in *theſ. reſol. pag.* 9.

Erat enimvero hujuſmodi reſolutio valde conformis Sacrorum Canonum diſciplinæ, ubi ſtatuitur reſervandum eſſe antiquæ
129 Eccleſiæ aliquem honorem pro facultate loci, ut *in textu cap.* 3. *Ad audientiam de eccl. ædific.*, *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 28.
130 *num.* 51., ac conſequenter annua penſitatio ab Epiſcopo moderanda relinqui debeat neceſſum eſt, ut inquit *gloſſa in dict. cap. Ad audientiam, verbo Honor, ibique Abbas ſub n.* 16. *verſ. Et pro, ac Lotter. loco cit. num.* 52. Si vero Epiſcopus judicaverit hanc penſitationem non eſſe aſſignandam, poterit alio modo antiqui Parochi damnum per aliquod honorifici juris ſignum compenſare, v. g. ſtatuendo, ut in ſignum ſubjectionis poſſit Parochus antiquus in die feſto titu-
131 laris Eccleſiæ ſingulis annis in nova parochiali Eccleſia Miſſarum ſolemnia peragere: quemadmodum Epiſcopus Aſculanus prudenter ordinavit, dum novam Parochiam erexit: ut videre eſt in folio Sacræ Congregationis Concilii *in dict. Aſculana diſmembrationis* 11. *April.* 1739. ubi in fine decreti hæc habentur: *Ut eidem Eccleſiæ matrici debitus honor ſervetur*, *volumus*, *&* *mandamus*, *quod ſingulis annis die feſti S. Benedicti*, 21. *Martii*, *poſſit*, *&* *debeat in dict. nova Eccleſia miſſam canere R. D. Plebanus Eccleſiæ S. Mariæ de Plano Quintodecimi*.

Cæterum ſi nullus præeminentiæ, & prælationis titulus fuerit ab Ordinario decretus favore antiquæ Eccleſiæ, nihilo tamen ſe-
132 cius, quod hominis miniſterio non perficitur, juris, legiſque communis diſpoſitione, auctoritateque ſupplebitur. Nam, non ob-
ſtan-

ſtante plenaria diſmembratione,& conſequenter novæ Parochiæ independentis, & liberæ erectione, reſervantur antiquæ Eccleſiæ ipſo jure qualitas, & prærogativa impropriæ matricitatis, & di- 133
gnioritatis, & præeminentiæ circa novam Eccleſiam, ejuſque Parochum exercendę, retinendęque, de qua *Pignatell. conſult. canon.* 109. *num*.3., *Card. de Luca de Paroch. diſc*.27. *num*.10., *Pauimoll. deciſ.* 5. *annot*. 1. *num*. 13., *Rota cor. Card. Creſcentio deciſ.* 257. *num*.21., *& cor. CLEM. XIII. deciſ.* 175. *num*. 11. quod melius ſuo loco videbitur.

Diutius, quam ab initio promiſeram, non tamen, ut ſpero, infructuoſe, & perperam, ſum immoratus circa congruæ dotis aſſignationem, in novę Parochię conſtitutione neceſſarię demandandandam executioni: reliquum nunc eſt, ut nonnulla proponamus circa nonum requiſitum, videlicet circa aptam, opportunamque ab Epiſcopo peragendam pro Parochianorum cadaveribus tumu- 134
landis Cœmeterii determinationem, ad textum *in cap. pen. & ult. de conſecr. eccleſ.*, *Barb. de jure eccleſ. univ. lib*. 2. *cap*. 2. *num*. 7. *ac reliqui Doctores communiter*. Eccleſia enim, ſtatim ac in Paro- 135
chialem vere, ſeu independenter erigitur, cum ex demonſtratis territorium, & populum habeat, debet per conſequens & Cœmeterium habere: per adducta *a Rota cor. Molines deciſ*.621. *num*.24.

Neque dicas, quod jus cœmeterii, & ſepulturæ non ſit univo- 136
cum Parochialitatis argumentum, & conſtitutivum, ut notat Rota *deciſ*.228. *num*.7. *part*.3. *rec.*, *& cor. Calcagnino in Sabinen. jurium parochialium*, 8. *Maii* 1733. §. *Tumulatio*. Hoc enim veriſſimum, quemadmodum & nos declarabimus in *titulo de Parochialitate*: quia Eccleſię non parochiales habent quoque jus ſepulturę, & cœ- 137
meterii, ex privilegio, vel ex legitime inducta prężcriptione, *cap*. 1. *Fraternitatem, de ſepult.*, *Clem. Quia contingit* §. *finali de relig. domib.*, *ibique gloſſa verbo Parochiales*, *Corrad. in praxi lib*.3. *cap*.1. *num*.6. *&* 7. *Jul. Lavor. variar. lucubr. tit*.2. *cap*.8. *num*.4., *Rota deciſ*.228. *num*.7. *part*.2., *& deciſ*.348. *num*.17. *part*.11. *rec.*, *deciſ*.621. *num*.26. *cor. Molines*: ac alibi paſſim. Sed audebit nemo inferre non eſſe ab Epiſcopo in erigenda vera Parochia cœmeterium deſignandum: cum exploratiſſimum ſit ad ſolam parochia- 138
lem Eccleſiam de jure cœmeterium pertinere: *Barb. de jure eccl. univ. lib*.1. *cap*.9. *num*.16., *ac Rota dict. deciſ*.348. *num*.16. Et ſoli Parocho jus ſepeliendi ex juris diſpoſitione competere; *Gloſſ. in* 139
Clem. Dudum de ſepult. verbo Sepultura, *in cap*.1. *eod. tit.*, *Abb. in cap. Fraternitatem verſ. Sed ego*, *& Fagnan. num*.4. *&* 6. *dict. tit.*, *Franc. de Eccleſ. cathed. cap*.17. *num*.7., *Amoſtaz. de cauſis piis lib*.2. *cap*.2. *a num*.15., *Rota dict. deciſ*.621. *num*.25. 47. 48., *& dec*.706. *num*.11. *cor. Molines*. Idque confirmat exemplum dict. Epiſcopi

Aſcu-

Afculani, qui in fuo decreto 25. *Martii* 1730. inter alia hæc habet. *Dantes, & concedentes incolis, & habitatoribus dictarum Villarum, plenam, & integram poteſtatem in dict. Eccleſia noviter fundata, Fontem baptiſmalem, Cœmeterium, & alia inſignia Parochialitatis conſtituendi, & retinendi pro exercitio veræ curæ &c.* ut videre eſt in dicto folio *Aſculana diſmembrationis* 11. *April.*1739.*pag.*11.

140 In horum requiſitorum cenſum non eſt collocanda domus parochialis conſtructio: juxta doctrinam Rotę *cor. Criſpo deciſ.*277. *ſub num.*14. *& ſeqq.*, ubi demonſtrat defectum parochialis domus nil influere in Parochiæ qualitatem, cum ſine illa valeat Parochia & erigi, & conſiſtere. Fateor quidem decentius fore, atque utilius,
141 ſi parochialis Eccleſia pro illius Rectore inſtructa exiſtat congrua, commodaque habitatione; quod optime ſentiit Summus Pontifex *Alexander VII.* qui pro Vicarii Curati Lateranenſis Baſilicę habita-
142 tione domum eidem Baſilicæ contiguam, in ampliorem formam redactam, perpetuo deſtinavit: quemadmodum legitur in ſequenti lapideo monumento dictę domus parieti ad ęternam rei geſtę memoriam affixo

DOMUS

PRO HABITATIONE VICARII

CURAM ANIMARUM HABENTIS

JUSSU, ET MUNIFICENTIA SIMUL

A L E X A N D R I VII.

DESTINATA, AMPLIATAQUE.

Si tamen hæc omnia intra decentiæ,& utilitatis limites non includantur, ſed ad juris trutinam, & rigorem redigantur, liquido apparebit, parochialem Eccleſiam erigi,& conſtitui poſſe, abſque eo quod
143 domus parochialis pro Parochi habitatione ædificetur: cum ſola experientia edoceat numero plurimas inveniri Parochias propria habitatione deſtitutas: quemadmodum Rota in citato loco obſervat, ibi: *Adhuc inferri non poteſt, quod ad ipſius parochialis eſſentiam propria domus pro Parocho adeſſe teneatur, ſine qua Eccleſia pro parochiali dijudicari vere non debeat, neque ad reſidendum obſtringat: dum ſæpiſſime parochiales habitatione deſtitutæ inveniuntur.*

Etenim quotieſcumque Parochialis Eccleſia annexum non habet pro Parochi habitatione ædificium, permittitur Parocho, ut ad illius libitum in aliqua domo, dummodo congrua, & commoda,
144 valeat habitare: quemadmodum Rota declaravit *in Senogallien. Paro-*

Parochialium, 14. *Jun.* 1737. §. *Hactenus*, *cor. Harrach.* Si vero contingat Parochum habere paternam domum sitam extra Parochiam, nequit hanc Parochus habitare: ut Sacra Congregatio Concilii resolvit in *Pontis Curvi residentiæ* 10. *Decemb.* 1755. *ad dubium propositum*: *An Abbati Curato Lucernari liceat habitare in domo paterna sita in regione Civita*, *in casu &c.*; ubi responsum fuit: *Negative*; & repropofito dubio, 7. *Febr.* 1756. fuit resolutum standum esse in decisis: ut videre est *tom.*24. *thesaur. resol. pag.*114. *&* 115., *&* *tom.*25. *pag.*14. 145

Immo si Parochus paternam habeat, vel non paternam domum intra Parochiæ districtum, habeatque Parochia propriam domum, tenetur in ista Ecclesiæ propiore habitare, non obstante licentia Episcopi: juxta declarationem Sacræ Congregationis Concilii *in Tarraconen.* 24. *Martii* 1736. *ad* 1. *dub.*, *thesaur. resol. pag.*89. *&* *Rota in Senogallien. parochialium* §. *Præterea*, contra Parochum, qui ab Episcopo antecessore obtinuerat licentiam habitandi intra limites Parochiæ, non vero in æde parochiali. Sed hac de re plenissime in *Tomo sexto*, ubi de Parochorum residentia erit disserendum. 146

Quod si Parochiani sese obligaverint ad providendum Parochum, vel Vicarium si sit filialis Ecclesia, congrua habitatione, & hæc obligatio ab Episcopo fuerit acceptata, dari amplius nequit pœnitentiæ locus, seu ab hac promissione recedere amplius nequibunt Parochiani, quia in causam piam, justaque de causa, hæc obligatio emissa a Parochianis fuit, & ab Episcopo acceptata: ac consequenter erit promissio omnino obligatoria, ad textum *in cap. Quia Sacerdotes caus.*13., *cap. Sanctorum caus.*14., *cap. Moderamine caus.*16. *quæst.*1., *Marian. Soccin. tract. de oblig. lib.*1., *Tondut. qu. canon.* 63. *per tot. lib.*1., *Rota in Gerunden. divisionis Parochiæ*, *super consignatione* 21. *Jun.* 1756. §. *Sed in hoc in fine*, *cor. Paracciano.* 147 148

Hæc autem domus parochialis, seu ad Parochiæ dominium pertinens, debet esse libera a quocumque servitutis, ac tributi, vel pensionis onere: prout optime declaravit Sacræ Rotæ Tribunal, *dec.*25. *n.*12. *part.*8. *rec.* Hoc tamen exemptionis privilegium non solum intra domum parochialem, seu ædificium est coercendum, sed extendi insuper debet ad illius adjacentia, cujusmodi sunt area hortus, & similia, quæ ut domus accessoria, vel unum efformantia considerantur: sunt enim omnia in patrimonium Christi, seu Ecclesiæ adscita, ac consequenter libera, *ad glossam in cap. Secundum canonicam caus.*23. *quæst.*8., *Gonzal. ad cap.*1. *de censibus*, *Card. Turrecrem. in can. Si in tributum caus.*11. *quæst.*1., & alii apud *Card. Petram ad Constit.* 2. *Paschal. II. sect.*2. *num.*25. *&* *seq. tom.*4., *ac Rota decis.*339. *num.*40. *part.*6. *recent.* 149 150 151

 Hæc 152

Hæc omnia locum sibi non vindicant in illa domo, quę parochialis non est, tametsi a Parocho vel paterna, vel conducta habitetur: immo, nec ullo quidem immunitatis privilegio frui potest
153 hujusmodi domus a Parocho habitata, juxta resolutionem Sacræ Congregationis immunitatis in *Prænestina* 1. *April.* 1704. *coram Scotto*; quod ab eadem Sacra Congregatione declaratum jam fuerat *in Theatina*, 31. *Jul.* 1674., *lib.*1. *decret.*, relata a *Fattolilli*, *Pract. immunit. part.*5. *tract.*5. *sect.*1. *n.*11. in quo etiam consonant varia inter Summos Pontifices, atque supremos Principes inita Con-
154 cordata, ac præsertim inter SS.D.N. Summum Pontificem *Benedictum XIV.*, & augustissimum, atque invictissimum *Carolum Emanuelem III.*, Sardiniæ Regem, ac Sabaudiæ Ducem, ut videre est in *Concordato*, *seu Instruzione di nostro Signore Benedetto XIV.*, *dipendentemente dal Concordato della S. M. di Benedetto XIII.*, *per l' immunità*, *ed esercizio della giurisdizione ecclesiastica*: *edit. Taurin.*, §.10.
155 tum inter eundem SS. *Benedictum XIV.*, atque gloriosissimum Hispaniæ Infantem *Carolum*, duarum Siciliarum, nunc Hispaniarum Regem, *cap.*2. *art.*33. ut videre est in notis ad idem Concordatum *Archiepiscopi Jo. Andreæ Triæ*, *edit. Colonien.* 1743.

Cæterum si domus parochialis non sit Ecclesiæ contigua immediatam habens cum eadem interiorem communicationem, non
156 poterit etsi a Parocho habitetur immunitate frui: ut liquet ex dd. Concordatis in locis relatis: Neque etiam gaudere poterit, si hæc habeat requisita, sed ab aliis habitetur, qui non sint actualiter de-
157 stinati ad Ecclesiæ curam, & regimen: ut legere est *in dicto* §.10. *&* *cap.*2. *art.*33. ibi: *Le case*, *in cui abitano i Sacerdoti*, *o altri Ecclesiastici*, *abbenchè abbiano l' ingresso nella Chiesa*, *eccettuatene però le case*, *ove abitano Parochi*, *ed altri Ecclesiastici alla cura*, *e custodia della Chiesa*, *purchè bensì tali case si abitino da essi stessi*, *e non da altri*: *le quali avendo l' immediata communicazione interiore colla stessa Chiesa godranno del sacro asilo*, *non ostante*, *che abbino la porta coll' uscita in istrada pubblica*.

Dura nonnullis hæc, & cætera omnia videbuntur, mihi tamen præsentes temporum circumstantias attente consideranti, ita prudenter concepta adparent, ut, ad hominum malitiam coercendam, ad bonum publicum sartum, tectumque servandum, & ad rem christianam amplificandam nil aptius, nihilque conducibilius va-
158 leat excogitari. Quandiu enim neutra Potestatum in alienos limites insiliet, mutua concordia res christiana amplificabitur: sunt verba *Marchæ de Concordatis lib.*2. *cap.*1. *num.*4., quibus utitur *Archiepiscopus Tria in citatis notis ad Concordatum*, quod supra retulimus, ut videre est *in fronte dicti operis*, *edit. Colon.* 1743. Adeo enim hominum malitia excrevit, adeo Sacrorum Canonum per mali-

malignos homines abusus irrepserunt, in materia tum personalis, tum localis immunitatis, ut necessarium omnino fuerit hanc cer- 159
tos intra limites cohibere: quemadmodum expressum legitur in citatis Concordatis, ubi *in* §. 9. *dictæ Instructionis* hæc aurea habentur verba: *Essendo pur troppo cresciuta la malizia degli uomini, e desumendo i cattivi contro l' espressa intenzione de' Sacri Canoni, e delle Constituzioni Apostoliche, facilità di commettere delitti pel pronto confugio alle Chiese, ed a' luoghi immuni, non godranno per l' avvenire del benefizio dell' asilo tutti i seguenti &c.*

TITULUS IV.

De erectione Vicariarum parochialium, seu curatarum.

SUMMARIUM.

1 *IN Parochiis, quæ sunt unitæ Capitulis, Collegiis, Monasteriis, Locis piis, & similibus, erigi debent Vicariæ, ne cultus divinus, & animarum cura tepescere, vilescere, debitisque obsequiis fortasse valeat fraudari.*

2 *Vicariæ parochiales, & curatæ quandoque Coadjutoriæ, & Vicarii, seu Sacerdotes illarum regimini addicti, Coadjutores solent appellari.*

3 *Nomina Coadjutoriæ, & Vicariæ, sunt valde ambigua, & æquivoca, cum varias habere possint significationes, variisque in casibus verificari.*

Adeoque debent semper intelligi in casu, de quo agitur, & in saniori sensu. Ibidem.

4 *Verba sunt accipienda in sua propria significatione.*

5 *Coadjutoriæ simpliciter prolatæ communiter intelliguntur illæ, quæ locum habent in beneficiis residentialibus, præsertim in Cathedralibus, & Collegiatis.*

Et istæ sunt duplicis generis. Ibidem.

6 *Aliæ sunt temporales sine ulla spe futuræ successionis,*

7 *Coadjutor temporalis intelligitur potius datus personæ, quam Ecclesiæ;*

8 *Quando Coadjutoria est temporalis, & simplex, Coadjutor nullum jus adquirit in beneficio, ita ut mortuo Coadjuto beneficium vacet ipso jure.*

9 *Aliæ sunt Coadjutoriæ perpetuæ cum futura successione, ita ut mortuo Coadjuto Coadjutor plene consequatur jus in rem, idest in beneficium.*

10 *Coadjutoriæ perpetuæ cum futura successione a Sacris Canonibus, & a Tridentino Concilio improbantur, eo quod hæreditariæ successionis imaginem præseferant, & votum captandæ mortis aliquo modo contineant.*

11 *Limita, quando ex gratia, & favore speciali per Summum Pontificem conferuntur, utilitate Ecclesiæ ita suadente, & Coadjuti consensu concurrente, atque præmisso.*

12 *Coadjutoriæ perpetuæ cum futura successione permittuntur quoque a S. Se-*

M 2

S. Sede, ubi in Cathedralibus, vel Collegialibus Ecclesiis animarum cura ab Archipresbytero, aliove Canonico exercetur.

13 *In Ecclesiis Episcopalibus permittuntur quoque Coadjutoriæ a Tridentino Concilio, si justa causa intercedat a Summo Pontifice approbata.*

14 *Ex indulto Sed. Apostolicæ frequenter in Germania constituuntur Coadjutores perpetui Episcopis, vel Archiepiscopis impeditis, vel ob ætatem incapacibus.*

15 *Vicariæ nomine simpliciter prolato, ea tantum intelligitur, quæ parochialem, vel curatam Ecclesiam respicit.*

16 *Vicariæ parochiales, vel curatæ sunt duplicis generis, videlicet vel temporales, seu amovibiles, vel perpetuæ.*

17 *Vicariæ temporales illæ dantur ad certum tempus, vel ad certam causam, ita ut elapso tempore, vel cessante causa, ob quam Vicaria fuit permissa, statim illius qualitas evanescat.*

18 *Parocho, seu Curato, si conceditur ut studendi ergo a Parochia, & cura abesse queat, ei Vicarius ob hujusmodi absentiam deputatur.*

19 *Si ob illiteraturam, vel imperitiam parochiale munus regere nequeat, datur illi, si honestæ sit vitæ, Coadjutor pro tempore, donec doctus, vel peritus fiat.*

20 *Si Parochus adhuc minor fuerit, deputatur interim Vicarius, donec ad legitimam ætatem pervenerit.*

21 *Vacante parochiali Ecclesia, Vicarius ab Episcopo deputatur donec Parochia suo provideatur Rectore.*

22 *Sacri Canones, & Summi Pontifices præscribentes erectiones Vicariarum non loquuntur de hisce temporalibus Vicariis.*

23 *Aliæ sunt Vicariæ temporales, seu amovibiles, quæ ad tempus, vel ad certam causam non dantur, sed tamen perpetuum non habent exercitium, eo quod illarum Rectores a nutu, & arbitrio alieno pendeant, & possint ab officio removeri.*

24 *Vicarii curati amovibiles dici nequeunt perpetui, & beneficiati. Vicarii enim perpetui dici nequeunt illi, quibus prohibetur curæ exercitium in titulum.* Ibidem.

25 *Vicariæ amovibiles sub nomine beneficii Ecclesiastici venire nequeunt.*

26 *Ubi Parochiæ non sunt distinctæ potest animarum cura exerceri etiam per Beneficiatos ab Episcopo deputatos: quemadmodum in Hispania ut plurimum contingit.*

27 *Tales Beneficiati sunt meri Ministri, & Coadjutores Episcopi in animarum curæ exercitio & considerantur ut Parochi, seu Vicarii amovibiles.*

28 *Amplia quamvis omnium jurium parochialium ex Episcopi liberalitate, & recognitione ob servitium ecclesiasticum recipiant.*

29 *Si Episcopus Vicarios Curatos amovibiles, ubi Parochiæ non sunt distinctæ, deputaverit:* Cum omnibus juribus, & obventionibus, quæ ratione servitii, & officii ad eos spectare & habere debent: *per viam communicationis emolumentorum parochialium simul cum delegatione Pastoralis sollicitudinis debet eadem ratio, idemque favor pro his militare, qui Episcopo assistit.*

30 *Et sic debent obtinere manutentionem in quasi possessione juris lucrandi ea omnia, ad quæ fuerunt ab Episcopo universali Parocho admissi.*

31 *Vicariæ curatæ amovibiles nullisque affectæ reservationibus Apostolicis dici quoque possunt illæ, quæ Ordinibus regularibus plenarie adhærent.*

32 *Vicarius Curatus in Parochiis regularibus a nutu, & deputatione pendet Superioris, prævia semper Ordinarii approbatione.*

33 *Vicariæ curatæ amovibiles Collegiis regularibus affixæ, dici nequeunt beneficia regularia.*

34 *Beneficia regularia dicuntur illa, quæ ad electionem Capituli cum Superio-*

perioris confirmatione conferuntur.

35 *Prioratus Ordinis S. Augustini, & Dominici &c. non sunt beneficia regularia, sed officia, & dignitates regulares temporales ad nutum Superioris amovibiles.*

36 *Vicariæ perpetuæ dicuntur illæ, quæ ad nutum constituentis non pendent, sed in titulum dantur, & ecclesiastici beneficii nomen, naturamque assumunt.*

37 *Ad illarum titulum potest quis legitime ordinari.*

38 *Vicarius perpetuus, quocumque nomine designetur, dici debet, & considerari ut perpetuus Beneficiatus.*

39 *Mortuo Parocho principali non potest removeri Vicarius curatus, quando est perpetuus.*

40 *Vicariæ perpetuæ possunt duplici sub adspectu considerari, duplicique sub differentia.*

41 *Aliæ sunt Vicariæ perpetuæ quoad curæ exercitium, quin tamen assumant statum collativum.*

42 *Aliæ sunt perpetuæ quoad curæ animarum exercitium, & quoad statum collativum.*

43 *Illæ Vicariæ perpetuæ, aliæ sunt dependentes, quæ videlicet nudum habent actualis curæ exercitium: aliæ vero independentes, quæ videlicet utramque retinent curam actualem, & habitualem.*

44 *Tota animarum cura potest in Vicarium curatum perpetuum transferri, & sic ab eo ad exitum libere perduci, dummodo fuerit legitime translata.*

45 *Vicariæ perpetuæ non subjacent reservationibus generalibus; possunt tamen subjacere reservationibus specialibus, & affectionibus, quibus Papa potest providere sine ulla Capituli, vel Rectoris habitualis nominatione.*

46 *Ut appareat, utrum Vicaria potius amovibilis sit, quam perpetua, vel e contrario, attente consideranda est qualitas Ecclesiæ, in qua Vicaria erigi debet.*

Si enim parochialis Ecclesia sit plenarie, & perpetuo unita Capitulo, Collegio, Monasterio, Loco pio, & similibus, generaliter loquendo perpetua erigi potest Vicaria. Ibidem.

47 *Quando ad tempus, vel æque principaliter est unita parochialis Ecclesia, retinet titulum, nomen, & jura, seu in suo parochialitatis statu adhuc perseverat.*

48 *Adeoque non potest fieri locus Vicariæ perpetuæ, sed tantum amovibili.*

49 *Utrum Vicaria perpetua in parochialibus Ecclesiis unitis erigi semper debeat, non potest certa regula afferri.*

50 *Episcopi ex Tridentino Concilio* in sess. 7. cap. 7. de reform., *debent sollicite providere*, ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos, nisi ipsis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur ... animarum cura laudabiliter exerceatur.

51 *Hæc Tridentini Concilii verba ita a Doctoribus explicantur, ut appositio perpetui, vel temporalis Vicarii pendeat ab Ordinariorum arbitrio ex circumstantiis regulando.*

52 *Ex Constitut. S. Pii V.* Ad exequendum *de perpetuorum Vicariarum erectione aliquid nequit concludi.*

53 *Statuit enim, ac determinat quontitatem reddituum assignandorum Vicariis perpetuis, sed non infertur, quod exigentibus circumstantiis Vicarii etiam temporales deputari nequeant, ac consequenter amovibiles erigi Vicariæ.*

54 *Ex Constitutione* D. Pii V. 139. *in parochialibus Ecclesiis, quæ unitæ reperiuntur plenorie, & perpetuo Romanæ Urbis Capitulis, debent erigi, & constitui Vicariæ perpetuæ.*

55 *Utilius est servitium Ecclesiæ in hisce Parochiis præstari a Vicariis perpetuis quam a temporalibus, & amovibilibus.*

56 *Pius V. varias erexit Vicarias perpetuas, inter quas illa recensetur,*

quam

quam in Basilica Vaticana instituit ab uno Saeculari Presbytero in ea administrandam.

Cura habitualis remanet penes Capitulum Vaticanum, & cura animarum actualis penes Vicarium ejusdem Basilicae perpetuum. Ibidem.

57 *Benedictus* XIII. *varias erexit perpetuas Vicarias, inter quas enumeratur illa, quam affixit Collegiatae Ecclesiae S. Angeli in Foro Piscium, cui univit parochialem Ecclesiam Divi Gregorii ad Pontem quatuor Capitum, ob redditum modicitatem ab ipso suppressam, extinctamque.*

58 *Ecclesiam Divi Gregorii parochialitate exutam, atque suppressam, illiusque Sacristiam concessit idem* Benedictus XIII. *Societati, seu Congregationi Operariorum Divinae Pietatis nuncupatae de Urbe.*

59 *Longe utilius est, ut in Cathedralibus, vel Collegialibus Ecclesiis ab uno Presbytero saeculari, & Vicario perpetuo animarum cura exerceatur, quam ab uno ex Canonicis ad tempus destinato.*

60 *In Basilica Vaticana antea quam erigeretur a Pio V. Vicaria perpetua, animarum cura exercebatur ab uno ex Canonicis cum aliquot Presbyterorum auxilio.*

61 *Variae referuntur resolutiones Sacrae Congregationis Concilii, quibus cautum legitur expediens esse, ut in Capitulis, vel Collegiis, ubi animarum cura non est affixa Praepositurae, vel alteri Dignitati, Episcopus erigat Vicariam perpetuam.*

62 *Multo magis expediens erit erectio Vicariae perpetuae in Cathedralibus, vel Collegiatis, si animarum cura promiscue exerceatur, vel sit penes singulos Canonicos.*

63 *Dum Episcopi occasione visitationis Sacrorum Liminum exponunt Sacrae Congregationi Concilii, animarum curam dicto modo exerceri, enixe illis praecipitur, ut Vicaria perpetua erigatur.*

64 *Attento praesertim Tridentino Concilio potest Episcopus perpetuas erigere Vicarias, seu Vicarios deputare perpetuos etiam saeculares in Ecclesiis parochialibus unitis Ordinibus religiosis.*

65 *In parochialibus Regularium Mendicantium, & Monachorum non potest Episcopus ex Constitutione Piana* Ad exequendum *erigere Vicarias perpetuas, sed tantum amovibiles ad nutum Superiorum.*

66 *Constitutio Piana fuit a Gregorio* XIII. *in sua Constitutione* 9. In tanta, *revocata, & correcta, in hoc, quod loco quatuor Religiosorum, qui ad tramites dictae Bullae Pianae, debebant cum Vicario Regulari curato habitare, unus tantum Religiosus cum eo habitare possit.*

Adeoque excepta hac modificatione, in reliquis non fuit revocata, sed potius revalidata Piana Constitutio a Gregorio XIII. Ibidem.

Resolutio Sacrae Congregationis Concilii in Spiren. parochialis 18. Jul. 1761. *explicatur.* Ibidem.

67 *In parochialibus Ecclesiis non unitis Monasteriis Mendicantium, vel Monachorum potest Episcopus perpetuas erigere Vicarias.*

68 *Privilegia Apostolica ita semper intelligenda sunt, ut Ordinarii jurisdictio quominus fieri potest diminuatur.*

69 *Limita si privilegia fuerint Pianae Constitutionis tempora subsequuta, vel parochialis Ecclesia plenarie, & perpetuo unita concludenter edoceatur.*

70 *Parochiae ad Ordines militares pertinentes sub Tridentini Concilii sanctione, & Piana Constitutione haudquaquam continentur.*

71 *Ubi Tridentini Patres Ordines militares comprehendere quoque voluerunt, de illis expressam habuerunt mentionem.*

72 *Quando parochiales Ecclesiae ad Capitula, Collegia, Loca pia, & similia pertinent non per viam unio-*

unionis, sed primaeva institutione, vel alia ex causa, Vicariae perpetuae erigi non debent.

73 *Beneficia parochialia, & curata in simplicia converti nequeunt, etiam adsignata Vicario perpetuo congrua portione.*

74 *Hoc autem aliquando sequeretur per erectionem Vicariae perpetuae, dum in Vicarium tota animarum cura quoad illius saltem exercitium translata diceretur.*

75 *In parochiali Ecclesia habente suum Rectorem, sed inhabilem ad subeunda onera ob populi multitudinem, vel alia de causa, erigi nequit Vicaria perpetua, sed amovibilis.*

76 *Vicarius perpetuus dari nequit in illa Ecclesia, quae suum habet Parochum.*

77 *Episcopus devenire nequit ad Vicariae perpetuae erectionem, nisi utilitas, & necessitas, & aequitas id suadeant.*

78 *Potest Episcopus devenire ad erectionem Vicariae perpetuae in Ecclesia filiali, non autem in matrice habente suum Parochum.*

79 *Ratione distantiae, vel alia ex causa debet Episcopus Vicariam erigere pro commodo, & necessitate populi.*

80 *Parochus obligari ab Episcopo potest ad retinendum Vicarium, cujus opera sit magis in loco profutura.*

81 *Quando territorium est valde diffusum, & justa incest causa, non solum una, sed plures erigi possunt curatae Vicariae.*

82 *Utrum perpetuae, vel amovibiles erigi debeant Vicariae in Parochiis filialibus, definiri non potest: sed id pendet ab Episcopi arbitrio, & prudentia, ex circumstantiarum qualitate regulandis.*

83 *Si fundatores Vicariam potius amovibilem voluerint, quam perpetuam, istorum voluntas religiose debet custodiri.*

84 *Vicarias amovibiles canonica etiam jura permittunt.*

85 *Fundatores in limine fundationis apponere possunt quascumque licitas, & honestas, sibi bene visas, etiam juri communi contrarias conditiones.*

86 *Laici patroni vel ex lege fundationis, vel ex immemorabili possunt Vicarium amovibilem ad curam animarum deputare, & amovere.*

87 *Quandoque Episcopus potest ad liberam sui collationem reservare Vicariam perpetuam, ab ipso erectam.*

88 *Id fuit a S. Congregatione Concilii approbatum, dummodo in provisionibus servaretur forma concursus.*

89 *In erigenda Vicaria vel perpetua, vel amovibili potest prudens Episcopus destinare ad hunc finem aliquam Ecclesiam jam sitam in ambitu Parochiae.*

90 *Debet assignari congrua dos pro honesta Vicarii sustentatione.*

91 *Congrua pro Vicario curato ex Tridentino Concilio* in sess. 7. de ref. cap. 7. *debet assignari in tertia parte fructuum, vel majori, aut minori, ad arbitrium Ordinariorum.*

92 *Sed ex Constitutione Piana* Ad exequendum, *taxari debet in summa non majori* 100., *nec minori* 50. *scutis annuis.*

93 *In assignanda congrua Vicario curato non Tridentinum Concilium, sed Piana Bulla attendi debet.*

94 *Attentis circumstantiis potest assignari congrua, quae excedat summam scutorum centum.*

95 *Debet Episcopus in assignanda hujusmodi congrua considerare qualitates & circumstantias loci, Ecclesiae, personarum, quantitatem fructuum, onerum, & similia.*

96 *Potest congrua taxari in summa minori* 50. *scutis annuis.*

97 *Praesertim si vigeat consuetudo, ut in minori summa taxetur.*

98 *Contrarium, quod taxari valeat in summa minori scutis* 50. *annuis: cum id repugnet menti* S. Pii V., & Benedicti XIV.

99 *Remoto discrimine inter Vicariam constitutam, & constituendam, congrua Vicario curato vel assignata,*

ta, vel assignanda non potest esse minor scutis annuis 50., ita ut si quid deficiat, omnino requiratur supplementum.

Contrarium quoque quod attendi debeat consuetudo inducens, ut in summa minori scutis 50. constituatur. Ibidem.

100 *In congrua pro Vicario curato non debent computari emolumenta stolæ.*

101 *Congrua enim non debet ab incerto pendere.*

102 *Debent in congrua calculari emolumenta, quæ certa sint, vel aliquam habere possint moralem certitudinem.*

103 *Ex Constitutione Piana debent in congrua pro Vicario curato computari etiam emolumenta incerta, & aliæ obventiones communiter percipi solitæ.*

104 *Emolumenta alia sunt incerta in sola quantitate, alia e contrario in quantitate, & substantia.*

105 *Pius V. loquitur de emolumentis incertis in sola quantitate, non de incertis in quantitate, & substantia.*

106 *Emolumenta incerta ratione quantitatis, & substantiæ dici possunt, quæ proficiscuntur ex eleemosynis Altaris, funerum, Sacramentorum, & similium.*

107 *Emolumenta incerta quoad quantitatem, sed habentia aliquam certitudinem ratione substantiæ, dici possunt, v. g. decimæ frumenti, vini, olei, & similium.*

108 *Piana Constitutio de Vicariis perpetuis tantum loquitur circa quantitatem taxæ pro illarum congrua.*

109 *Hæc tamen Constitutio extendi quoque debet ad Vicarios amovibiles.*

110 *Eadem ratio exigens assignanda idonea vitæ subsidia animarum curam exercenti, por, atque eadem est circa Vicarios utriusque generis.*

Ubi militat eadem ratio, eadem juris dispositio debet militare. Ibidem.

111 *Pactum initum cum Vicario curato de minuenda congrua ab Episcopo taxata, ipso jure nullum fit, atque irritum.*

112 *Sive erigenda sit, sive jam erecta Vicaria, debet assignari congrua pro Vicario curato, ne parochialis Ecclesia debitis fraudetur obsequiis eo quod Rectori congrua desit sustentatio.*

113 Benedictus XIII. *nonnullas Ecclesias parochiales extra Urbis mœnia, quia sufficienter dotatæ reperiebantur, congrua portione privavit, aliis vero quibusdam parochialibus congruam assignavit portionem.*

114 *Episcopus curare debet, ut quam primum conficiatur supplementum congruæ, quæ ab initio non fuit sufficienter assignata ad normam Pianæ Constitutionis.*

115 *Vicarius curatus non potest plus petere, si ad vitæ sustentationem sufficiat assignata congrua scutor. 50. annuorum, ita regionis usu, & qualitate suadentibus.*

116 *Onus suppeditandi supplementum congruæ ad eos pertinet, ad quos ab initio pertinebat onus assignandi eandem congruam.*

117 *Eadem ratione, qua quis tenetur ad solutionem congruæ pro Vicario curato, eadem tenetur ad supplementum.*

118 *Quando Parochia unita est alicui Capitulo, Collegio, Monasterio, Loco pio, vel simili, congrua pro Vicario assignari debet ex redditibus illius Ecclesiæ, favore cujus fuit unio permissa.*

119 *Si animarum cura habitualis remaneat penes Dignitatem, puta Archipresbyterum, Præpositum, Archidiaconum, aliumve similem, aut Parochum, seu Vicarium, congrua non poterit assignari ex redditibus Capitularibus, vel alterius Ecclesiæ, sed ex redditibus Dignitatis, seu Parochi habentis curam habitualem.*

120 *Juris principium est, illum teneri ad congruæ pro Vicario curato solutionem, qui curam habet animarum habitualem.*

121 *Amplia si habens curam habitualem,*

lem, majora percipiat emolumenta ratione curæ.

122 *Quando erigenda est Vicaria, seu Parochia filialis in matricis adjumentum, debet congrua assignari ex redditibus Ecclesiæ matricis, seu Parochi.*

123 *Quia non obstante hac dismembratione, adhuc animarum cura habitualis remanet penes Parochum matricis Ecclesiæ.*

124 *Limita quando Parochus habet curam animarum actualem, non habitualem.*

125 *Sub nomine Parochi, a quo præstari debet congrua, venit Parochus verus, qui nempe habet animarum curam habitualem, non autem ille, qui habet tantum actualem, & munus Vicarii quamquam perpetui exercet in matrice Ecclesia.*

126 *Evenit interdum, ut Capitulum, Collegium, aliave Ecclesia decimas percipiens, ad congruam pro Vicario non teneatur, sed Parochus, Archidiaconus, Præpositus, aliave Dignitas habens curam animarum habitualem, quando decimæ non sunt parochiales, idest, sacramentales, sed diverso jure percipiuntur.*

127 *Amplia, quamvis Capitulum, vel Collegium percipiat duplex ceræ emolumentum ratione funerum.*

Quando ita considerantur non uti jura parochialia, sed tantum ut præmium laboris, & interessentiæ. Ibidem.

128 *Limita si Parochus post congruæ assignationem pro Vicario curato nequeat honeste, decenterque sustentari: tunc enim Capitulum, Collegium, vel alia Ecclesia, tenebitur in subsidium concurrere pro supplemento.*

129 *Vel populus, & incolæ, quorum commoditati consulitur, compelli in subsidium poterunt ad congruæ præstationem pro Vicarii curati necessaria, decentique sustentatione.*

NE divini cultus exercitium diminui, atque tepescere, & animarum cura magno non sine fidelium detrimento negligi, vilescere, debitisque obsequiis fraudari fortasse valeat, Lateranensis, ac Tridentini Concilii Patres Ecclesiasticæ disciplinæ, ac spiritualis Christifidelium utilitatis studio, & ardore excitati, Summique Pontifices ex debito pastoralis officii, sedulaque in Christianæ reipublicæ augmentum, & decus vigilantia ducti, provide admodum decreverunt, curaruntque, ut in Ecclesiis parochialibus, atque curatis, ad 1 Capitula, Collegia, Monasteria, Loca Pia, aliasve Ecclesias pertinentibus, ullo absque privilegii, vel exemptionis in contrarium adducendæ suffragio, per Vicariarum erectiones futuro animarum periculo succurreretur: quemadmodum liquet *ex cap. Extirpandæ de præb. & dignit., Concil. Trid. sess. 7. cap. 7. de reform., ex Const. 47. & 139. Divi Pii V. tom. 2. sui Bull., ex Constit. 15. Gregorii XIII. tom. 4. p. 3. Bull., ex Constit. 116. incip. Ex debito, & Const. 134. incip. Pastoralis sollicitudo Benedicti XIII. tom. 12. Bull. novo, & ex Constit. 103. Bened. XIV. tom. 1. sui Bullarii*, quod ab Emis Patribus Sacræ Congregationis Concilii pluribus hac de re editis resolutionibus fuit confirmatum, ac in specie in *Narnien.* 12. *Martii* 1732.

1732. *relata in* §. *Caterum in cingulana cura animarum* 19. *Jul. ejusdem anni*, *dict. tom.*5. *pag.*369. *& seqq.*

2 Solent istæ parochiales, & curatæ Vicariç quandoque Coadju-
toriæ appellari, & consequenter Vicarii, seu Sacerdotes illarum re-
gimini addicti, Coadjutores passim nuncupari: quemadmodum prç-
sertim adparet in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Vicen. Pa-
rochiæ de Liussano* 12. *Jan.*, *&* 23. *Aug.* 1760., *tom.*29. *thes. resol.
pag.* 17. *& seq.*, *&* 150. *& seqq.*, §. *Coadjutoriæ*, §. *At sive*, ac
alibi. Animadvertendum tamen est, quod hæc nomina *Coadjuto-*
3 *riæ*, & *Vicariæ*, sunt valde ambigua, & æquivoca, ut de ultimis
tradit *Piton. discept. eccles.* 27. *tom.*1. *num.*6. quandoquidem varias
habere queunt significationes, variisque in casibus locum tenere,
ac per consequens semper in casu, de quo loquitur, sunt intelli-
4 genda, & in sua propria, potiorique significatione; quemadmo-
dum verba ita esse accipienda, intelligendaque docet Jurisconsul-
tus in *l. Non aliter ff. de legibus*.

Etenim Coadjutoriæ simpliciter prolatæ, sumptæque, illæ
communiter intelliguntur, quæ locum habent in beneficiis residen-
5 tialibus, præsertim in Cathedralibus, & Collegiatis, de quibus
Concilium Tridentinum in *sessione* 25. *de reform. cap.*7. Et istæ Co-
adjutoriæ, dicam in Tyronum gratiam, sunt duplicis generis:
6 Aliç enim temporales existunt, sine ulla spe futuræ successionis: &
hoc in casu Coadjutor sic datus, intelligitur potius datus personæ,
7 quam Ecclesiæ, ad tradita a *Matta ad concord. Germaniæ num.*137.,
& Rota cor. Ansaldo decis. 20. *num.* 26., adeoque cum agatur de
simplici Coadjutoria, Coadjutor nullum jus adquirit in beneficio,
8 sed beneficium vacat ipso jure morte Coadjuti, ex mente Sacræ
Congregationis Concilii in *Mediolanen. beneficii*, *seu Coadjutoriæ*,
10. *Feb.* 1760. §. *fin.*, *tom.*29. *thes. resol. pag.*15. Aliæ e contrario
sunt perpetuæ, cum spe futuræ successionis in præmium Ecclesia-
stici servitii, ita ut vivente Canonico, seu Coadjuto habeat Coad-
9 jutor jus ad Canonicatum, seu beneficium, idest jus ad rem, illo-
que mortuo jus in beneficium, seu jus in rem plene consequa-
tur, *ad text. in can. Miramur dist.*61., *Garz. de benefic. part.* 4.
cap. 5. *sub num.* 14., *Piton. de controv. patron. alleg.* 60. *num.*22.,
Sacra Congregatio Concilii in *dict. Mediolanen.*, ac *Rota decis.*112.
*num.*25. *& seq. part.*16. *rec.*, *& decis.*768. *num.*5. *cor. Merlin.* &
alibi passim.

Fateor quidem Coadjutorias perpetuas cum spe futurç succes-
sionis & a jure, & a Sacris Constitutionibus esse improbatas, & a
Tridentinis quoque Patribus rejectas, tum quia imaginem heredi-
10 tariç successionis præseferunt, tum quia in se videntur continere
voti captandæ mortis periculum, per *text. in cap.*2., *& cap. Nec
captan-*

captandæ de concess. præb. in 6. *cap. Accepimus de pactis*, *Concil. Trident. sess.*25. *de reform. cap.*7., *Fontanell. decis.*212. *num.*12. Attamen hęc improbatio, taleque voti captandæ mortis evanescit periculum, quotiescumque ex gratia speciali, & favore per Summum Pontificem concedi solent, concurrente Ecclesiæ necessitate, utilitateque, & prę cæteris consensu Coadjuti, qui ob ingravescentem ętatem, vel alia de causa Coadjutum expostulat, flagitatque, 11
*Fagnan. in cap. Nulla num.*62. *de concess. præb.*, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.*5. §.9. *num.*14., *Garz. de benefic. part.*4. *cap.*5. *n.*13. *Cassador. de restit. spoliat. decis.*3. *num.*2., *Rota cor. Cornelio in Seguntina Archidiaconatus* 6. *Maii* 1726. §. *Ratio siquidem*.

Istę Coadjutorię perpetuę cum spe futurę successionis permittuntur quoque ab Apostolica Sede in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, ubi vel ab Archipresbytero, vel ab alio Canonico ani- 12
marum cura perpetuo exercetur: quemadmodum Rota declaravit *cor. Cerro in Bononien. Parochialis*, 10. *Feb.* 1716. §. *Nec dissimile*. Immo justa concurrente causa, & a Sanctissimo Romano Pontifice diligenter cognita, quandoque Coadjutorię cum futura suc- 13
cessione conceduntur in Ecclesiis Episcopalibus ex Trident. Concil. *sess.*25. *de reform. cap.*7. *vers. Quod si*. Sed hoc frequentissime occurrit pręsertim in Germania, ubi ex indulto Sedis Apostolicę, 14
Episcopis, vel Archiepiscopis impeditis, vel ob ętatem incapacibus, Coadjutores constituuntur: de quibus *Paris. de resignat. lib.*7. *quæst.*14. *num.*23. *& seqq.*, *ac* Rota *cor. Ansaldo decis.*20. *in annot. & addit.* §. *Cum enim*.

Vicariæ autem nomine simpliciter prolatæ non quæcumque Coadjutoria est intelligenda, sed ea tantum, quæ parochialem, 15
vel curatam Ecclesiam respicit, ad *text. in cap.*3. *Ad audientiam de eccles. ædif.*, *Concil. Trid. sess.*21. *cap.*6. *de reform.*, & ad citatas auctoritates initio hujus tituli. Sunt pari modo duplicis generis istæ, de 16
quibus loquimur, Vicariæ. Aliæ enim sunt temporales, seu amovibiles, aliæ vero perpetuæ; ad trad. *a* Concil. *Trid. sess.*7. *de refor. cap.*7., *Gonzal. ad Reg.*8. *Cancell. glossa* 5. §. 3. *num.* 35. *& seq.*, *Vanespen. in jus eccles. univ. tom.*2. *tit.*3. *num.*27. *& seq.*, tum in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Vicen. Parochiæ de Liussano* 23. *Aug.* 1760. §. *At sive temporaneos, sive perpetuos, & in* §. *Coadjutoriæ perpetuæ*, *tom.*29. *thes. resol. pag.*151., *ac Rota* præsertim *cor. Figueroa in Valentina jurisdictionis super manutentione*, 10. *Martii* 1755. passim, sed præcipue *in* §. 14. ubi una ab altera eliminatur per illa verba: *Ad summum probant Vicariam hanc evasisse perpetuam*.

Vicarias temporales dupliciter distinguo. Aliæ enim sunt Vicarię, quę dantur ad certum tempus, vel ad certam causam, ita ut

 elapso

elapso tempore, vel cessante causa ob quam Vicaria fuit permissa,
17 statim istius qualitas evanescat, ad *Glossam verbo Temporalis in extrav. Execrabilis §. Quartum de præb.* Si, exempli gratia, concedatur Parocho, seu Curato, ut studendi ergo a Parochia, & cura
18 abesse queat, ei Vicarius ob hujusmodi absentiam deputatur, *cap. Cum ex eo, vers. Porro septennio de elect. in 6., Gonzal. d. glossa 5. §. 3. num. 36.* Vel si ob illiteraturam, & imperitiam parochiale onus regere, & munus proprium explere nequeat, datur illi, si
19 honestę sit vitę, Coadjutor, aut Vicarius pro tempore, donec doctus, & peritus fiat, *Concil. Trid. sess. 21. de ref. cap. 6.* Vel si minori fuerit Parochia concessa, illi interim Vicarius deputatur, donec ad
20 legitimam pervenerit ętatem, per *text. in cap. 2. de ætate, qual. & ord.* Vel si parochialis Ecclesia suo Rectore viduata remanserit, Vicarius temporalis ab Episcopo deputatur, donec Parochia suo pro-
21 videatur Rectore, *Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18., Card. de Luca in annot. ad Concil. Trid. disc. 32. num. 2., de Luca ad Ventrigl. part. 1. annot. 20. §. 2. num. 2., Bened. XIV. Constit. 68. incip. Cum illud semper §. 16. num. 1. tom. 1. sui Bull., ac Rota cor. Card. Elephantutio in Colonien. resignationis 16. Febr. 1748. §. finali.*

De hisce autem Vicariis amplius differere supervacaneum ducimus, cum rigorose loquendo Vicarię appellari haud quaquam mereant, neque ad istas referri valeant illę, de quibus hic loquimur, a Sacris Canonibus, & a Summis Pontificibus prępscriptę Vi-
22 cariarum erectiones. Alię ergo sunt Vicarię temporales, seu amovibiles, quę ad certum tempus, neque certam ad causam dantur, sed perpetuum tamen non habent exercitium; cum Vicarii illarum regimini selecti, addictique ab alieno pendeant nutu, & ab officio
23 sibi commisso valeant, sic causa exigente, removeri, aliis in eorum eum locum, Episcopo approbante, subrogatis. Quamobrem isti Vicarii, seu Coadjutores sic deputati ad animarum curam exer-
24 cendam, nullo modo dici possunt perpetui, nec Beneficiati: tum quia Vicarii perpetui dici nequeunt illi, quibus prohibetur curæ exercitium in titulum, *Fagnan. in cap. Constitutum num. 24. & seqq. de fil. Presbyter., & cap. Ex parte num. 33. de offic. Vicarii, Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 2. num. 138., Rota cor. Cerro in Bononien. parochialis 10. Feb. 1716. §. Et quamvis.* Tum quia Vicariæ amovibiles, & temporales sub nomine beneficii Ecclesiastici venire ne-
25 queunt, sed simplicis salarii, & stipendii in recognitionem servitii Ecclesiæ, metam non excedunt, ad *cap. Pervenit 28. de appell., Fagnan. dict. cap. Ex parte num. 33., Gonzal. ad regul. Cancell. 8. gloss. 5. §. 3. num. 35., ac Rota cor. Coccino decis. 18. num. 3., & in Bononien. amovibilitatis Cappellani cor. Corio, 22. Febr. 1726. §. Quemadmodum.*

Non

Non aliter docet Rotalis *decisio* 16. *num*.5. *part*.12. *rec.*, ubi
mentio fit Beneficiatorum animarum curam exercentium. Etenim
non ait, quod isti Vicarii amovibiles sint Beneficiati, sed quod 26
animarum cura exerceri potest per Beneficiatos ab Episcopo electos
in iis Parochiis, quæ distinctæ non sunt in tota diœcesi, sed a Ca-
thedrali omnino dependent: quemadmodum in Hispania ut pluri-
mum contingit: Unde beneficium, quod isti possident, non pendet
ab exercitio curæ, sed ab alia causa: ita ut quocumque tempore 27
ab Episcopo, cujus simplices Ministri existunt, valeant removeri ab
actuali curæ exercitio, & sic, tametsi Beneficiati remaneant, adhuc
dici, atque considerari debeant Parochi amovibiles: ut in *cit. de-
cis*.16. *num*.4., *&* *decis*.131. *num*.20. *part*.4. *tom*.2. *rec.* ubi de Ca-
laritano Episcopo disseritur.

Nullius quoque ponderis adesse posset animadvertio, quod ta-
les Vicarii ab Episcopo deputati ad nutum amovibiles, omnia ju-
rium parochialium emolumenta percipiant. Nam id pendet a sola
Episcopi liberalitate, & recognitione ob servitium ecclesiasticum: 28
per ea, quæ deducuntur a Rota *cor. Ratto decis*.204. *num*.10. Pen-
det equidem ab Episcopi arbitrio vel certam tantum partem illis as-
signare, vel etiam omnia decimarum oblationum, aliorumve red-
dituum emolumenta reservare, ita ut si Episcopus eos deputaverit:
*Cum omnibus juribus, & obventionibus, quæ ratione dicti servitii,
& officii ad eos spectare, & habere debent*: per viam communica- 29
tionis emolumentorum parochialium simul cum delegatione Pa-
storalis sollicitudinis, debeat eadem ratio, idemque favor pro iis
militare, qui assistit Episcopo; *Rebuff. de decim. quæst*.7. *num*.13.,
Barb. de jur. eccl. univ. lib.3. *cap*.26. §.2. *num*.8. & sic debeant ob-
tinere manutentionem in quasi possessione juris lucrandi ea omnia, 30
ad quæ fuerunt ab Episcopo, universali Parocho, admissi, per *Ro-
tam decis*.234. *num*.5. *&* 6. *part*.19. *rec.*, *&* *in Hispalen. primitia-
rum* 21. *Jan*.1721. *fere per totum cor. Gamaches*.

Amovibiles quoque Vicariæ, ut cætera silentio prætereeam
exempla, nullisque affectæ reservationibus, dici poterunt illæ,
quæ Ordinibus regularibus plenarie inhærent, *ex Constit*.47. §.5. 31
S. Pii V., *Rigant. ad Reg*. 9. *Cancell*. §.2. *n*.78. Quandoquidem Vi-
carius, qui actuali curæ exercitio præficitur, regulariter pendet ab
arbitrio Superioris, qui illum potest removere, aliumque depu- 32
tare, prævia semper Ordinarii approbatione; *Murga de benefic.
quæst*.2. *num*.198., *Barb. ut sup. cap*.6. *num*.63., *&* *Rota cor. Card.
Scotto in Fanen. jurisdictionis*, 20. *Jan*. *&* 16. *Jun*. 1704. *per tot.*
Ac proinde hę Vicarię nullo modo dici poterunt Beneficia regula- 33
ria, & perpetua, tametsi Regularibus collatę, illæ appareant:
quandoquidem Beneficia regularia tunc dicuntur illa, quæ ad 34
ele-

electionem Capituli cum Superioris confirmatione conferuntur, *Rigant. dict.* §.2. *num.*106., *ac Rota decis.*971.*num.*2. & 3., & *cor. Emerix decis.*1035. *num.*1. Immo nec istę tantum Vicarię dici poterunt beneficia regularia, sed nec Prioratus etiam, quando ad nutum Superioris conferuntur: cujusmodi sunt Prioratus Ordinis
35 S. Augustini, & Dominici &c. unde erunt officia, & dignitates regulares temporales, & amovibiles: ut docet *Rigant. loco cit.*

Vicarię perpetuę illę dicuntur, quę ad nutum constituentis non pendent, sed in titulum dantur, & in perpetuum, & Eccle-
36 siastici Beneficii nomen, naturamque assumunt, ad *textum in cap. Postulasti de rescript.*, *Clem.*1. *de offic. Vic.*, *Vanespen. in jus eccl. univ. tom.*2. *tit.*3. *cap.*1. *num.*27. & 29., *Rebuff. in praxi tit. de Vicar. perpet. num.*14., *Ventrigl. in praxi part.* 1. *annot.* 20. §.2. *num.*8., *Novar. cons.*9. *num.*3. *de præb.*, *Rota decis.*400. *num.* 13. *part.*18. *tom.*1. *rec.*, *cor. Calcagnino in Nullius provinciæ Ravennaten.* 11. *Febr.* 1737. §. *Ad contrarium*, ac passim alibi. Ad qua-
37 rum proinde titulum poterit quis legitime ordinari, per Doctores in *cap. G. perpetuus de fide instrum.*, ac signanter *Abbat. in princ.* & *Felin. num.* 1., *Ventrigl. dict.* §. 2. *num.* 22., *Jo. Andr. Tria Archiep. Tyri in suis notis sopra il Trattato d' accommodamento tra la S. Sede, e la Real Corte di Napoli*, *cap.*4. *art.*1. *num.*4. Etenim quando quis est constitutus Vicarius perpetuus, quocumque nomine designetur, sive Parochus, sive Curatus, sive Rector, sive Cap-
38 pellanus, jure ac merito dici debet perpetuus Beneficiatus; *Rebuff. in tract. De congrua n.*112., & *in tract. Nominationum n.*48. *vers.*29. *Non comprehenduntur*, *quæst.*15., *Gonzal. ut supra* §.3. *num.*32. Et tunc non amplius attenditur principalis Rectoris, seu
39 Parochi existentia: cum etiam isto remoto, vel mortuo, ille removeri amplius nequeat, quippe qui perpetuus, ad firmata *ab Hoyed. de incompatibil. benef. part.*1. *cap.*15. *num.*12., *Ventrigl. dict.* §.2. *num.*8. *in fine*.

Hę perpetuę Vicariæ sub duplici adspectu possunt considerari,
40 duplicique sub differentia. Alię enim sunt Vicariæ perpetuę quoad
41 solum curę exercitium, quin tamen assumant statum collativum, ad tradita *a Rota decis.*445. *num. fin. part.*3., *decis.*49. *num.*39. & *seq. part.*15. *rec.*, *in Augustana Parochialis* 11. *Jun.* 1728. §. *Similiter cor. Card. Millino*, *in Nullius*, *seu Celsonen. Parochialis*, *super bono jure*, 3. *Decemb. ejusdem anni*, §. *Quatenus cor. Aldrovando*, & 3. *Feb.* 1735. §. *Congruunt cor. Calcagnino*, & 11. *Feb.* 1737. *cor. eodem in Nullius provinciæ Ravennaten.* §. *Hujus*. Alię e contrario sunt Vicariæ perpetuæ tum quoad curę exercitium,
42 tum quoad statum collativum: & istę sunt duplicis generis. Alię sunt dependentes, quę videlicet nudum habent actualis curæ exerci-

ercitium: aliæ e contrario independentes, quę videlicet utramque retinent actualem & habitualem curam, *Piton. discept.eccl.*27. 43
*num.*6., *ac præsertim S.Congregatio Concilii in Portogallen. lib.*1. *decret. pag.*96. relata in folio ejusdem Sacræ Congregationis *in Consentina privationis, ac censurarum* 17. *Novemb.* 1736. §. *At prætere*a, ubi constat, quod tota animarum cura potest in Vicarium 44
Curatum perpetuum transferri, & permittitur tale exercitium, si legitime fuerit dicta cura translata: ubi Sacra Congregatio hisce verbis, in casu, de quo agebatur, concludit: *Sacra Congregatio ita declaravit, si modo tota animarum cura translata fuit legitime in solum Vicarium perpetuum*: ut videre est in *tom.*7. *thes. resol.pag.*186.

Istę Vicarię perpetuę non subjacebunt reservationibus generalibus ex *Piana Constitutione*: attamen subjacere poterunt reservationibus specialibus, & affectionibus, quibus Papa potest legitime providere sine ulla Capituli, vel Rectoris habitualis nominatio- 45
ne secundum communem hodie receptam opinionem, *De Fargna de jurep. part.*6. *can.*13. *casu un. num.*5. *& seq. tom.*3., *Rigant. ad reg.* 9. *Cancell. gloss.*2. *num.*79. *& seqq.*, *Rota decis.*227. *per tot. cor. Card. Caprara, in Valentina Vicariæ post Antonell. de jur. Cler. decis.* 9. *num.* 8., *in Montis Regalis Vicariæ* 4. *Decemb.* 1739. §.3. *&* 7. *cor. Nunez in Perusina Vicariæ* 17. *Jun.* 1757. §.4. *cor. Paracciano*. Sed hac de re in tertio tomo differemus: cum hic nostrum sit de Vicariarum erectionibus, non de illarum collationibus pertractare.

Hisce itaque circa temporales, seu amovibiles, & perpetuas Vicarias sic delibatis, ad illarum erectionem gradum faciamus. Ut adpareat, utrum Vicaria potius amovibilis, quam perpetua, vel e contrario, sit erigenda, juvat attente considerare qualitatem 46
illius Ecclesię, in qua curata Vicaria erigi debet. Si enim Parochialis Ecclesia sit perpetuo, & plenarie Capitulo, Collegio, Monasterio, loco pio, & simili unita, in hac Parochiali Ecclesia, generaliter loquendo, etiam perpetua constitui potest Vicaria, ad *text. in cap. Extirpandæ* §. *Qui vero de præb.*, *Concil. Trid. sess.* 7. *de reform.*, *cap.*7., ibi: *Quibuscumque perpetuo unita, & annexa reperiuntur*, *Constit.*47. *S. Pii V.*, *Constit.*15. *Greg. XI.*, *Constit.* 134. *Benedict. XIII.*, ut pariter observant *Ventrigl. in praxi dict. annot.*20. §.2. *num.*4., *Franc. Leo thes. for. eccles. part.*2. *cap.* 16. *num.*10. Vicaria enim perpetua regulariter præsupponit unionem præexistentem, *Rota in Ratisbonen. Vicarii* 13. *Martii* 1739. §. *Præterea coram Calcagnino, confirmata* 4. *Martii* 1746. *coram Card. Millino*.

Dixi: *plenarie, & perpetuo*: Quia si ad tempus, vel ęque principaliter uniatur, tunc retinet titulum, nomen, jura, & cæ-

teras

teras prerogrativas, unoque verbo, in ſuo priſtino parochialitatis
47 ſtatu perſeverat, *cap. Decimas in fine cauſ.16. quæſt.1.*, *Gloſſa in can. Et temporis ead. cauſ. & quæſt.*, *Fagnan. in cap. Novit ne Sede vacante num.4. 9. 10.*, *Piton. diſcept. eccl. 9. num.3. 57.*, *Rigant. ad regul. Cancell. 9. §.2. num.404.*, *Rota in Hildeſimen. Vicariæ 5. Martii 1717. §. Nec deſunt cor. Cerro*, *& in Colonien. ſeu Leodien. unionis, 17. Martii 1754. §.4. cor. Molino*. Ac per conſequens non poteſt fieri locus Vicariæ perpetuæ, ſed tantum tempo-
48 rali, ad trad. a *Gonzal. ad reg.8. Cancell. gloſſ.5. §.3. num.10. & ſeqq.*, *Ventrigl. dict. §. 2. num.4. & ſeq.*, *Leuren. for. benefic. part.1. ſect.1. cap.3. quæſt.15.*

Notanda inſuper ſunt illa verba: *Generaliter loquendo, etiam perpetua conſtitui poteſt Vicaria*, Non enim certa regula afferri poteſt, ac pro certo ſtatui in hiſce omnibus Eccleſiis Vicariam
49 perpetuam debere conſtitui. Ac primum ſi Concil. Tridentinum ſeria meditatione perlegamus, nil pro certo ex illo poſſe ſtatui etiam
50 inviti experiemur. Nam in *ſeſſ.7. cap.7. de reform.* præcipitur Epiſcopis, ut: *Sollicite providere procurent, ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos, niſi ipſis Ordinariis, pro bono Eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur .... animarum cura laudabiliter exerceatur*: Quę Concilii verba ſic Doctores explicant, ut appoſitio perpetui, vel temporalis Vicarii pendeat ab Ordinariorum arbitrio
51 ex circumſtantiis regulando, *Barb. de jure eccleſ. univ. lib.3. c.6. num.11. & in notis ad d. cap.7. Concil. Trid. num. 15. 31. 32.*, *ibique Gallermat. num.5.*, *Garz. de benef. part.15. cap.2. n.8.*, *Card. de Luca ad dict. Concil. Trid. diſc.9. num.6.*, *Pignatell. conſult.213. num.4. tom.4.* in quo conſonant quæ habentur in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Legionen. & Aſtoricen. unionis 5. Dec.1722. §. Quoad parochialia, tom.1. theſ. reſol. pag.249.*

Neque etim ex famigeratiſſima Divi Pii V. *Conſtitutione Ad exequendum*, de perpetuarum Vicariarum erectione aliquid poteſt
52 concludi. Statuit enim, ut infra videbimus, atque determinat quantitatem reddituum aſſignandorum Vicariis parochialium ſic unitarum. Ex hoc autem inferri quidem poteſt talem reddituum determinatam quantitatem eſſe Vicariis perpetuis aſſignandam, quoties Vicarii perpetui in parochialibus ſic unitis conſtituantur: At non excluditur, quod exigentibus rerum circumſtantiis Vicarii
53 etiam temporales deputari queant, ac conſequenter amovibiles erigi Vicariæ, quemadmodum legitur in folio dictæ *Legionen. & Aſtoricen. §. Quaad parochiales tom.2. theſ. reſol. pag.249.*

Ut ergo de Vicariis perpetuis erigendis firmam deſumamus regulam, ad alium fontem recurramus neceſſe eſt, ſeu oratio eſt convertenda ad aliam laudati Pontificis Conſtitutionem, petitam

ſub

ſub *num.* 139. in tomo 2. ſui Bullarii : in qua Vicarios perpetuos
conſtitui vult in parochialibus Eccleſiis, quæ unitę perpetuo, &
plenarie reperiuntur Romanę Urbis Capitulis, relata in folio Sacrę
Congregationis Concilii in *Nullius ſeu Montis Caſſini*, 2. *Jun*. 1732.
§. *Quamquam*, *tom*.5. *theſ. reſol. pag*.144., & late conferunt de-
ducta per *Fagnan. in cap. Ex parte num*. 9. *& ſeqq*. ubi late oſten-
dit, utilius eſſe Eccleſiis parochialibus præſtari ſervitium a Vica-
riis perpetuis, quam a temporalibus, ſeu amovibilibus, & expe-
dire, ut Sedes Apoſtolica decernat, quod Capitula Cathedralium,
& Collegiatarum Eccleſiarum, curam animarum habentium, & 55
eam per Vicarios temporales exercentium, cogantur ad deputandos
Vicarios perpetuos, qui curę animarum incumbant : ut habetur in
d. folio *Legionen. ſeu Aſtoricen*. §. *E contra*, *pag*.249.

Enim vero & ipſemet Sanctiſſimus Pontifex modo laudatus va-
rias Motu proprio, nonis Novembris anno ſui Pontificatus ſexto,
ad majus divini cultus augmentum, animarumque commodum,
erexit hujuſce generis Vicarias perpetuas in almæ Urbis Baſilicis,
& Collegiatis, inter quas recenſetur illa, quam in Baſilica Vati- 56
cana inſtituit, fixitque, ab uno ſæculari Presbytero in ea Vicario
adminiſtrandam. Intelligentia ſchedulę dicti Motus proprii a ſancto
Pontifice propria manu ſignatę, occaſionem præbuit non levis con-
troverſię inter Capitulum ex una parte, & Vicarium Curatum
ex altera, ſed a Sacra Congregatione Concilii anno 1622. reſo-
lutum fuit, curam habitualem Baſilicę Vaticanæ penes Capitulum
reſidere, exercitium vero ad Vicarium curatum ejuſdem Baſilicæ
pertinere. In vim cujus declarationis Capitulum & Vicarius ſub die
19. *Decemb. ejuſdem anni* devenerunt ad tranſactionem per acta
quondam *Quintiliani Gargarii*, Cauſarum Curiæ Capitolinæ Notarii,
quæ concordia fuit ab *Urbano VIII*. per ſuas litteras in forma Bre-
vis *die* 19. *Decemb*. 1623. auctoritate Apoſtolica confirmata, quam-
que *Benedictus XIV*. una cum dicta reſolutione Sacræ Congregatio-
nis, quoad ſingula confirmavit, approbavitque, *Conſtit*. 59. *Ad ho-
norandam* §.40. *tom*.3. *ſui Bullarii*.

Iidem quoque Summi Pontifices, qui *S. Pium V*. ſunt ſubſecuti,
ſedula diligentia, curaque executioni demandarunt : ac præſertim
Benedictus XIII. Inter alias perpetuas Vicarias ab iſto Summo Pon-
tifice Collegialibus Eccleſiis affixas, illa numeratur, quæ in Eccleſia
parochiali & Collegiata S. Angeli in foro Piſcium nunc temporis
obſervatur laudabiliter exercita. Etenim, cum Eccleſia parochia-
lis D. Gregorii ad Pontem Quatuor Capitum de Urbe, ita eſſet red- 57
ditibus, & fructibus diminuta, ut annuum valorem non excederent
ducatorum ſeptuaginta auri de Camera, ſub die 17. *Febr*. 1726.
anno ſui Pontificatus ſecundo, iſtam ſuppreſſit, extinxitque, ejuſ-

que sic diminutos redditus cum omnibus juribus, facta tituli plenaria extinctione, perpetuo univit dictæ Ecclesię parochiali, & Collegiatę S. Angeli, Vicariamque perpetuo affixit, cum congrua portionis assignatione, sub nonnullis conditionibus, quę videri facile poterunt in *Bullar. nov. tom.* 12. *in sua Constit.* 116. *incip. Ex debito Pastoralis officii*. Hanc sic redditibus, & juribus parochialibus destitutam Divi Gregorii Ecclesiam, illiusque Sacristiam
58 concessit Sęculari Sośietati, seu Congregationi Operariorum Divinę Pietatis nuncupatę de Urbe, sub nonnullis oneribus eidem Congregationi impositis, ut videre est in *dict. Constitutione* §. 6. & 7.

Neque refert, quod animarum cura ab uno ex Canonicis vel annuatim, vel certis temporibus capitulariter electo, actualiter exerceatur: quandoquidem longe utilius, quod in hisce Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis, ab uno Presbytero sęculari, & Vi-
59 cario perpetuo animarum cura exerceatur, quam ab uno ex Canonicis ad tempus destinato: quod implicite declaravit d. S. Pius V. in relatis Vicariarum perpetuarum erectionibus, ac pręsertim quoad Basilicam Vaticanam, ubi antequam Vicaria perpetua instituere-
60 tur animarum cura exercebatur ab uno ex Canonicis cum aliquot Presbyterorum auxilio: ut liquet in cit. *Constitutione* 59. *Benedicti XIV.* §. 40. *in principio*. Id etiam placuit Eminentissimis Patribus Sacrę Congregationis Concilii pluries resolventibus, quod quotiescumque animarum cura non est affixa in Capitulis, vel Col-
61 legiis, Pręposituræ, vel alteri Dignitati, expediens erit, ut Episcopus statuat erectionem Vicarię perpetuę, quemadmodum liquet *in Nullius, seu Montis Casini*, 26. *Jan.* 1726. *lib.* 76. *decret. p.* 31., *in Sarsanen. emolumentorum, & decimarum* 7. *Jul.* 1731. *lib.* 81. *decret. pag.* 308., *in Narnien.* 22. *Martii* 1732. ubi rescriptum fuit: *Episcopus procedat ad erectionem Vicariæ perpetuæ in unaquaque Collegiata ad formam Concilii*: relata in *Cingulana curæ animarum* §. *Caterum*, 19. *Jul. ejusdem anni*, ubi consonat resolutio Sacræ Congregationis ad 3. dubium, ut videre est in *tom.* 5. *thes. resol. pag.* 370. *& seq.*

Multoque magis necessaria erit, atque utilis erectio Vicarię perpetuę in hisce Cathedralibus, vel Collegialibus Ecclesiis, si
62 animarum cura promiscue exerceatur, vel sit penes singulos Canonicos, cum summopere semper displicuerit Eminentissimis Patribus d. Sacrę Congregationis Concilii, quod animarum cura vage capitularibus inhereat. Hinc, dum Sacrę Congregationi ab Episcopis occasione visitationis Sacrorum liminum, enarratur, hoc mo-
63 do animarum curam exerceri in hisce Ecclesiis, enixe illis pręcipitur, ut Vicaria perpetua erigatur: quemadmodum tradit *Card. de Luca in annot. ad Ventrigl. part.* 1. *annot.* 20. §. 2. *sub num.* 1. *vers. Hinc*

Hinc quando, & ad Concil. Trident. disc.9. num.4. Sed hoc apertissime deducitur ex una *Sarnen.* 1646. *&* 7. *Jul.* 1731., *tom.*5. *thes. resol. pag.*115., ubi Sacra Concilii Congregatio Episcopo Sarnensi mandavit actualem animarum curam certæ præbendæ de Capitulo injungi, vel Vicariam perpetuam inibi erigi, ut subjectus populus certum Pastorem agnosceret: & repropofita causa, Sacra Congregatio respondit: *Episcopum omnino debere procedere ad executionem litterarum Sacræ Congregationis anni* 1646., *additis etiam Coadjutoribus curæ ex Canonicis, & interim de executione debere certiorare Sacram Congregationem.*

Si agatur de Collegialibus Ecclesiis regularibus, quibus animarum cura adhæreat: juvat distinguere Tridentinum Concilium a *Constitutione* 47. Divi Pii V. Nam attenta Concilii Tridentini dispositione, potest Episcopus in parochialibus unitis vel virorum, vel mulierum Monasteriis, quotiescumque id expediens judicaverit, erigere perpetuas Vicarias, seu Vicarios perpetuos deputare 64
etiam sæculares: ut clarus est *textus in sess.*7. *de reform. cap.*7. ibi: *Vel Monasteriis*; & ita sentiunt *Vanespen. in jus eccl. univ. part.*2. *tit.*34., *Garz. de benefic. part.*11. *cap.*2. *num.*4. *& seq.*, *Card. de Luca ad Concil. Trid. disc.*9. *num.*6., *Tamburin. de jure Abb. part.*3. *disput.*9. *quæst.*18. *n.*3. & concordant quæ habentur *in folio Sacræ Congregationis Concilii in Spiren. Parochialis* 18. *Jul.* 1761. §. *Et licet*, *&* §. *Exclusa*, tum in resolutione ad 1. dubium, ut videre est in *tom.*30. *thes. resol. pag.*141. 142. 144. *ac Rota cor. Falcon. decis.*13. *num.*10. *de union.*, *in Sedunen. unionis super regularitate* 6. *Jun.* 1755. §.6. *cor. Vicecom. & in ead. Sedunen.* 5. *April.* 1756. §.3. *cor. Card. Caprara.*

Sed attenta Pianæ Constitutionis 47. dispositione, juvat distinguere Monasteria Mendicantium, vel Monachorum a cæteris omnibus. In illis enim, quibus animarum cura affixa est, non potest Episcopus Vicariam perpetuam erigere, sed manuales tantum: eo quod Superiori regulari relicta fuerit facultas deputandi quemcumque maluerit vel sæcularem, vel regularem Vicarium ad nutum 65
amovibilem, prævia tamen Ordinarii approbatione: quemadmodum patet ex illis verbis Constitutionis: *& si dictæ Parochiales unitæ erunt Monasteriis Regularium Mendicantium.... & ita pro idoneis approbaverint, teneant in Vicarios, ad nutum tamen Superiorum suorum amovibiles, deputare. Idemque servetur in Regularibus Monachis tantum, dummodo in ea Parochiali... Vicarius deputetur*: Quod renovatur in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Nullius, seu Montis Cassini* 2. *Jun.* 1731. §. *S. Petri*, *tom.*5. *thes. resol. pag.*144. *ac Rota cor. Lancetta decis.*1219. *num.*3.

Neque dicas, hanc Pianam Constitutionem fuisse revocatam

per *Gregorium XIII.* in sua *Constit. 9. incip. In tanta*, atque ad terminos juris communis, & Tridentini Concilii reductam; ut deducitur ex folio Sacræ Congregationis Concilii in *dict. Spiren. Parochialis* 18. *Jul.* 1761. §. *Reductio enim*; nam revocatio dicti *Gregorii XIII.* quoad Bullam Pianam in hoc consistit, quod loco quatuor Religiosorum, qui, ad tramites dictæ Bullæ Pianæ, debebant cum Vicario Regulari ad animarum curam deputato habitare, unus tan-
66 tum Religiosus cum eo habitare posset, firma in reliquis remanente laudati S. Pii V. Constitutione, ut ex oraculo vivæ vocis ejusdem *Gregorii XIII.* referunt *Quaranta in Summa Bullar. verbo Advertendum*, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 3. *num.* 79., *Ventrigl. dict. annot.* 20. §. 2. *num.* 7., *Gallermat. ad cap.* 7. *Trid. Concil. sess.* 7. *de reform. in declarat. sub num.* 8., *Rigant. ad reg.* 9. *Cancell.* §. 2. *sub num.* 78., *Cherubin. super dict. Constit.* 47. *schol.* 1., *Nicolart. ad concord. Germaniæ tit.* 1. *dub.* 7. §. 7., ac in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Papien.* 2. *Maii* 1722. §. *In eo enim*, *tom.* 1. *thes. resol. pag.* 165., *ac Rota decis.* 88. *n.* 17. *& seqq. part.* 9. *rec.*, *& in Burgen. juris deputandi Curatum* 21. *Feb.* 1674. §. *Quibus*, *&* 3. *Jul. ejusdem anni* §. *Minus cor. Albergato*. Adeoque si dictam demas modificationem, non revocata, sed potius revalidata fuit a *Gregorio XIII.* Piana Constitutio: ut observat *Gonzal. dict.* §. 3. *num.* 79. ubi refert ita fuisse a S. Congregatione Concilii declaratum ad interpretationem *dict. cap.* 7. *sess.* 7. *de reform.* Quin refragetur eadem Sacra Congregatio Concilii in *Spiren. Parochialis* 18. *Jul.* 1761., ubi propositis dubiis: 1. *An Superior Conventus Ordinis Carmelitarum in Hirschorn teneatur præsentare ad animarum curam in Eppingen Sacerdotem sæcularem, vel potius valeat deputare Sacerdotem regularem?* 2. *An Sacerdotes, ut supra præsentandi, vel deputandi, amoveri possint ad nutum ipsius Superioris Conventus, in casu &c?* fuit a sapientissimo Patrum Oraculo resolutum, ac responsum, Ad 1. *Affirmative ad primam partem*: *Negative ad secundam*. Ad 2. *Provisum in primo*.

Enim vero agebatur de Parochiali Ecclesia, non, ut prætenbatur, subjective, ac plenarie unita, tum suffulta Apostolicis Indultis suspectis, vel antiquatis, nec non observantia innixa titulo infecto, aliisque similibus: quæ omnia satis apta erant ad excludendum quodcumque prætensum jus deputandi Parochos regulares, & amovibiles.

Cum ergo hujusmodi privilegia unice extendantur ex Piana Constitutione ad parochiales Ecclesias unitas Monasteriis Mendicantium, & Monachorum, argumento est, quod in parochialibus Ecclesiis, quæ cæteris Monasteriis unitæ proponuntur, possint ab
67 Episcopo erigi Vicariæ perpetuæ ex mente d. S. Pii V., non obstantibus

..ous privilegiis: ut, præter superius adductas auctoritates, comprobat Rota in *Sedunen. parochialis super regularitate* 17. *Feb.*1758. §.3. *cor. Card. Bussio*. Privilegia enim Apostolica semper ita sunt intelligenda, atque interpretanda, ut Ordinarii jurisdictio, quo 68
minus fieri potest, diminuatur, ad *text. in cap. Sane* 9. *ubi Doctores de privileg.*, *Franc. de Ecclesiis Cathed. cap.*30. *num.*130. *& seq.*, *Pignatell. cons.*164. *num.*7. *tom.*4., *Rota decis.*287. *n.*23. *part.*18. *rec. decis.*175. *num.*12. *cor. Ottobono*, *decis.*2252. *num.*7. *cor. Coccino*, *decis.*1319. *num.*11. *cor. Lancetta*. Hæc tamen omnia in nihilum facessunt, quotiescumque privilegia Pianæ Constitutionis tempora fuerint subsequuta, vel parochialis Ecclesia plenarie, ac perpetuo unita concludenter edoceatur, ac consequenter e sæculari in 69
regularem fuisse omnino transfusam: ad notata in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Ratisbonen. juris deputandi Vicarium* 28. *Jul.* 1713. *lib.*63. *decret. pag.*311. relata in folio *dict. Spiren. Parochialis* §. *Vigere*, *Rota in dict. Sedunen. unionis super parochialitate* 6. *Junii* 1755. §.2. *cor. Vicecom.*, *in dict. Sedunen. parochialis super regularitate* 17.*Febr.*1757. §.3. *in fine cor. Card. Bussio*. Sed hac de re melius in Tomo tertio, ubi de præsentatione erit differendum.

Si vero agatur de Vicaria erigenda in parochiali Ecclesia ad Ordines Militares pertinente, utrum perpetua, vel manualis sit erigenda definire, omnino pendet a dispositione Ordinis, ad quem Ecclesia pertinet: eo quod istæ parochiales Ecclesiæ sub Tridentini 70
Concilii *in sess.*7. *de reform. cap.*7., *& Bullæ Pianæ* 47. dispositione haud quaquam contineantur. Ubi enim Tridentini Patres Ordines militares comprehendere quoque voluerunt, de illis expressam habuerunt mentionem, quemadmodum liquet *in sess.*24. *de re-* 71
*form. cap.*13. ubi inter Ecclesias, & loca, quibus Parochiales uniri ab Episcopo nequeunt, recensentur quoque Militiæ, ibi: *In unionibus vero quibuslibet, seu ex supradictis, seu aliis causis faciendis, Ecclesiæ parochiales Monasteriis quibuscumque .... aut Hospitalibus, Militiisque non uniantur*: at in *cit. cap.*7. *sess.*7. ubi de Vicariis necessario ab Episcopis erigendis agitur, ne minimum quidem verbum fit de illis Ecclesiis parochialibus, quæ Militiis, seu Ordinibus Militaribus unitæ proponuntur. Ac per consequens nil mirum, si istæ manuales esse solent Vicariæ: quod pari modo observatur in patria mea, ubi duo adsunt Parochi, seu Vicarii ad nutum Commendatarii Sacræ Religionis Hierosolymitanæ amovibiles, qui in Ecclesia parochiali sub titulo S.Blasii animarum curam cum laude exercent.

Hæc omnia superius dicta intelligi debent de illis parochialibus Ecclesiis, quæ Capitulis, Collegiis, Locis Piis, aliisve similibus unitæ reperiuntur; at si sermo habeatur de illis parochialibus Ecclesiis, quæ ad hæc loca, non per viam unionis, sed primæva institu-

72 ſtitutione, vel alia de cauſa pertinent, Vicariæ manuales, non autem perpetuæ erigi ab Epiſcopo debent: cum id congruum videatur menti Summi Pontificis in *cap. Extirpandæ de præb.* ac præſertim Tridentinorum Patrum *in ſeſſ. 25. de reform. cap. 16., & S. Pii V. in ſua citata* 47. *Conſtitutione*: quemadmodum tenet *Ventrigl. in praxi dict. part. 1. annot. 20. §. 2. num. 7.* Etenim Tridentini Patres in *dict. cap. 16.* expreſſe prohibent, ne beneficia parochialia, & cu-
73 rata in ſimplicia convertantur, etiam adſignata Vicario perpetuo congrua portione, ibi: *Statuit S. Synodus, ut Eccleſiaſtica beneficia ſæcularia, quocumque nomine appelletur, quæ curam animarum ex primæva eorum inſtitutione, aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in ſimplex beneficium, etiam aſſignata Vicario perpetuo congrua portione, non convertantur: non obſtantibus quibuſcumque gratiis, quæ ſuum plenarium effectum non ſunt conſecutæ.* Hoc profecto aliquo modo ſequeretur per deputationem Vicarii perpetui: dum in iſtum tota animarum cura quoad illius ſaltem exercitium tranſ-
74 lata diceretur: per ea quæ tradit *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 33. num. 93., Ventrigl. dict. §. 2. ſub num. 4.*

Si Parochialis, & curata Eccleſia ſuum habeat Rectorem, ſed iſte incapax ſit ad curæ onera ſubeunda, ob populi multitudinem, vel alia ſimili de cauſa, non poteſt Epiſcopus in tali Eccleſia Vi-
75 cariam erigere perpetuam, ſed amovibilem tantum, *arg. cap. 4. Tridentini Concil. ſeſſ. 21. de reform.*, ubi ſtatuitur: *Quod Epiſcopi cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, ſibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum*: ut pluries Sacra Congregatio Concilii declaravit, ac præſertim in *Teleſina* 18. *Feb.* 1758. §. *Rebus*, *ac Rota deciſ. 34. num. 2. in miſcell. cor. Falcon., & deciſ. 855. num. 1., & deciſ. 876. num. 3. cor. Lancetta*. Idque ob duplicem rationem, quarum prima hæc eſt: quia Vicarius perpetuus dari nequit in illa
76 Eccleſia, quæ ſuum habet Parochum, ſeu Rectorem, ex firmatis a *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 3. num. 10., Leuren. for. benef. part. 1. ſect. 1. cap. 3. quæſt. 15., Rebuff. in praxi tit. De Vicar. n. 3.*, ac Rota *deciſ. 399. num. 1. part. 3. div.* Altera ratio hæc eſt: quia Epiſcopus nullo modo devenire poteſt ad Vicariæ perpetuæ erectio-
77 nem, niſi utilitas, & neceſſitas, juſta cauſa, & æquitas id ſuadeant: *Hoſtien. in ſumma de offic. Vicar. §. Aliquibus verſ. Ex præmiſſis, Ventrigl. dict. §. 2. ſub num. 8., Put. lib. 2. deciſ. 233. num. 2.*, in quo conſonat id quod legitur in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Vicen. Parochiæ de Liuſſano* 17. *Jan.* 1760. §. *Pro impetranda*, ibi: *Et excipit in caſu neceſſitatis ratione diſtantiæ poſſe in una ex præfatis ſuffraganeis dictæ Eccleſiæ Vicariam perpetuam filialem ejuſdem Parochiæ erigi; tom. 29. theſ. reſol. pag. 17.*

Ex

Ex hisce igitur ultimo loco deductis, eruitur Vicariæ perpetuæ
locum fieri posse, quando erigenda est in alia Ecclesia, nempe filia-
li, non autem in ea, quæ a Parocho actualiter regitur: quod qui- 78
dem exploratissimum est. Neminem enim latet, quod, dum ani-
marum cura exercenda est in Ecclesia filiali, seu a matrice depen-
dente, ita expostulante justa causa, & necessitate, vel ratione
augmenti populi, vel ratione localis distantiæ, vel alio ex impe-
dimento, potest Episcopus ad Vicariæ erectionem devenire, ac de-
bet, ut sic populi commoditati, necessitatique consuli valeat, 79
per *text. in cap. 3. Ad audientiam de eccl. ædific.*, *Concil. Trid. sess.
21. de reform. cap.* 4. ac Sacra Congregatio Concilii in *dict. Vicen.
Parochiæ* §. *Pro impetranda pag.* 17. & 18., & 23. *Aug. ad dubium*:
ubi resolutum fuit, esse deputandos Sacerdotes pro servitio Paro-
chiæ, *pag.* 112. ac Rota *cor. Calcagnino in Vasionen. servitii paro-
chialis* 13. *Jan.* 1733. §. *Judiciali, & in Gerunden. divisionis Pa-
rochiæ super attentatis, & provisione* 5. *Maii* 1755. §. *Apertoque cor.
Amadeo*, ubi statuitur, posse Parochum ab Episcopo obligari ad re-
tinendum Vicarium, cujus opera sit magis in loco profutura. Im- 80
mo non una tantum, sed plures erigi ab Episcopo Vicariæ possunt
sub eadem Parochia, quotiescumque territorium sit valde diffu-
sum, & una non sufficiat pro populari commoditate Vicaria: ut in 81
folio *dict. Vicen. Parochiæ de Liussano*, ubi agebatur de quatuor Vi-
cariarum in diversis locis peragenda erectione: quod a Sacra Con-
gregatione fuit approbatum.

Hæc verissima quidem sunt, & a nemine controverti queunt,
prout in titulo *de dismembratione, seu divisione Ecclesiarum pa-
rochialium* demonstrabimus. Difficultatis autem cardo in hoc
consistit, utrum perpetuæ, vel amovibiles hisce in Ecclesiis erigi
debeant Vicariæ. Sed ex variis Sacræ Congregationis Concilii re-
solutionibus, & supremi Rotæ Tribunalis hac de re editis decisio-
nibus, apertissimum, firmissimumque eruitur argumentum, nil
pro certo hac in re posse determinari, sed unice ab Episcopi arbi-
trio, & prudentia ex circumstantiarum qualitate regulandis pen- 82
dere circa has vel perpetuas, vel amovibiles erigendas Vicarias.
Verum enim vero si Ecclesiæ fundatores Vicariam potius amovi-
bilem, quam perpetuam voluerint, hæc fundatorum, seu patro-
norum intentio erit religiose custodienda: tum quia Vicarias amo- 83
vibiles canonica etiam jura permittunt, *glossa in Clem. Frequens* 84
*vers. Quidem etiam, verbo Ad mensam, de excess. Prælat. Concil. Tri-
dent. sess.* 21. *de reform. cap.* 4., *Geminian. cons.* 86. *num.* 3., *Rota
decis.* 222. *sub num.* 20. *cor. Crispo, in Bononien. amovibilitatis Cap-
pellani, super bono jure* 12. *Jun.* 1728. §. *Sicut enim cor. Card. Cre-
scentio, seu decis.* 27. *num.* 1. *& in Nullius provinciæ Ravennaten.
Vica-*

Vicariæ 11. *Feb.* 1737. §. *Ex hoc cor.* *Calcagnino*. Tum quia fundatores in limine fundationis apponere possunt qualcumque licitas, & honestas, sibi bene visas, etiam juri communi contrarias condi-
85 tiones, per *text. in cap.* *Cum ad Apostolica de iis, quæ fiunt a Pral.*, *cap.* *Cum plantare, ibique gloss. verbo Ecclesias de privil.*, *Pitonius discept. eccles.* 25. *num.* 9. *tom.* 1., *Rigant. ad regul.* *Cancell.* 42. *num.* 37., *tom.* 3., *ac Rota decis.* 39. *num.* 8. *de jurep. cor. Falcon.*, *in Nullius, seu Barchinonen. operariæ* 9. *Jan.* 1733. §. *Quia coram Calcagnino*; ac in specie *in Tranen. juris nominandi* 2. *Jul.* 1745. §. *Licet enim cor. Card. Bussio*, ubi ait Patronos etiam laicos, vel ex lege fundationis, vel immemorabili posse Vicarium amovibilem
86 ad curam animarum deputare, & amovere.

Quandoque Episcopus, justis de causis, potest Vicariam per-
87 petuam erigere, eamque ad liberam sui collationem reservare: quemadmodum declaravit Sacra Congregatio Concilii in *Brixinen. Vicariæ* 12. *Martii* 1742., confirmata 22. *Jun.* 1743., *thes. resol. pag.* 103. Etenim Episcopus Brixinensis ad providendum spirituali bono populi degentis in monte Werbergi, e re existimavit erigendam esse Vicariam perpetuam in Ecclesia S. Petri in eodem Werbergi monte posita, ac intra fines parochialis Ecclesiæ in Celsass. monasterio S. Georgii adnexa existente, ac consilium cœpit conferendi ex proprio ære in dotem novi beneficii curati florenos bis mille, cum aliis bis mille supra biscentum ad hunc finem a quodam religioso Benefactore habitis, aliisque etiam legatis, ac juribus, quæ in d. folio referuntur, ea tamen lege, quod istud beneficium ad liberam sui collationem imposterum spectaret. Cumque super hac re inter Episcopum, & Monachos contendentes jus nominandi sibi debere reservari, lis ad Sacram Concilii Congregationem delata fuerit, dubioque proposito: *An sit locus erectioni Vicariæ perpetuæ liberæ collationis in casu &c?* Emi Patres sub d. die
88 16. *Martii* 1742. responderunt: *Affirmative? servata in provisionibus forma concursus*, sed reclamante Abbate una cum dd. Monachis S. Georgii, iterum reassumpta causa, propositum fuit dubium: *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.?* prodiit resolutio: *In decisis, & amplius*.

Hinc duo proficiscuntur Consectaria, quorum primum hoc est, quod in arbitrio, & prudentia Episcopi reponitur pro erigenda vel perpetua vel amovibili Vicaria, ordinare vel novæ Ecclesiæ constructionem, vel hunc ad usum, & finem destinare aliquam
89 Ecclesiam liberam jam sitam in territorio, & ambitu Parochiæ: quod a Sacra Congregatione Concilii in aliis quoque locis passim fuit approbatum, ac præsertim in *d. Vicen. Parochiæ de Liussano* §. *Pro impetranda*, ubi sic legitur: *Jus suboritur expetendi in Oratoriis,*

toriis, *& Eccleſiis filialibus deputationem Cappellani Coadjutoris*,
qui munera parochialia exerceat; item in *Sorana* 17.*Novemb*.1753.,
theſ. reſol. pag.103. confirmata 10. *Jul*. 1754. *pag*.47., ac Sacra
Rota *deciſ*.464. *num*.8. *part*.4. *tom*.1. *rec*., ac alibi paſſim.

Secundum Conſectarium in hoc poſitum eſt, quod in erigen-
da Vicaria debet aſſignari congrua pro neceſſaria Vicarii ſuſtenta- 90
tione, ad *cap.de Monachis de præb.*, *Clem*.1. *de jurep.*, *Concil.Trid.*
ſeſſ.6. de reform. cap.2., *ſeſſ.7. de reform.cap*.4., *Ventrigl. in praxi*
d.part.1. *annot*.20. §.2. *num*.8., *d. Conſtit*.47. *Pii V.*, *d. Conſt*.15.
Gregor. XIII., *d. Conſtit*. 103. *Bened. XIII.*, *ac Conſtit*. 103. *Be-*
ned.XIV. tom.1. *ſui Bull.*, ac Sacra Congregatio Concilii in locis
relatis, ac in *Comen. Diſmembrationis* 13. *Martii* 1751. *ad* 1. *&* 2.
dub., *tom*.20. *theſ. reſol. pag*.21., ac præſertim in *d. Vicen. Paro-*
chiæ 23. *Aug*.1760. §.*Vicen*. ibi: *Stipendium conſtituatur Sacerdo-*
tibus Coadjutoribus, *qui deputandi ſunt in Eccleſiis filialibus S.Chri-*
ſtophori de Borraces, *& S. Eulaliæ de Podio Oriol.*, & §.*At ſive*,
ibi: *At ſive temporaneos*, *ſive perpetuos conſtituere oporteat Coadju-*
tores, *ſtipendium &c.*, *ac Rota d.deciſ*.464. *num*.8.

Circa quantitatem congruæ diſcrepant Tridentini Patres a
Summo Pontifice Pio V. Nam in *ſeſſ.6. de reformat. cap*.2. præſcri-
bit Tridentinum Concilium aſſignandam eſſe Vicario congruam
portionem ex fructibus, & in *ſeſſ*.7. *de reform. cap*.7. ſtatuit aſſi-
gnandam eſſe in tertia parte fructuum, vel majori, aut minori, 91
arbitrio ipſorum Ordinariorum. E contrario divus Pius V. in
Conſtitutione 47. *verſ. Statuimus*, jubet aſſignandam eſſe in ſumma
non majore centum, nec minore quinquaginta ſcutis annuis, in 92
quo concordant *Fagnan.in cap.de Rectoribus de Cleric.ægrot.num*.9.,
Paſſerin. in cap.Suſcepti de præb. in 6. *num*.12., *Card. de Luca diſc.*
20. *num*.5., *ac Rota cor. Card. Elephantutio in Aſculana augmenti*
congruæ, 25.*April*.1755. §.5., *&* 10.*Maii* 1756. §.2. Sed in hiſce
congruis aſſignandis, taxandiſque non Tridentinum Concilium, ſed
S.Pius V. ſequendus eſt, quemadmodum docent *Barb.de jure Eccl.* 93
univ. lib.3. *cap*.6. *num*.43., *Ventrigl.in praxi d*.§.2. *num*.3., *Garz.*
de benefic. part.9. *cap*.1. *ſub num*.295., qui refert ita fuiſſe a Sa-
cra Congregatione anno 1593. Epiſcopo Abulenſi reſponſum, ac
Campanil. in diverſ. jur.Canon. rubr.7. *cap*.6. *num*.120.

Hæc autem Piana Conſtitutio cum intra limites puræ, & præ-
ciſæ ſuſtentationis Vicarii curati ſit cohibenda, non efficit, quo-
minus attentis aliis circumſtantiis valeat alterari, & congrua aſſi-
gnari etiam major ſumma ſcutorum centum annuorum, ut tradit 94
Card.de Luca in annot. ad Concil.Trid.ſeſſ.9. *num*.10., *Tondut.quæſt.*
benef. cap.58. *num*.13. *tom*.1., *de Luca ad Gratian. diſcept*.399.
num.1. *& ſeqq.*, *de Fargn. de jurepatron. part*.4. *can*.1. *caſu* 2.

*num.*16., in quo mirum in modum concordat Rotalis auctoritas in *Constantien. institutionis Parochi ad Bronnen.* 21. *Jan.*1755. *cor. Vicecom.* §. 5., ubi agebatur de congrua assignata Parocho ascendente ad summam florenorum 333., seu monetæ Romanæ scutorum 122., in quo §. hæc habentur; *Cum talis congrua longe excedat illam a S. Pio V. taxatam in sua Constitutione Ad exequendum* 47. *in Bull. novo* §.1. *&c.* Debet enim Episcopus in assignanda hujusmodi congrua attente considerare qualitates, & circumstantias
95 loci, Ecclesiæ, personarum, quantitatem fructuum, onerum, numerum animarum, & similia, ut notat *Fagnan. in cap. Extirpandæ de præb. num.*17., *Tondut. ut sup. num.*13. *& seq.*, *Gratian. d. discept.*399. *num.*3. *& seqq. De Fargna ut supra num.*13., *Rebuff. de congrua quæst.*1., ac præsertim *num.*11., *Ventrigl. d.* §.2. *num.*17., *Barb. de jur. Eccl. univ. lib.*3. *cap.*6. *num.*42., *Rota decis.*3. *num.*2. *part.*2. *divers.*, *decis.*437. *num.*1. *part.*3., *& decis.*193. *num.* 6. *part.*4. *recen.*

Ex quibus nonnulli inferunt, posse quandoque congruam esse minorem quinquaginta, inter quos *Paul. de Cittad. de jurepatr.*
96 post *Lambertin. part.*3. §. *Secunda causa num.*5., *Hoyed. de congrua lib.*1. *resol.*1. §.1., *De Fargna ut supra num.*16. Ac præsertim si consuetudo vigeat, ut talis congrua minori in summa taxetur: ut
97 eruitur in folio S. Congregationis Concilii in *Eugubina* 12. *Jan.* 1731. §. *Denique*, *tom.*5. *thes. resol. pag.*231., ubi referente Episcopo Eugubino, consuetudo vigebat in tota diœcesi, ut congrua assignari posset etiam minor illa, quæ a S. Pio V. taxata reperitur, videlicet, quæ saltem annuam summam scutorum 45. mon. Rom. attingeret.

Hæc autem omnia suum amittunt robur, & e fundamentis
98 evertuntur, si de Vicariis præsertim perpetuis habeatur sermo, utpote valde repugnantia tum *D. Pii V.*, tum *Benedicti XIV.* menti, ac voluntati. Hic enim Summus Pontifex *D. Pii V.* Constitutionem confirmando, statuit, quod remoto discrimine inter Vicariam constitutam, & constituendam, congrua Vicario perpetuo assignanda, vel assignata nequeat esse minor scutis quinquaginta,
99 ita ut si aliquid desit ad hujusmodi summam, debeat augmentum fieri, & supplementum necessarium, ablata in hac re quacumque consuetudine, & observantia in contrarium: ut videre est in sua *Epistola encyclica*, seu *Constitutione* 103. incipiente *Cum semper tom.*1. *sui Bull.*, in quo consonat Rota *cor. Card. Elephantutio in Asculana augmenti congruæ* 15. *April.*1755. §.21.

In hac autem congrua Vicario curato assignanda non debent
100 computari emolumenta stolæ; quemadmodum *Benedictus XIV.* declaravit favore Vicarii Curati S. Blasii *della Fagnetta*, & illius S. Ca-

S. Catharinæ *de Rota* a Capitulo Vaticano eligendorum ex approbatis ab Emo Urbis Cardinali Vicario, ut legere est in *Constit.*59. *Ad honorandum* §.42. *tom.*3. *sui Bullarii*. Ratio autem per se manifesta existit: quia nempe congrua non debet ab incerto pendere, 101
ex Rota *cor. Vicecomite in Lunen. pensionis* 26. *Febr.*1755. §.*Objectum*. In congrua enim calculari non possunt emolumenta, nisi certa, vel quæ aliquam habere possunt moralem certitudinem, per 102
Rotam in *d. Asculana* §.7.

Non levem hic ingerunt difficultatem illa Pianæ Constitutionis 47. §.*Statuimus* ita concepta verba: *Computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus a Curatoribus anima-* 103
rum communiter percipi solitis. Sed hujusmodi difficultas statim dissolvetur, si præ oculis habeatur emolumentorum, quæ incerta sunt, differentia. Etenim emolumenta alia sunt incerta in sola quantitate, alia e contrario in quantitate, & substantia: ut optime di- 104
stinguit Rota in *Asculana contributionis congruæ*, 28. *April.*1755. §.8., *& in eadem Asculana augmenti congruæ*, 10.*Maii* 1756. §.2. *&* 3. *cor. Card. Elephantutio*. De primis emolumentis loquitur. Summus Pontifex *Pius V.*, non autem de secundis; ut ait Rota in 105
d.Asculana augmenti congruæ §.3. *&* 5. Obventiones, seu emolumenta incerta tum ratione substantiæ, tum ratione quantitatis, uti dependentes ex mera offerentium voluntate, dici possunt, quæ proficiscuntur ex administratione Sacramentorum, ex eleemosynis altaris, funerum, & similium, ad tradita a *Scarfantonio* 106
ad Ceccoper. *lib.*3. *tit.*3. *num.*6., *Corrad. in praxi benefic. lib.*3. *cap.*9. *num.*22., *Ventrigl. in praxi d.* §.2.*num.*20., *Franc. Leo in thes. for. Eccles. part.*2. *cap.*31.*num.*8., *Campanil. divers. jur. canon. rubr.*7. *cap.*6. *num.*120., additis, quæ habentur in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Papien.* 2.*Martii* 1722. §.*Fundamentum*, *thes. resol. pag.*165., ac Rota in *d.Asculana contributionis congruæ* §.8. *&* 9., *&* 10.*Martii* 1756. §.3. *&* 5. Emolumenta viceversa, quæ incerta sunt quoad quantitatem, sed aliquam habent certitudinem ratione substantiæ, dici possunt v. g. decimæ frumenti, 107
vini, olei, & similium, per Rotam in *d.Asculana augmenti congruæ* 25. *April.* 1755. §.8.

Ex eo, quod *S. Pius V.* de Vicariis tantum perpetuis loquatur, quemadmodum sentit *Clericat. de benefic. disc.*54. *num.*29; *&* 20., nonnulli colligunt, Pianam taxam habere locum in dictis Vicariis perpetuis, non autem in temporalibus; sed id perperam; 108
nam quamvis de illis tantum loquatur, vel loqui videatur, attamen, quod de istis in d. Piana *Constitutione* 47. taxatum legitur, ad temporales quoque extendi potest, quemadmodum Sacra Con- 109
gregatio Visitationis declaravit in *Fanen.* 26. *Novemb.*1693. teste

Monacel. in formul. for. eccleſ. tom. 1. num. 15. pag. 214. Enim vero eadem ratio exigens aſſignanda idonea vitæ ſubſidia illi, qui ani-
110 marum curam exercet, par atque eadem eſt circa Vicarios utriuſque generis, ut in folio legitur S. Congregationis Concilii in *Eugubina 13. Jan. 1732. § Cæterum, tom. 5. theſ. reſol. pag. 250.*, adeoque ubi militat eadem ratio, eadem juris diſpoſitio debet militare, ad *text. in L. Illud ff. ad L. Aquil. & L. fin. cod. ad L. Falcid.*, Rota in *Romana, ſeu Viterbien. dotis, & lucri, ſuper exequatur contra bona fideicommiſſa, 22. Jan. 1757. §. 4. cor. Canilliac, & cor. eod. in Civitatis Caſtellanæ, 21. Novemb. ejuſd. anni §. 2.*

Id quoque confirmatum apparet auctoritate S. Congregationis Concilii in *d. Eugubina*, ubi propoſito dubio: *An, & in qua annua quantitate, & in qua moneta fieri debeat a Canonicis Regularibus Lateranenſibus aſſignatio congruæ pro Curato ſive ſæculari, ſive Regulari, in caſu &c.?* reſponſum fuit: *Servandum eſſe ultimum ſtatum, & amplius.* Sciendum enim eſt, quod in Eccleſia parochiali S. Martini a *Leone X.* anno 1513. annexa monaſterio S. Ubaldi Congregationis Lateranenſis, Epiſcopus Eugubinus pro illius regimine deputaverat in Vicarium Presbyterum ſæcularem valde idoneum, cum aſſignatione ſcutorum 32. *mon. Rom.*, quæ juncta cum decimis ac redditibus horti conſlabant annuam ſummam ſcutorum circiter quinquaginta. Eadem congrua ſoluta quoque fuerat ultimis Vicariis, qui Regulares fuerant. Sed Abbas renuebat ultimo Vicario ab Epiſcopo ſic deſtinato, ſolvere eamdem congruam, quæ duobus anterioribus fuerat aſſignata: & contendebat reaſſumere veterem morem tradendi ſcuta 16. *mon. Rom.*, atque Vicarium ſub tacita conventione nominavit. At Epiſcopus id omnino rejecit, nullamque pati voluit, ad normam Pianæ Bullæ, diminutionem, niſi prævio Sacræ Congregationis judicio, quod deinde prodiit eo modo, quo ſupra retulimus.

Erat igitur æquiſſimum Sacræ Congregationis decretum, attenta ultimorum ſtatuum qualitate circa aſſignationem congruæ Pianæ menti reſpondentis: at multo magis rationi, atque juſtitiæ congruebat hujuſmodi reſolutio, ne dicta Abbatem inter, & Vicarium curatum tacita, privataque conventio effectum ſuum ſortiri poſſet de congruæ diminutione circa illam ab Epiſcopo prudenter factam aſſignationem: quandoquidem hujuſce generis conventiones jam a Sacra Epiſcoporum Congregatione fuerant in vim generalis legis reprobatæ, rejectæque: apud *Pignatell. con-*
111 *ſult. canon. 31. num. 1. tom. 3.* abſolute declarando non valere pactum initum cum Vicario curato de minuenda congrua jam ab Epiſcopo conſtituta.

Sive ergo erigenda ſit Vicaria, ſive jam erecta exiſtat, debet,

bet,

bet, ut nemo non concipit, utroque in casu congrua assignari, cum ista omnino exigatur, ne animarum cura negligatur, neve parochialis Ecclesia debitis fraudetur obsequiis, eo quod ejusdem 112
Ecclesiæ Rectori congrua desit sustentatio; *Clem.* 1. *de præb.*, *Concil. Trid. sess.* 25. *de reform. cap.* 16., *Ventrigl. in praxi d. part.* 1. *annot.* 20. §. 2. *num.* 8., ac præsertim *Benedictus XIII. in proœmio Constitutionis* 116. incip. *Ex debito*, ibi: *Ex debito pastoralis officii sedulo vigilare nos convenit, ne ob rerum temporalium inopiam divinus cultus minuatur in iis præsertim, qui curam animarum exercent*: tum in *Constit.* 134. incip. *Pastoralis*, ubi in proœmio hæc habet aurea verba: *Pastoralis nostra sollicitudo exigit, ut in hoc præcipue excubemus, ne cura animarum in Ecclesiis parochialibus hujus almæ Urbis, & extra illius pomœria constitutis, neglecta, & collapsa propterea concidat, quod earumdem Rectoribus congrua sustentatio desit, sine quibus eorum officium, non eo, quo par est, zelo, & pietate exercere, ipsamque animarum salutem magnum discrimen incurrere longa experientia didicimus*. Hinc ipsemet laudatissimus Pontifex dicta *Constitutione* 134. nonnullas Ecclesias parochiales extra Urbis mœnia, quia sufficienter dotatæ reperiebantur, congrua portione privavit: ut legere est in §. 2., aliis vero quibusdam parochialibus congruam assignavit portionem, 113
ut in §. 3. adparet.

Si vero jam fuerit pro Vicario Curato congrua assignata, sed ista sufficiens minime judicetur, quippe quæ ad normam Pianæ Constitutionis non assignata, debet Episcopus operam dare, ut illi, ad quos pertinet, quam primum dicta congruæ supplementum conficiant: ut monet Rota *in d. Asculana augumenti congruæ* 114
10. *Maii* 1756. §. 2. *cor. Card. Elephantutio*, ubi statuitur, quod congua minor summa quinquaginta scutorum ad hanc summam augeri debeat. Nec Vicarius Curatus plus petere poterit, si ad vitæ sustentationem hujusmodi quinquaginta scutorum congrua sufficiat, ita regionis usu, ac qualitate suadente, per Rotam 115
in d. Asculana augumenti congruæ 28. *April.* 1755. §. *finali*, & in altera 10. *Maii* 1756. §. *fin. cor. eod. Card. Elephantutio*, ibi: *Quia cum certo annuo redditu scutorum quinquaginta, immuni ab onere manutentionis Ecclesiæ, decenter vivere potest Vicarius, inspecto usu regionis*. Hoc autem onus suppeditandi augmentum congruæ ab initio sufficienter non assignatæ, ad eosdem pertinet, ad quos illud suppeditandi integram congruam debet pertinere: eadem 116
enim ratione, qua quis tenetur ad solutionem congruæ pro Vicario Curato, eadem tenetur ad supplementum, quando id Episcopus necessarium judicaverit, ad notata a *Franc. de Eccl. Cathed.* 117
cap. 1. *n.* 111. *Pignatell. consult.* 44. *n.* 10. *tom.* 8. *Rota decis.* 2158. *num.* 48.

*num.*48. *cor.* Coccino, *decis.*878. *n.* 9. *cor. Molin.*, & *in d. Asculana contributionis congruæ*, 10. *Maii* 1756. §.3. ibi: *Ex quo sequitur, perperam in dubium revocari obligationem solvendi jam decretum supplementum, quæ descendit ab onere solvendi dictam congruam*: Idque multo magis, si majora ratione curæ percipiantur emolumenta, ut declarat Rota *in eadem Asculana* §. *finali*, ibi: *Posito igitur, quod penes Archidiaconum adsit cura habitualis, ac adsit duplex præbenda ratione curæ, perperam contenditur teneri Capitulum ad supplementum congruæ*.

Nondum, prout decet, explanavimus, ex quorum redditibus assignare Episcopus valeat congruam pro Vicarii Curati sustentatione necessariam. Distinguere juvat parochiales Ecclesias unitas ab illis, quæ unitæ minime proponuntur. Etenim si Parochialis Ecclesia, in qua erigi debet Vicaria, ad Capitulum, Collegium, Monasterium, Locum pium, aliamve Ecclesiam in
118 vim unionis pertineat, cum habitualis cura penes dicta loca resideat, congrua assignari debet ex redditibus illius Ecclesiæ, favore cujus fuit unio permissa, ut per *Glossam in cap.*1. *de Cappellis Monach.* tradit *Rebuff. in tract. de congrua, quæst.*3. *num.*17. & *seqq.*, & *in praxi benefic. lib.* 1. *quæst.* 3. *n.*19., & *lib.* 2. *quæst.*12. *num.* 20. ac Sacra Congregatio Concilii in *Eugubina* 12. *Jan.*1732. ubi Abbas Monasterii S. Ubaldi, cujus fuerat Ecclesia Parochialis unita, damnatus fuit ad assignandam legitimam congruam Vicario Curato, ac præsertim in *Nullius, seu Montis Casini*, 26. *Jan.* 1732., & *in Cingulana curæ animarum* §. *Cæterum* 19. *Jul. ejusd. anni*, & *ad* 3. & 4. *dubium*, ubi, cum quæreretur: *An Capitulum cogi posset ad eligendum Cappellanum, seu Vicarium pro exercitio curæ animarum, etiam extra gremium?* &: *An merces dicto Cappellano sit solvenda a Præposito* (penes quem non erat affixa cura animarum), *aut ex massa Capitulari?* responsum fuit: *Ad* 3. *affirmative*: Ad 4. *negative ad primam partem*, & *affirmative ad secundam*: ut videre est in *tom.* 5. *thes. resol. pag.*370. & *seq.*, ac demum *Rota cor. Falcon. decis.*3. *n.*8. *de union. benef.* & *decis.*263. *n.*13. *cor. Card. Crescentio*.

Ubi vero animarum cura habitualis non remaneat penes Capitulum, Collegium, Monasterium, vel simile, sed penes Parochum, seu aliquam Dignitatem, puta Archipresbyterum, Præpositum, Archidiaconum, aliumve similem, tunc non poterit congrua assignari ex Capitularibus redditibus, sed ex redditibus
119 Parochi, seu Dignitatis: juxta resolutionem sacræ Congregationis Concilii in *Vicen. Parochiæ de Liussano*, 23. *Aug.* 1760. §. *Onus*, *tom.*29. *thes. resol.* & decisionem Rotalem in *d. celebri causa Asculana Contributionis congruæ* 28. *April.* 1755., & 10. *Maii* 1756. *cor. Elephan-*

phantutio, contra Archidiaconum Cathedralis Civitatis Asculi. Juris enim nostri inconcussum principium existit, illum teneri ad congruæ solutionem pro Vicario Curato, qui curam habet ani- 120
marum habitualem, per *Text. in cap. extirpandæ de præb.*, in quo concordat folium Sacræ Congregationis Concilii *in d. Vicen.* §. *Onus*, tum S. Rota *in Colonien. congruæ* 12. *Jan.* 1748. §. 3., & 26. *Jun. ejusd. anni* §. 4. *cor. Canilliac*, & 10. *Jun.* 1750. §. 2. *cor. Migazzi*, & *in d. Asculana contributionis congruæ* 28. *April.* 1755. §. 2. & 6. *cor. Card. Elephantutio*. Multoque magis, quemadmodum de supplemento diximus, is apud quem animarum cura habitualis residet, ad congruæ præstationem tenebitur, si ratione 121
curæ majora percipiat emolumenta: per Rotam *in d. Asculana contributionis congruæ* 10. *Maii* 1756. §. 6. *cor. eod. Card. Elephantutio*.

Si e contrario Parochialis Ecclesia, ubi erigenda est Vicaria, sit Ecclesia filialis, sic erecta pro majori populi commoditate, in matricis adjumentum, tunc cuique patet, ex redditibus Ecclesiæ matricis, seu Parochi assignandam esse congruam pro Vica- 122
rio Curato: ut pluries Sacra Congregatio Concilii declaravit, ac præsertim in *Aquen. dismembrationis* 13. *Jan.* 1720., & 2. *Aug.* 1721., *lib.* 70. *decret. pag.* 297. & *lib.* 71. *pag.* 305., relata in folio *d. Vicen. Parochiæ de Linsfano*, 12. *Jan.* 1760. §. *Cappellanis*, d. *tom.* 29. *thes. resol pag.* 17. & *seq.*, *ac Rota coram Falcon. dec.* 34. *n.* 12. *in Miscell.*, ac alibi passim. Ratio autem in propatulo existit: quia non obstante hac Parochiæ dismembratione, cum plenaria hæc minime sit, adhuc habitualis cura penes Parochum 123
matricis Ecclesiæ remanet, ut signanter tradit *Abb. in cap.* 3. *ad audientiam n.* 16. *de Eccl. ædific.*, *Barb. ad Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 4. *de reform. n.* 7. & 11., *Rota decis.* 204. *num.* 1. *part.* 17. *rec.*, & *in Æsina Parochialis* 28. *April.* 1752. §. 2. & *seqq. cor. Card. Elephantutio*.

Dixi: *adhuc habitualis cura penes Parochum matricis Ecclesiæ remanet*: ut intelligatis hoc verum esse, quando Parochus matricis Ecclesiæ jure, & nomine proprio, independenter, ac privative jura Parochialia exercet, unoque verbo, quando Parochus in Ecclesia matrice habet revera habitualem curam; falsum tamen, quando hic animarum curam actualem tantummodo re- 124
tinet. Etenim sub nomine Parochi in casu, de quo loquimur, primus non secundus comprehenditur Parochus, idest qui verus est Parochus, non qui exercet munus Vicarii etiam perpetui in matrice Ecclesia, actualem tantum exercens animarum curam, ad 125
text. in cap. 7. *Trid. Concil. sess.* 7. *de reform.*, juxtaque præscriptum Pianæ *Constitutionis* 47., renovatæ a *Benedicto XIV.* in sua

Epistola

Epistola encyclica anno 1744. promulgata inter suas Constitutiones 103. incip. *Cum semper* §. 19. *tom.*1. *sui Bull.*, relata in *d. Vicen. Parochiæ de Liussano* §. *Cappellanis*.

Evenire quandoque potest, ut Capitulum, Collegium, aliave Ecclesia decimas percipiat, & tamen ad congruæ solutionem haud quaquam compelli valeat, sed in Parochum habitualem curam habentem transfundatur hujusmodi onus: quando videlicet decimæ non sunt Parochiales, seu Sacramentales, sed diverso
126 jure, diversaque ratione percipiuntur: quemadmodum legitur in folio Sacræ Congregationis Concilii in *d. Vicen. Parochiæ de Liussano* 23. *Aug.*1760. §. *Neque gravari*, *pag.*152., ac in specie deciditur a *Rota in d. Asculana contributionis congruæ* 28. *April.*1755. §.17. *& seq.*, *&* 10. *Maii* 1756. §.4. *&* 6. Neque etiam ulla habenda est ratio duplicium emolumentorum, quæ idem Capitulum percipiat occasione funerum: eo quod ista nequeant sem-
127 per considerari tamquam jura, & emolumenta Parochialia: quandoquidem considerari frequenter possunt ut emolumenta Capitulo concessa in præmium laboris, & interessentiæ funebris, ex notatis a *Pignatell. consult.*64. *n.*4., *Rota in d. Asculana contributionis congruæ* 28. *April.* 1755. §.20., *&* 10. *Maii* 1756. §.4.

Sed, cæteris omissis, de quibus suo loco, tandem notandum est, quod, si appareat, post hanc congruæ assignationem pro Vicario Curato, seu Coadjutore, sive in propria, sive in filiali Ecclesia destinato, non posse Parochum honeste, decenterque vivere, & juxta proprium statum sustentari, perperam ab Episcopo compelli poterit ad congruæ præstationem, sed tenebitur Capitulum, si ad ipsum Ecclesia pertineat, in subsidium concur-
128 rere pro supplemento: sicut a Rota decisum fuit in *d. Asculana* 28. *April.*1755. §. 19. respectu Archidiaconi, ibi: *Hoc enim obtinere quidem posset in subsidium, si controversæ decimæ essent Sacramentales, & præbenda Archidiacono impar omnino foret ad congruam Vicario præstandam*: & in eadem *Asculana* 10. *Maii* 1758. §. *finali*: vel populus, & incolæ, quorum commoditati consulitur, huic oneri submitti in subsidium poterunt, *ad text. in cap.*4. *sess.*21. *de reform.*. *De Fargna de jurep. part.*2. *can.*3. *casu* 1. *n.*8. *&* 13., *Bart. de offic. & potest. Episc. part.*3. *alleg.* 63. *n.*15. *in fine*, *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæst.*28. *n.*15., *ac in folio d. Vicen. Parochiæ* §. *Onus in fine*, *pag.*152., *ac Rota decis.*204. *n.*6. *part.*17. *rec.*, *& decis.*438. *in fine cor. Seraphino*.

TITU-

TITULUS V.

De Parochialitate, seu animarum Cura.

SUMMARIUM.

1 *Parochialitas nihil aliud est, quam animarum cura.*

2 *Animarum curæ nomine nil aliud intelligitur, quam potestas administrandi Sacramenta.*

3 *Sacramentorum administratio, animarum cura, & Parochialitas, si rigorose, & in sua propria significatione sumantur, sunt verba synonima, unum, idemque concludentia.*

Si uti jacent, & lato modo sumantur, sunt omnino æquivoca, fallacia, & diversa. Ibidem.

4 *Non omnis Sacramentorum administratio veram animarum curam, nec omnis animarum cura veram Parochialitatem jure complectitur, & designat.*

5 *Monasteria, quamquam animarum curam, & Sacramentorum administrationem habeant, non tamen sunt Parochialia, quia unicam constituunt familiam, non populum, neque territorium retinent.*

6 *Solum Monasterium est Abbatis territorium.*

7 *Collegia, seu Loca pia, ac præsertim Hospitalia, habentia Sacramentorum administrationem, & animarum curam, dici per id nequeunt Parochialia, quia deest populus, & territorium.*

8 *Pauperes infirmi, & similes, degentes in Hospitalibus non efformant populum, casuque in Hospitalibus, & ad tempus degunt, quousque nempe convalescant, atque animo redeundi ad proprias domos, & Parochias, quas minime amiserunt.*

9 *Commensales, Ministri, & cæteri inservientes in Hospitalibus, magis constituunt unum claustrum, unamque magnam domum, & familiam, quam plures domos, pluresque familias, ac consequenter populum, atque districtum.*

10 *Vera animarum cura, seu Parochialitas illa dicitur, in qua hæc quatuor concurrunt.* 1. *Potestas fori pœnitentialis cum mutua necessitate administrandi, & respective recipiendi Sacramenta.* 2. *Confinium certis circumscriptum limitibus, ubi populus degat certæ Ecclesiæ deputatus.* 3. *Exercitium curæ proprio, & independenti nomine per singularem Rectorem explendum.* & 4. *Implementum ejusdem exercitii privativum.*

11 *Si Parochialis Ecclesia ad aliam perpetuo transferatur, desinit esse Parochialis, & consequenter Parochialitas destruitur, quia deest subjectum, sine quo dari nequit Parochialitas.*

12 *Exercitium, & jura Parochialia transeunt in Ecclesiam, cujus favore fuit concessa Parochiæ translatio.*

13 *Non entis nullæ qualitates, nullæ proprietates, nullæ ideæ.*

14 *Animarum cura distinguitur in actualem & habitualem simul, & in actualem, vel habitualem.*

15 *Animarum cura actualis & habitualis, quæ propria, & plenaria dicitur, illa est, quam quis nativo, proprioque jure, & nomine, privative, & independenter exercet in certum, distinctumque populum.*

16 *Cura animarum actualis illa dicitur, quam quis actualiter per se gerere tenetur in populum ex necessitate officii, ratione Parochialis,*

lis, vel Curati beneficii, in quo est canonice intitulatus, seu institutus.

17 *Et ista vel stricte, & proprie sumitur, atque in foro animae exercetur, quae videlicet in foro poenitentiali, & in caeterorum Sacramentorum administratione consistit.*

18 *Vel latius & improprie, quae pertinet ad forum externum, seu contentiosum, & judiciale circa morum correctionem, & similia.*

19 *Beneficium habens jurisdictionem visitandi, excommunicandi, absolvendi, & alia id generis operandi, ad morum correctionem pertinentia, habet quoque animarum curam.*

20 *Cura animarum habitualis illa est, quae penes aliquem residet, vel ratione beneficii in fieri, sed non in facto, quia exequutionem potestatis non habet, vel defectu tituli spiritualis per unionem accessorie factam extincti, vel ob defectum, seu recessum Parochianorum, vel ex privilegio, seu consuetudine levatus fuit onere eandem curam actu exercendi.*

21 *Quando animarum cura accessarie tantum imminet alicui Dignitati, tale beneficium dici nequit curatum.*

22 *Adeoque ea tantum aetas requiritur, quae necessaria est ad hujusmodi Dignitatem obtinendam, non vero ea, quae a Tridentino Concilio praescribitur pro beneficio curato,*

23 *Ad constituendam Parochialitatem sufficit, ut habitualis cura penes aliquem, vel aliquod Corpus, seu Capitulum remaneat, actualis vero ab aliquo exerceatur.*

24 *Parochialitas non inducit per necesse curam actualem, sed habitualis sufficit.*

Nil implicat, quod aliqua Ecclesia sit eodem tempore Collegialis, & Parochialis. Ibidem.

25 *Etiam vera Cura dari potest in Collegiata.*

26 *Quando Ecclesia Collegiata, cujuscumque generis illa sit, est etiam Parochialis, jure attento, animarum cura inesse dicitur penes Capitulum; seu Collegium, actu vero in persona, quae illius exercitio praeficitur.*

27 *Juris rigore attento, existente habituali penes Capitulum, vel Collegium, actualis cura exerceri debet ab habente primam Dignitatem.*

28 *Animarum cura actualis plerumque inest penes Archipresbyterum in Collegiatis, ut primam Dignitatem.*

29 *In insigni Collegiata S. Mariae ad Martyres, animarum cura exercetur ab Archipresbytero.*

30 *In Ecclesiis Germaniae Archipresbyter animarum curam in tota Dioecesi exercet.*

In aliis vero locis id in desuetudinem abiit. Ibidem.

31 *Quandoque evenit, ut in Cathedralibus, vel Collegiatis, animarum cura actualis, & habitualis resideat penes Dignitatem, vel simplicem Parochum.*

32 *Archidiaconus, vel alius habens habitualem curam, tenetur ad congruae praestationem, vel illius supplementum pro Vicario Curato; non vero Capitulum.*

33 *Utraque cura residet penes Parochum, si Parochia, quamvis unita, per concursum libere provideri consueverit ab Ordinario, vel per Datariam.*

34 *Aliquando actualis cura solet exerceri inter Canonicos per turnum.*

35 *Quandoque etiam inter singulos Canonicos.*

36 *Hoc praesertim probatur ex divisione inter ipsos facta emolumentorum ab exercitio curae provenientium.*

37 *Animarum cura, rigorose loquendo, residere non debet penes singulos Canonicos, sed penes Capitulum habitualis, & penes unum ex Canoni-*

nonicis actualis.

38 *Sacra Congregatio Concilii mandavit Episcopo Sarnensi, ut alicui certæ præbendæ de Capituli consilio injungeretur actualis cura, vel Vicaria perpetua erigeretur, ne animarum cura vage Capitularibus immineret.*

39 *Utraque cura præsumitur collata Canonico, quando in Bulla erectionis hæ, vel similes formulæ leguntur:* pro ut jure usque peractum fuit: *vel*: & cui omnimode cura: *vel*: liberum, & plenum exercitium: *vel*: pleno jure pertineat: *vel*: independenter ab illius Capitulo, & Canonicis exerceat: *vel*: cum omnibus juribus Parochialibus plene, & omnimode:

40 *Contrarium: quia hæc omnia denotare possunt Canonicum Curatum habere liberum exercitium omnium jurium Parochialium, plene, & omnimode obvenientium ex cura actuali sibi antecedenter collata: non vero ex cura habituali, quæ in Capitulum fuit collata.*

41 *Illa ergo verba quamvis effrænata, & generalia, stare debent cumulative, & restrictive ad curam actualem.*

42 *Archipresbyter, vel alius Canonicus Curatus non eximitur ab onere choro, divinisque officiis interessendi.*

43 *Cura animarum non eum eximit a tali onere, sed a pœna, & efficit, ut pro præsente habeatur, dum animarum curæ dat operam.*

44 *Animarum cura quandoque exercetur a nemine ex Canonicis, sed ab extraneo Presbytero a Capitulo, seu Collegio deputato.*

45 *Et tunc habitualis cura remanet penes Capitulum, seu Collegium, actualis vero penes Vicarium a Capitulo deputatum.*

46 *Penes Capitulum Vaticanum habitualis, & penes Vicarium, Presbyterum sæcularem, actualis animarum cura residet.*

47 *In insigni admodum Collegiata Cherii, cura animarum exerceatur per extraneos Vicarios a Collegio deputatos.*

48 *In Cathedrali Augustæ Taurinorum, pro actuali Parochiæ servitio unus Curatus, & tres Sacerdotes Vice-Curati dicti, a Capitulo destinantur, occupanturque.*

49 *Canonicus Curatus, vel alius Vicarius, apud quem remanet cura actualis, considerari debet ut merus Capituli Minister, nullumque aliud habet jus in actuali curæ sibi commissæ administratione, quam exercendi functiones mere Parochiales.*

50 *In Parochialibus Regularibus cura habitualis residet penes Monasterium, seu Abbatem, aliumve Superiorem, vel Abbatissam, quæ alicubi Archiabbatissa dicitur, & actualis penes Vicarium ab Abbate, vel Abbatissa deputatum.*

51 *Regulares, & Monachi de jure sunt incapaces beneficiorum, præsertim parochialium.*

52 *Limita si Apostolica dispensatio intercedat.*

53 *Possunt Regulares retinere ex dispensatione Apostolica Parochias uti proprias.*

54 *Ex 81 Parochiis, quæ in alma Urbe enumerantur, 36 ad Regulares plene pertinent.*

55 *Quando Parochiæ sunt unitæ Monasteriis Mulierum, cura animarum residere dicitur improprie penes Monasterium, seu Abbatissam, idest quoad jus, quod ipsa habet nominandi, & deputandi Vicarium, cum translatione totius curæ.*

56 *Fœminæ uti incapaces jurisdictionis spiritualis, neque per se, nec per alium, earum nomine, exercere possunt curam habitualem.*

57 *Quando Parochialis Ecclesia ad Laicos pertinet, apud istos improprie quoque residet animarum cura.*

Quia Laici sunt incapaces jurisdictionis spiritualis. Ibidem.

58 *Parochialitas nunquam praesumitur, sed est concludenter probanda*.

59 *Deficientibus concludentibus probationibus, Ecclesia simplex praesumitur, non Parochialis*.

60 *Parochialitas vere probatur, ex producto monumento erectionis factae ab Ordinario, vel a Sede Apostolica, cum certa limitum, & populi assignatione*.

61 *Non producto Ordinariae, vel Apostolicae erectionis monumento, etsi probetur jus administrandi Sacramenta, & curam, talis Ecclesia praesumitur curata, vel filialis omnino a Matrice dependens*.

62 *Amplia si animarum cura a duobus aequo jure exerceatur*.

Repugnat Canonicae rationi, & disciplinae, ut jus Parochialitatis penes duos aequo jure resideat. Ibidem.

63 *Etsi aliqua Ecclesia, in qua Sacramenta, & cura administrantur, non probetur erecta in matricis adjumentum, seu vere filialis, tamen ob id non deducitur Parochialitas*.

64 *Sacramenta, & cura animarum exerceri quoque possunt in Ecclesiis non Parochialibus, ex privilegio, vel legitima praescriptione*.

65 *Ecclesia Parochialis longe differt a curata; nec valet argumentatio: est curata; ergo est Parochialis*.

66 *Habens animarum curam dici nequit habere Parochiam, seu beneficium Parochiale, sed optime e contrario*.

Beneficium Curatum latius patet, quam Parochiale. Ibidem.

67 *Si deficiant documenta erectionis; probari poterit Parochialitas per alia signa, dummodo concludentia*.

68 *Probatur Parochialitas, si communio Paschalis distribui soleat Parochianis, seu certo populo*.

69 *Item si Rector, seu Parochus nullam petat ab Ordinario licentiam exercendi sua munera*.

70 *Statim ac Parochus nominatus fuit, & approbatus, habet facultatem illimitatam ad omnes actus Parochiales, absque ulteriori Episcopi licentia*.

71 *Parochus in propria Ecclesia, in iis, quae spectant ad animarum curam, & Parochiales functiones, dicitur Dominus, & Episcopus*.

72 *Item ex antiquis, & modernis Ordinariorum enunciativis in actibus feriis, ac meditatis emissis: praesertim in singulis visitationibus, ubi Ecclesia semper fuit declarata Parochialis, & a caeteris distincta*.

Si fuerit ut Parochialis semper collata, & denominata. Ibidem.

Vel si actus possessorii, & a novo Parocho, & a veteribus fuerint unice exerciti in singulis juribus, & functionibus Parochialibus. Ibidem.

73 *Simplex dictum, aut factum Episcopi neque probat, neque excludit Parochialitatem: inefficax ad praejudicandum Ecclesiae juribus rite, perfecteque quaesitis*.

74 *Enunciativae per se plerumque nec probant, nec absentibus nocent*.

75 *Cum de enunciato tantum disputatur, enunciativae plerumque non constituunt probationem, nisi validis aliunde fulciantur argumentis*.

76 *Si Ecclesia fuerit ter, aut quater collata in titulum, etiam praevio examine, id minime potest concludere Parochialitatem, sed ad summum indicabit Vicariam evasisse perpetuam*.

77 *Amplia si non obstantibus hisce collationibus, nulla mentio, nullumque verbum includatur, quod legitimum Rectorem, aut Parochum, vel saltem animarum curam significet*.

78 *Formalitas examinis, aut concursus non probat Parochialitatem, quia potuit introduci per laudabilem consuetudinem ratione forsan inhaerentis oneris administrandi Sacramenta*.

79 *Ne-*

79 *Neque simplex denominatio parochialis Ecclesiæ.*

80 *Nomen* Parochialis, *vel* Parochi, *frequenter sumitur abusive, ad significandam videlicet obligationem administrandi Sacramenta.*

81 *Inter jura parochialia recenseri merito solent celebratio matrimonii, forus pœnitentialis, fons baptismalis, retentio oleorum pro infirmis, vel pulpiti pro concionibus præsertim quadragesimalibus, cœmeterium, ac perceptio decimarum, oblationum, ac similium*, & num. 111.

82 *Et hæc omnia Ecclesiam parochialem indicant.*

83 *Ista autem signa, & indicia sunt valde æquivoca, & fallacia, ex quibus non semper infertur ad veræ Parochialitatis statum*, & sub num. 89. 99. 106. 112. 116. 123.

84 *Aliud enim est, quod inter jura parochialia recenseantur, & qualitatem indicent parochialem, at longe aliud, quod jura, & qualitatem parochialem revera constituant.*

85 *Habitus monastici delatio inter jura monastica recensetur, & monasticam professionem indicat, non tamen inferri potest, quod talis delatio & jura, & qualitatem, seu professionem monasticam vere constituat.*

86 *Habitus non facit Monachum.*

87 *Præter constantem habitus delationem, requiritur professio, seu ut tria vota juxta proprium institutum, debito, legitimoque tempore, & modo emittantur.*

88 *Ex delatione habitus Regularis, seu Monastici per nonnullos Parochos habita, non inducitur Parochialitas Regularis.*

Potuit enim talis habitus deferri vel devotionis, vel fortasse ostentationis gratia. Ibidem.

89 *Matrimoniis interesse debet Parochus, il aque auctorizare.*

Possunt tamen a non Parochis celebrari ex indulto Sed. Apostolicæ, vel Ordinarii, aut ejusdem Parochi licentia. Ibidem.

90 *Matrimonium contractum coram Parocho non proprio, cum speciali tamen istius licentia, & pluribus testibus, ac verbis de præsenti, omnino validum existit.*

91 *In illa Ecclesia, in qua matrimonium celebratur ab extraneo Sacerdote ex Ordinarii, vel Parochi licentia, nulla parochialis jurisdictio in detrimentum Parochi acquiritur.*

92 *Amplia, si agatur de Ecclesia filiali in matricis adjumentum erecta.*

93 *Sacra Congregatio Concilii in* Albinganen. ad 1. & 2. *dubium, ubi declaravit posse Cappellanum administrare Sacramenta, exceptis matrimoniis, & præcepto paschali, intelligi debet, quando deest Parochi licentia.*

94 *Si matrimonium a non Parocho cum istius assistentia fuerit celebratum in Ecclesia non parochiali, per modum provisionis a Judice ita decretum, talis actus inefficax omnino est ad suppeditandum Parochialitatis argumentum dictæ Ecclesiæ.*

95 *Statim ac talis Sacerdos, seu Vicarius non reclamavit, & passus fuit præsentiam Parochi, implicite fuit confessus talem facultatem sibi non competere tamquam Parocho.*

96 *Unicus actus adductus pro vindicanda Parochialitate, rejici debet.*

97 *Nuptiæ nequeunt invito Parocho ab alio Sacerdote, præsertim Cappellano Hospitalis celebrari, sed a Parocho debent ministrari.*

98 *Unicus actus sufficit Parocho pro manutentione jurium parochialium.*

A fortiori si pluribus actibus possessoriis, & rebus judicatis sit suffultus. Ibidem.

100 *Parochus debet habere facultatem liberam, & illimitatam fori pœnitentialis, cum reciproca necessi-*

cessitate dandi, & recipiendi Sacramenta.

101 *Jus speciale fori pœnitentialis perperam inducit veram Parochialitatis qualitatem.*

102 *Amplia, si limitatum fuerit*, & num. 104.

103 *In Parochialibus, quæ alicui Collegio, Dignitati, vel Monasterio unitæ minime proponuntur, requiritur deputatio, & jus perpetuum, ac illimitatum fori pœnitentialis.*

105 *Parochi statim ac approbati sunt ad regendam parochialem Ecclesiam, approbati quoque censentur ad audiendas confessiones Parochianorum, absque ulteriori licentia.*

107 *Duo fontes baptismales rarissime permittuntur in una eademque terminatione.*

108 *Limita, quando consensus Ordinarii, & interesse habentium intercedit, prævia jurium parochialium præservatione.*

109 *Ex defectu retentionis fontis baptismalis non semper excluditur Parochialitas.*

110 *Non omnes Parochiæ, quamvis veræ, & propriæ, attentis quoque hodiernis temporibus, habent fontem baptismalem.*

112 *In Ecclesiis non parochialibus præsertim Monasteriis, & Hospitalibus ex privilegio possunt retineri sacra Infirmorum olea.*

113 *Item in Ecclesiis parochialibus filialibus, pro majori Parochianorum commodo: ita præsertim exigentibus justis causis a distantia, vel alio impedimento petitis.*

114 *Amplia, quandoque etiam nullo impedimento existente.*

115 *Exemplo res illustratur, petito ab Ecclesia parochiali S. Jacobi, vulgo* Scofciacavalli.

117 *Prædicatio verbi divini ad solos Episcopos, & cæterarum Ecclesiarum Prælatos ex officio pertinet.*

118 *Item ad Parochos, aliosque curam animarum habentes.*

119 *Ad alios nequit hoc munus pertinere, nisi ob impedimentum Episcopi, aliorumve Prælatorum, vel Parochorum, de licentia tamen ejusdem Ordinarii.*

120 *Limita, quando intercedit Indultum Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii approbatio, etiamsi agatur de quadragesimali tempore peragendis concionibus.*

121 *Defectus pulpiti, seu quadragesimalium concionum omissio, regulariter excludit Parochialitatem.*

122 *Hoc tamen negativum Parochialitatis argumentum quandoque est æquivocum, & fallax: quia dantur Parochiæ veræ, & propriæ, ubi tales conciones minime peraguntur.*

Res exemplis illustratur. Ibidem.

124 *Ecclesiæ non parochiales possunt ex privilegio, vel legitimo præscriptione habere jus sepulturæ, & cœmeterii.*

125 *In Ecclesiis filialibus frequenter permittitur hujusmodi jus, reservatis interim matrici Ecclesiæ funeralibus emolumentis.*

126 *Si Parochus jure proprio intersit funeralibus functionibus in aliqua Ecclesia, id Parochialitatem excludit in tali Ecclesia.*

127 *Item, quamvis Canonici duplicationem curæ accipiant in talibus functionibus, quando id refertur ad præmium interessentiæ.*

128 *Decimarum, oblationum, & similium perceptio non inducit Parochialitatem, nisi concurrat aliorum omnium jurium parochialium privativa exactio.*

129 *Possunt enim decimæ referri ad jus, quod a curæ retentione sit omnino diversum.*

130 *Possunt v.g. recipi ratione largitionis, quæ proinde non sacramentales sunt, sed temporales, & gratuitæ donationes.*

131 *Vel recipi ratione feudi, non ratione Parochiæ.*

132 *Amplia ad exclusionem Parochialitatis, si decimæ ex bonis pendan-*

dantur, quæ extra Parochiam, seu Diœcesim existunt.

133 *Item, si redditus Ecclesiæ administrentur per Laicos.*

134 *Redditus parochiales, si vere parochialis est Ecclesia, non a Laicis utpote incapacibus, sed a Parocho privative sunt administrandi.*

135 *Item excluditur Parochialitas, si nulla fuerit congruæ, perpetuæque dotis facta assignatio.*

136 *Inter alia requisita pro erigenda nova Parochia necessario includitur congruæ dotis perpetua assignatio.*

137 *Nihil insuper magis repugnat Parochialitatis essentiæ, quam Rectoris, seu Cappellani amovibilitas.*

138 *Si Vicaria, seu Cappellania fuerit quandoque provisa per sanctam Sedem in titulum, hæc intermedia provisio per Sedem Apostolicam expleta non includit Parochialitatis statum, quando tam a parte ante, quam a parte post fuit talis Vicaria considerata ut amovibilis, & sic ab iis, ad quos spectabat, provideri consuevit.*

139 *Collationes & provisiones vel Ordinaria, vel Apostolica auctoritate expletæ, nequeunt immutare statum, & naturam Ecclesiæ, seu beneficii.*

140 *Limita, si duo copulative concurrant, videlicet, si in Summo Pontifice scientia qualitatis beneficii concurrat, & si de ejus expressa voluntate dictam qualitatem immutandi concludenter edoceatur.*

141 *Testes probare nequeunt Parochialitatem, si deponant circa ea tantum, quæ animarum curam concernunt.*

142 *Animarum cura dari potest absque Parochialitate.*

143 *Amplia, si in Bulla erectionis, hæ clausulæ legantur:* Jure tamen parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius semper salvo, *vel:* sine præjudicio Rectorum parochialium Ecclesiarum: *vel addito onere certæ annuæ solutionis:* pro jure parochialis Ecclesiæ: *vel aliæ similes.*

144 *In quacumque dubietate recedendum non est ab ea interpretatione, quam suggerit usus, & observantia.*

145 *In Ecclesia, quæ intra Parochiæ ambitum continetur, & in qua Parochus actus jurisdictionales exercuit, Parochialitatis prætensio excluditur.*

146 *Pro eo, qui est in possessione exercendi actus jurisdictionales nomine & jure proprio, jurisque habet assistentiam super integra, solidaque Parochialitate, semper est respondendum.*

147 *Constans, ac judicialis observantia centum annorum per se validissima est ad includendam certo in loco Parochialitatem.*

148 *A fortiori ad pristinum quodcumque jus conservandum, & ad interpretandas vel Ordinarias, vel Apostolicas Bullas, atque Constitutiones.*

149 *Ad includendum in aliqua Ecclesia jus Parochialitatis quandoque non sufficit etiam duplex centenaria explendi varios actus parochiales.*

Etiam in Ecclesiis non parochialibus multoties contingit actus parochiales expleri vel precario, vel ad tempus, & provisionaliter. Ibidem.

150 *Simplices actus vel precario, vel ad tempus, aliove modo expleti in aliqua Ecclesia, istius statum, & naturam nequeunt immutare.*

Paro-

1 PArochialitas, ſi Rotalem ſequamur auctoritatem in *de-
ciſ.49. num.3. part.13. recent.*, nihil aliud eſt, quam
animarum cura. Nomine autem animarum curæ nil
2 aliud intelligitur, quam poteſtas adminiſtrandi Sacra-
menta, ad *cap.1. de Paroch.*, *Abb. in cap. Dudum 2.n.7.
de elect.*, *Gomeſ. ad regul. Cancell. quæſt.1. num.5. in regul. de idiom.*,
Gratian. diſcept.862. num.10., *Maſcard. de probat. conſ.468. n.1.*,
Rota cor. Cerro *in Bononien. parochialis* 10. *Feb.*1716. Si hujuſmodi
definitiones in ſua propria, & rigoroſa ſignificatione, quemadmo-
dum decet, accipiantur, eodem recidunt: cum Sacramentorum
adminiſtratio, animarum cura, & Parochialitas, ſub hoc ſenſu
3 acceptæ, pro ſynonimis habeantur, unum idemque concludenti-
bus. Si e contrario, quemadmodum jacent, hæc omnia ſuman-
tur, nil facilius occaſionem nobis ſuppeditabit in præjudicia dila-
bendi. Quandoquidem non omnis Sacramentorum adminiſtratio
veram animarum curam deſignat, nec omnis animarum cura ve-
4 ram in ſe complectitur Parochialitatem; *Ventrigl. in praxi part.1.
annot. 20. §. 1. num. 12.*, *Barb. de offic. & poteſt. Paroch. part. 1.
cap.1. num.35.*, *Rigant. ad reg. Cancell.11. num.32.*, *Rota deciſ.
277. num.14. cor.* Criſpo, *ac in Valentina juriſdictionis ſuper manu-
tentione 26. Jun.1754.*, *&* 10. *Martii* 1755. *cor.* Figueroa, *fere per
totum*, ac alibi paſſim.

Etenim habent Monaſteria Sacramentorum adminiſtrationem,
5 & animarum curam, per id tamen dici nequeunt Parochialia, cum
in ipſis deficiat populus, ſed unicam tantum conſtituant familiam,
neque territorium retineant, niſi intra illorum clauſtra, & ambi-
6 tum: Monaſterium enim Abbatis dicitur territorium, *Zerol. in
praxi Epiſc. part.1. verbo Proceſſiones*, *verſ. Ad quartum*, *Tambur.
de jure Abb. tom.1. diſp.15. quæſt.7. num.39.*, *Rota deciſ.348. n.35.*
Idemque dicas de Collegiis, ſeu Locis Piis, ac præſertim Hoſpita-
7 libus, cum in ipſis & territorium, & populus deſiderentur, *Rota
dict. deciſ.347. num.37.*, ac præſertim in *dict. Valentina juriſdictio-
nis* §.6. *&* 10. Si enim de pauperibus infirmis, & ſimilibus agatur,
iſti caſu, & ad tempus in Hoſpitalibus degunt, quouſque nempe
convaleſcant, atque animo redeundi ad proprias domos, & Paro-
8 chias, quas minime amiſerunt, ad *text. in cap. De his de Sepult.
cap.1. & 2. eod. tit. in 6.*, *Paſſerin. de ſtatu homin. tom.2. quæſt.187.
art.4. inſpect.4. cap.2. num.527.*, *& cap.3. num.513.*, *Barb. de Pa-
roch. part.3. cap.25. a num.26.*, *Card. de Luca eod. tract. diſc.23.
num.9.*, *Rota dict. Valentina juriſdictionis* §.10. Si vero agatur de
commenſalibus, miniſtris, & cæteris inſervientibus, magis con-
ſtituunt unum clauſtrum, unamque magnam domum, & fami-
liam, quam plures domos, pluresque familias, ac conſequenter
popu-

populum, atque districtum, ex firmatis per *Panimoll. decis.5. an-* 9
not.5. num.14. & 15., & Rota in dict. Valentina §.10.

Loquimur hic ergo de animarum cura in suo esse perfecto
considerata, ita ut nil amplius illi desideretur; seu loquimur de
Parochialitate necessariis omnibus illam constituentibus Instructa;
quæ ad quatuor principaliora reducuntur, videlicet ad potestatem
fori pœnitentialis cum mutua necessitate administrandi, & respe-
ctive recipiendi Sacramenta: ad confinium certis circumscriptum
limitibus, ubi populus degat certæ Ecclesiæ deputatus: ad exerci-
tium curæ animarum proprio, & independenti nomine per singu- 10
larem Rectorem explendum: & demum ad privativum ejusdem
exercitii implementum: ex notatis a *Rota decis.489. num.2. part.3.,*
decis.380. num.11. part.5. rec., in Constantien. parochialitatis, seu
reintegrationis Parochiæ 22. Febr. 1747. §. Siquidem cor. Card. Ca-
prara, in Gerunden. juris sepeliendi, super parochialitate 27. Febr.
1750. §. Siquidem cor. Vicecom., & in dict. Valentina jurisdictionis,
super manutentione 26. Jan. 1754. §.8., & 10. Martii 1755. §. 8.
& seqq. cor. Figueroa.

Hinc est, quod si Ecclesia parochialis ad aliam transferatur,
desinet esse parochialis, ac consequenter Parochialitas destruatur 11
necesse est; quia deficit subjectum, sine quo Parochialitas dari ne-
quit; *Mandos. de signat. grat. tit. de translat. vers. Quomodo paro-*
chialis, Gonzal. ad reg.8. Cancell. gloss.5. §.7. sub num.153., De-
cian. respons.6. num.10. vol.2., Rota in Salamantina beneficii 28. No-
vemb. 1608. cor. Ludovisio, & in Florentina præeminentiarum §.
Haud attento 17. April. 1733. cor. Corio. Exercitium enim paro-
chialis curæ, & jura parochialia transeunt in Ecclesiam, cujus 12
favore concessa fuit Parochiæ translatio: ad tradita *a Franc. de eccl.*
cathed. cap.7. num.59., Cocbier. de jurisd. in exempt. part.3. qu.2.
num.2., Lap. alleg.58. per tot., Rota cor. Corio in dict. Florentina
præeminentiarum §. Magis. Proindeque locum sibi vindicat notissi-
ma juris regula, qua edocemur non entis nullas adesse qualitates, 13
nullas proprietates, nullasque ideas, *L. Ejus qui in provincia ff. Si*
certum petat., L. Quidam referunt post princ., vers. Nullius ff. de
jure codicill., cap. Bonæ 1. ibique glossa, verbo Per rerum naturam de
reg. juris, reg.6. num. 1. & seq., Gonzal. ut sup. num. 70., Rota
cor. Falcon. de censib. decis.15. sub num.9. decis.55. num.3. de fidei-
com. cor. Molin. decis.372. num.4., & decis.465. num.6., ac cor.
Olivatio in Pecuniaria 24. Novembris 1758. §.7.

Solet animarum cura distingui in actualem & habitualem si-
mul, vel disjunctim in actualem, aut habitualem ut aperte eruitur ex 14
folio Sacræ Congregationis Concilii in *Vicen. Parochiæ de Liussano*
23. Aug. 1760., tom.29. thes. resol. pag.151. & seq., & ex Sacra

Rota in celebri causa *Asculana contributionis congruæ* 28. *April.* 1755.
& 10. *Maii* 1756. *fere per totum cor.* Card. *Elephantutio*; ac alibi
passim, ut infra videbimus. Animarum curam actualem & ha-
bitualem, quæ vera, propria, & plenaria nuncupari potest, illam
intelligo, quam quis nativo, proprioque jure, & nomine privati-
ve, & independenter, cum omnimoda jurium, & emolumento-
15 rum Parochialium in certum, distinctumque populum exercet,
de qua *Cap. Pastoral. ibique Canonistæ de his, quæ fiunt a Præl.*,
cap. 1., *cap. Relatum de Sepult.*, *Rota in Romana funeralium*, 29. *Apri-
lis* 1690. §. *Vis enim cor. Card.* Caprara, *ac per* tradita *cor. Figueroa
in dict. Valentina jurisdictionis*, 10. *Martii* 1755. §. 5. *Tum quia*.

Cura animarum actualis illa dicitur, quam quis actualiter per
se gerere tenetur in populum ex necessitate officii, ratione Paro-
chialis, vel curati beneficii, in quo est canonice intitulatus, seu in-
16 stitutus: *Barb. de offic. & potest Parochi part.* 1 *cap.* 1. *num.* 48. Et
ista vel stricte, & proprie sumitur, quæ in foro animæ exercetur,
quæ videlicet in foro pœnitentiali, & in cæterorum Sacramento-
17 rum administratione consistit, juxta *Glossam*, *verbo* Impendunt, in
Clem. Dudum de Sepult. Vel latius, & improprie, quæ pertinet
ad forum externum, seu forum contentiosum, seu judiciale circa
18 morum correctionem: & sic omne beneficium habens iurisdictio-
nem visitandi, excommunicandi, absolvendi, & alia id genus
operandi ad morum correctionem pertinentia, dicitur quoque ha-
19 bere animarum curam, *d. cap. Dudum circa med.*, *Maschard. de prob.
conclus.* 438. *num.* 20. *& seq. Barb. ut sup. num.* 47. *vers. Alio modo*,
Graff. decis. aur. part. 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 4., *Rigant. ad reg. Can-
cell.* 57. *num.* 17. 47.. Sed de hac animarum cura nostrum non est
hoc in loco differere. Cura autem animarum habitualis illa est,
quæ penes aliquem inest, vel ratione alicujus beneficii in fieri, sed
non in facto, quia executionem potestatis non habet, vel defectu
tituli spiritualis per unionem accessorie factam extincti, vel ob de-
fectum, seu recessum Parochianorum, vel quia ex privilegio,
20 seu consuetudine levatus fuit onere eandem curam actu exercendi:
ut prosequitur *Barb. d. cap.* 1. *num.* 48.

Quando animarum cura accessorie tantum imminet alicui be-
21 neficio, non potest tale beneficium dici curatum; *Anchar. Passerin.
& alii in cap. Si Apostolica de præb. in* 6., *Card. de Luca disc.* 24. *sub
num.* 5. *&* 6. *de benef.*, *Piton. discept.* 133. *num.* 24. *& seq.*, *Mas-
sobr. in praxi habendi concursus*, *requisit.* 7. *dub.* 43., *Rigant. ad Reg.
Cancell.* 11. §. 7. *num.* 392. Adeoque in iis Dignitatibus, quibus in
Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegialibus, animarum cura inhæ-
ret per Vicarium exercenda, non requiritur ætas a Tridentino Con-
22 cilio præscripta pro beneficio curato, sed ea tantum, quæ ad di-
ctam

ctam Dignitatem obtinendam necessario exigitur, *Rigant. loc. cit. num.*392., *Card. de Luca d. disc.*24. *sub num.*5.

Si quis autem fortasse crediderit ad Parochialitatem inducendam veram, & propriam, omnino exigi, quod animarum cura actualis, & habitualis conjunctim exerceatur, maximo in errore ita autumans versaretur: quandoquidem sufficit, ut habituali penes 23
aliquem, vel aliquod corpus remanente, actualis ab aliquo exerceatur. Nam Parochialitas non inducit per necesse curam actua- 24
lem, sed habitualis sufficit, juxta doctrinam *Rotæ decis.*37. *num.*9. *part.*13. Nihilque implicat, quod aliqua Ecclesia sit uno eodemque tempore, v.g. Collegialis, & Parochialis, per *Rotam decis.*234. *num.*22. *part.*16. *rec.* quandoquidem etiam vera cura dari potest in 25
Collegiata; *Calderin.consil.*118. *de præb.*,*Rota decis.*400.*n.*10.*part.*18. *tom.*1. *rec.*

Quando igitur Ecclesia Collegiata, cujuscumque generis illa sit, est pariter Parochialis, cura animarum attenta juris dispositione inesse dicitur penes Capitulum, seu Collegium, actu vero in 26
persona, quę illius exercitio preficitur; *Cap. Archipresbyter*, *cap. Officium*, ibique *Glossa*, *de offic. Archip.*, *Pignatell. consult.*150. *n.*2. *&* 3. *Rota cor.Molines decis.*461. *num.*2., *& cor. SSmo Domino* feliciter regnante CLEMENTE XIII. in *Juvenacen. jurisdictionis super aliis controversiis jurisdictionalibus*, 2.*Martii* 1736., inter ejus impressas *decis.*166.*num.*21. Hinc attento juris rigore, animarum cura habituali existente penes Capitulum, vel Collegium, actualis 27
cura exerceri debet ab habente primam Dignitatem; *Abb. in cap. Extirpandæ* §. *Quia vero num.*15. *de præb.*, *Rota cor. Cerro in Bononien. Parochialis* 10. *Febr.* 1716. §.*Posito enim*,*& in Civitaten.Canonicatus*, 2. *Septemb.* 1733. §. *Si licet cor. Card. Millino*. Adeoque animarum cura actualis plerumque inest penes Archipresbyterum, ut plurimum primam Dignitatem, ut declaravit Sacra Congregatio 28
Concilii in *Baren. congruæ* 28. *Aug.* 1756.*ad* 1. *dubium*, in tomo 25. *thes. resol. pag.*64. *& seq.*, *&* 3. *Decemb.*1757., relata in folio 12. *Jan.* 1760. §. *Baren.*, *tom.*29. *d. thes. pag.*8. Et sic Romæ observari solet in insigni Collegiata S. Marię ad Martyres, ubi Archipresby- 29
ter curam animarum summa cum laude actualiter exercet.

Immo in variis Ecclesiis Germanię Archipresbyter animarum 30
curam in tota diœcesi exercet; *Thomass. de vet. & nov. discipl. part.*1. *cap.*20. *sub num.*10., *Vanespen. in jus Eccles.univ.part.*1.*tit.*12.*n.*23., *Rota in Osnabruegen. jurisdictionis* 29. *Jan.* 1724. §. *Sed autem cor. Cerro*, *& decis.*299.*num.*15. *cor.* CLEM.XIII. Quod tamen in aliis abiit in desuetudinem, ex notatis *per Trullench. in praxi de Eccl.t.*1. *lib.*3. *cap.*5. *dub.*2. *num.*12., *Franc. de Eccl. Cathed. cap.*25. *n.*115, *Rota d. decis.*299. *num.*16.

R 2 Cæte-

Cæterum hac juris dispositione sublata evenire multoties potest,
ut utraque animarum cura, vel habitualis resideat non penes Capi-
tulum, seu Collegium, sed penes Dignitatem, aut simplicem etiam
31 Parochum: prout apertissime eruitur ex folio Sacræ Congregatio-
nis Concilii in *d. Vicen. Parochiæ de Liussano 12. Jan. & 23. Augu-
sti 1760. pag. 17. & seq., & 150. & seq.* ac præsertim in Rotali spe-
cie cor. *Card. Elephantutio in celebri causa Asculana contributionis
congruæ 28. April. 1755., & 10. Maii 1756.*, tum in eadem *Ascu-
lana augmenti congruæ 28. April. 1755., & 10. Maii 1756.*, ubi ex
jam demonstratis in fine tituli antecedentis onus congruæ, illiusque
supplementum pro Vicario Curato, non Capitulo Cathedralis Ec-
32 clesiæ Asculanæ, sed illius Archidiacono habenti habitualem anima-
rum curam imponitur. Si Parochia, tametsi unita Capitulo, Col-
legio, Monasterio, alterive simili Ecclesiæ solita fuerit per con-
cursum libere provideri, vel per Datariam, hoc in casu, ulla abs-
33 que dubitationis alea concludi potest, apud Parochum utramque cu-
ram remanere, ex Sacra Congregatione Concilii in d. folio *Vicen.
Parochiæ, 23. Augusti §. Ex hoc, pag. 151.*, ibi: *Tum etiam quia
progressu temporis Parochia libere consuevit provideri per Datariam,
vel Ordinarium prævio concursu, quod non leve est argumentum totalis
actualis curæ, & habitualis Parocho competentis*; & Rota in *Imolen.
Vicariæ super petitorio, 11. Mar. & 10. Decemb. 1759. cor. Herreros.*

Aliquando actualis cura exerceri solet inter Canonicos per tur-
34 num: ut observatur declaratum a *Rota cor. CLEM. XIII. in Ru-
ben. juris tumulandi, 27. April. 1731. §. Idque procedit*, seu inter
ejus impressas *decis. 13. num. 3.* Quandoque etiam inter singulos Ca-
35 nonicos: quod præsertim probatur ex divisione inter ipsos facta
emolumentorum ab exercitio curæ provenientium; *Rota in Civita-
36 ten. Canonicatus, 2. Decemb. 1739. §. Uberiorem cor. Card. Milli-
no*; Cæterum rigorose loquendo animarum cura actualis residere
penes singulos Canonicos non debet, sed penes Capitulum, seu Col-
37 legium habitualis, & penes unum tantum ex Canonicis actualis, ex
resolutionibus Sacræ Congregationis Concilii in una *Sarnen. 5. Maii
1649., & 7. Jul. 1731., tom. 5. thes. resol. pag. 155.* Sacra enim
Congregatio Episcopo Sarnensi respondit, quod curam animarum
Ecclesiæ Cathedralis vage Capitularibus imminere, non probarunt
Emi Patres, sed mandarunt alicui certæ præbendæ de Capituli con-
38 silio injungi, vel Vicariam perpetuam erigi, ut subjectus populus
certum Pastorem agnosceret: Fuit eadem causa *7. Jul. d. anni* ex-
citata, & proposito dubio: *An in Ecclesia Cathedrali Sarnensi cura
animarum actualis resideat penes omnes, & singulos Canonicos?* Sacra
Congregatio respondit: *Episcopum omnino debere procedere ad execu-
tionem litterarum Sacræ Congregationis anni 1646., additis etiam
Coad-*

Coadjutoribus curæ ex Canonicis, & de executione debere certiorare Sacram Congregationem.

Sunt nonnulli, qui ultra, quam par sit, progredientes autumant, non solum actualem, sed etiam habitualem fuisse Canonico curato impertitam animarum curam ex hisce Pontificiis verbis, in Bulla erectionis insertis: *Prout jure usque peractum fuit*: & *cui omnimoda cura*: *liberum, & plenum exercitium; pleno jure pertineat*; vel *independenter ab illius Capitulo, & Canonicis exerceat*: ut notat 39
etiam *Rota in Imolen. beneficii super pertinentia personali*, 13. *Jun.* 1747. §. *Cum enim*. Quandoquidem hujusmodi indicia mihi videntur omnino æquivoca, & periculosa; quemadmodum & illud: *Cum omnibus illius juribus parochialibus plene, & commode*; quia hæc omnia denotare quidem possunt Canonicum Curatum habere liberum exercitium omnium jurium Parochialium, plene & omnimode obvenientium ex cura actuali sibi antecedenter collata; numquam 40
vero ex cura habituali, quæ in Capitulum fuit collata. Quamobrem illa verba quamvis effrænata, & generalia, stare debent famulative, & restrictive ad curam actualem: quemadmodum 41
deciditur ex *textu cap. Inter dilectos* §. *Cæterum*, ibique *Gloss. verbo* Petitionis, *de fide instrum.*, *Menoch. cons.*23. *num.*14., & *cons.*180. *num.*4., *Natta cons.*98. *num.*22., Rota *decis.*350. *num.*8. *part.*17. *rec.*, & *in Ariminen. functionum, super primo dubio*, 13. *Feb.*1746. §. *Nec in controversia*, *cor. Lana*.

Hic obiter notandum, quod Archipresbyter, vel alius Canonicus, cui animarum cura affixa est, non eximitur ab onere choro, divinisque officiis interessendi: juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *Nullius Terræ Meldulæ officiaturæ, & aggregationis Confraternitatis*, 22. *Jan.* 1757. *ad* 1. *dubium tom.*26. *thes. resol pag.*6., & in *Ravennaten. servitii chori*, 14. *Martii ejusdem anni ad* 1. *dubium*, *d. tom.*26. *pag.*15. Enim vero cura animarum ei non præbet arbitrium serviendi, vel non serviendi Ecclesiæ, & choro interessendi, vel non, sed eum unice eximit a pœna, & efficit, ut pro præsente habeatur, quando animarum curæ dat operam: ut in dict. *Nullius circa medium*: in quo etiam consonat resolutio Sacræ Congregationis in *Vasionen. distributionis* 26. *Jun. anni antecedentis*, *idest* 1756. §. *Quod hæc*, *tom.*25. *pag.*48. & *seq.* 42 43

Hæc tamen superius dicta non impediunt, quin animarum cura a nemine ex Canonicis exerceri queat: sunt enim numero plurima Capitula, & Collegia, in quibus ab extranea persona a Capitulo, seu Collegio deputata, actualiter cura exercetur: & tunc 44
habitualis remanebit penes Capitulum, seu Collegium, actualis vero penes Parochum, seu Vicarium a Capitulo deputatum, *Hostien.* 45
in cap. Exposuisti in fine de præb., *Roman. consult.*67. *num.*2. & 3., *Ga-*

*Gabriel. conf.*140. *num.*7. *lib.*2., *Oldrad. conf.*67. *num.*1. *in fine*, *Pignatell. consult.*150. *num.*2. *tom.*9., *Rota decis.*450. *num.*2. *cor. Cerro*, *decis.*1236. *num.*3. & 7. *cor. Coccino*, *decis.*365. *num.*9. *cor. Molines*. Quod speciali modo fuit definitum a Sacra Congregatione Concilii in controversia inter Capitulum Vaticanum, & Vica-
46 rium anno 1622., declarando penes istum actualem, & penes illud habitualem remanere: quod a *Benedicto XIV.* fuit confirmatum in *sua Constitutione* 59. *Ad honorandam* §.49. *tom.*3. *sui Bullarii*.

Id, ut sexcenta omittam exempla, observatur quoque in Civitate Cherii, a patria mea parum distantis, ubi adest insignis admodum Collegiata, in qua animarum cura per exteros a Capitulo
47 adscitos, nominatosque Vicarios, qui Curati nuncupantur, exercetur. Idem Augustæ Taurinorum in Cathedrali Ecclesia, a cujus Capitulo pro actuali Parochiæ regimine, & servitio unus Curatus,
48 & tres Sacerdotes Vicecurati dicti, destinantur, occupanturque. Et hic animadvertendum, quod in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia parochiali, existente habituali cura penes Capitulum, & Collegium, Vicarius, apud quem remanet actualis, sive Canonicus existat, sive non, nullum habet jus in actuali administratione curæ animarum sibi commissæ, quam exercendi functiones, quæ mere,
49 & simpliciter sunt parochiales, quas late enumerat *Abb. in rubric. de Parochis num.*2., *Card. de Luca eod. tit. disc.*31. *num.*8. *Clericat. discord. forens. tom.*2. *tit. de jurisd. disc.*15. *num.*13. & 14., *Rota in magistrali decis.*552. *num.*2. *ad* 10. *part.*4. *tom.*2. *rec.*, & *in d. Ariminen. functionum super primo dubio*, 13. *Jun.* 1746. §. *Ratio coram Lana*, de qua materia in tomo tertio nos ample disceptabimus, si Deo O. M. bonorum largitori ita placuerit.

Quod de Collegiis sæcularibus dictum hactenus fuit, de Collegiis regularibus, videlicet tum virorum, tum mulierum Monasteriis, quoque erit intelligendum. Quo in casu habitualis animarum cura penes Monasterium, ejusve Superiorem, aut Abbatissam,
50 quæ Archiabbatissa ideo nuncupatur, residebit, actualis vero penes Parochum, seu Vicarium a Monasterio deputatum; *cap. Monasterium de offic. Archip.*, ac in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Sorana restaurationis Ecclesiæ parochialis in princ.*, 13. *Aug.* 1729. *thes. resol. pag.*338. Nam ad Regulares quod attinet, quamvis de
51 jure sint incapaces beneficiorum sæcularium, præsertim parochialium, ut ex folio Sacræ Congregationis Concilii, 22. *Aug.* 1750. §. *Ex his in Herbipolen. parochialis Ecclesiæ*, & *Primissariæ*, *thes. resol. pag.*71., *ac Rota in Vicen. beneficii*, 2. *Jul.* 1742. §. *Cæterum cor. Card. Bussio*; Nemo tamen inficias erit iturus, quod ex Apo-
52 stolica dispensatione Regulares, & Monachi valeant Parochiales quoque Ecclesias administrare, per *Rotam in Argentina parochialium*,

lium, 30. *April.* 1745. §. *Nec difficultatem cor. Card. Millino*: ac consequenter Parochiales Ecclesias uti Regulares, & proprias retinere, possidereque, ex notatis a Rota *in Sedunen. parochialis super re-* 53
gularitate 17. *Feb.* 1758. passim, *cor. Card. Bussio*, iis omissis, quæ in titulo *de diversis Parochiarum speciebus, & qualitatibus num.* 35. *& seqq.* exposuimus. Quod sola devincit experientia in alma Urbe edocens ex 81. Parochiis, 36. ad Regulares plene pertinere. 54

Si vero de Monasteriis mulierum agatur, quibus Parochialitas ex Apostolica dispensatione sit pari modo plenarie annexa, tunc animarum cura residere dicitur penes Monasterium, seu Abbatissam improprie, idest quoad jus, quod ipsa habet nominandi, deputandique Vicarios, cum translatione totius curæ in istos; *Card. de* 55
Luca disc. 15. *num.* 5. *de Parochis*, *card. Petra ad Constit.* 7. *Urbani IV. num.* 34., *& seqq.* ac Sacra Congregatio Concilii in *dict. Sorana restaurationis Ecclesiæ parochialis* 13. *Aug.* 1729. §. *Sorana*, *post med.*, *ac Rota decis.* 10. *num.* 8. *part.* 14. *rec.*, *& decis.* 5. *num.* 10. *post Murgam ad Constit. Benedict.*, *& decis.* 93. *num.* 6. *part.* 18. *rec.* Ratio autem est in propatulo: quia cura vere habitualis non potest per fœminas, tanquam incapaces jurisdictionis spiritualis, neque per se, 56
neque per alium, earum nomine exerceri: ut præter citatas auctoritates concludens est illa, quæ eruitur ex resolutione Sacræ Congregationis Episcoporum, 11. *Maii* 1708. *cor. Card. S. Clem.*, habita in *Nullius Castellanæ*, *seu Conversanèn.* Idemque dicas de Laicis, quando ad illos, vel ratione jurispatronatus, vel alia de causa, parochialis Ecclesia pertineat: ad quos non nisi improprie habitualis animarum cura, utpote jurisdictionis spiritualis incapa- 57
ces, remanebit, ex citatis auctoritatibus.

Sed hæc circa animarum curam delibasse sufficiat: nunc ad Parochialitatem in specie descendamus, signa, & argumenta, quibus ista vel probari, vel excludi potest, in medium adducturi. Hanc igitur ad rem tenenda est regula, Parochialitatem nunquam præsumi, sed esse omnino, atque concludenter probandam; *Staphil.* 58
de litt. grat. tit. de qual. & stat. benefic. §. 1. *num.* 1., *Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 32. *ad finem*, *Rota decis.* 37. *num.* 2. *part.* 13. *rec.*, *decis.* 29. *num.* 11. *& seq. cor. Herrera*, *& in Florentina præeminentiarum* 17. *Aug.* 1733. §. *Ratio*, *cor. Corio*: ita ut hisce deficientibus probationibus, simplex Ecclesia sit præsumenda, judicandaque illa, quæ parochialis contenditur; *Rota in Spiren. juris funerandi* 18. 59
Febr. 1743. §. *His itaque cor. Card. Tanario*. Nullum autem erit dubium, quin Parochialitas vere concludi valeat, quotiescumque producatur monumentum erectionis Ecclesiæ in Parochialem Ordinaria, vel Apostolica auctoritate decretæ cum certa limitum, & populi adsignatione: per ea, quæ tradit *Rota in Hispalen. decima-* 60
rum

rum de Vitera, 6. *Martii* 1733. §. *Nec quidquam cor. de Samminate*, *& in Gerunden. juris sepeliendi* 5. *Maii* 1756. §. *Nec utique cor. Stadion*. Ubi vero tale monumentum non producatur, & unice probetur Parochialitas ex jure administrandi etiam per se curam, &
61 Sacramenta, hujusmodi Ecclesia erit mere curata, vel filialis, ac dependens ab Ecclesia matrice, per *Card. de Luca in annot. ad Concil. disc.9. per tot.*, *Rota decis.*39. *num.*4., *decis.*281. *n.*18. *part.*15. *rec.*, *& in dict. Gerunden. juris sepel.* §. *Nec utique*. Multoque magis si animarum cura a duobus æquo jure exerceatur, cum cano-
62 nicæ rationi, & disciplinæ vehementissime repugnet, ut jus parochialitatis penes duos æquo jure resideat; *c. Sicut in unaquaque caus.* 21. *quæst.*2., *cap. Cum non ignores* 15. *de præb. & dignit.*, *Ceccoper. lucubr. Canon. lib.*1. *tit.*3. *num.*17., *Rota in Valentina jurisdictionis*, *super manutentione* 10. *Martii* 1755. §.5. *in princ. cor. Figueroa*: ut melius videre est in *tit. de instit. & natura Parochiarum a num.* 94. *ad* 100.

Consulto adjeci illa verba: *hujusmodi Ecclesia erit mere curata, vel filialis*: quandoquidem etiamsi aliqua Ecclesia non probetur in matricis adjumentum erecta, & in ea Sacramentorum admini-
63 stratio, & animarum curæ exercitium conficiantur; non ob id tamen Parochialitas concludi potest, cum neminem lateat in Ecclesia quoque non parochiali & Sacramenta administrari, & anima-
64 rum curam posse exerceri, ex privilegio, vel præscriptione, juxta doctrinam *Engel in jus Canon. lib.*3. *tit.*29. *num.*6. *& Manual. Paroch. part.*1. *cap.*1., *Barb. vot. decis.*115. *num.*16. *lib.*3., *Panimoll. decis.*5. *annot.*1. *num.*12., *Rota cor. Herrera decis.*29. *num.*27., *& decis.*30. *num.*3., *cor. Crispo decis.*268. *n.*10. *& seq. cor. Samminiate in Hispalen. decimar. de Vitera* 9. *Martii* 1733. §. *Nec quidquid cor. Card. Elephantutio, in Æsina parochialis* 12. *Jan.* 1751. §. *Quibus*, *& cor. Figueroa in d. Valentina jurisdictionis*, *super manutentione*, 26. *Jan.* 1754. §.9. Longe enim differt parochialis Ecclesia a cu-
65 rata, nulloque modo valebit argumentatio ita concepta: est curata: ergo est Parochialis, ut ratiocinantur *Rigant. ad Regul.* 11. *Cancell. num.*32., *& Marescott. variar. lib.*2. *cap.*95. *num.*8. Adeoque habens animarum curam dici non potest habere Parochiam, seu be-
66 neficium parochiale, sed optime e contrario: cum beneficium curatum latius pateat, quam parochiale; *Innoc. in cap. Cum satis de offic. Ordin.*, *Azor. Instit. moral. lib.*3. *part.*2. *cap.*12. *quæst.*1., *Barb. de offic. Paroch. part.*1. *cap.*1. *num.*45., *& sub num.*47.

Si per documenta erectionis probari nequeat Parochialitas, non inde tamen alia probationum genera, si concludentia, rejici
67 debent, atque contemni. Quis enim de Parochialitatis prærogativa suspicari audebit, quando de Communione paschali Parochianis,

nis, seu certo populo distribui solita edoceatur? *per Rotam cor. Herrera dec.2. num.6., & cor. Canilliac in. Ravennaten. jurium parochialium; 11. Martii 1746.; confirmata cor. Borrull. 25. Aprilis 1755. §.3.* quod melius in sequenti titulo demonstrabitur. Idem dicendum si Rector, seu Parochus nullam petit ab Ordinario licentiam exercendi sua munera, *Rota cor. Herrera d. decis.2. num.19., & decis.20. num.22., cor. Ratto decis.204. num.12., cor. Canilliac. d. Ravennaten. jurium parochialium §. Altera*. Nam statim ac Parochus nominatus fuit, & approbatus, habet facultatem illimitatam ad omnes actus parochiales, absque ulteriori Episcopi licentia, ut docet *Barb. de offic. & pot. Paroch. part.2. cap.19. n.1., Pax Jord. elecubr. Canon. lib.3. tom.1. tit.4. num.133., Murga de benef. qu.2. num.392. 461. 501., Rota cor. Herrera d. decis.2. n.19., d. decis.29. num.22., cor. Ratto d. decis.204. num.12., & in Bononien. amovibilitatis Cappellani 22. Febr. 1723. §. Affirmative cor. Corio*. Adeoque in propria Ecclesia, in iis, quæ spectant ad animarum curam, Rector, seu Parochus dicitur Dominus, & Episcopus, ut tradit *Rota in d. Ravennaten. cor. Canilliac §. Altera*. 68 69 70 71

Probabitur pari modo Parochialitas, ut cætera, quæ in sequenti titulo in medium adducemus ad matricitatem demonstrandam, per antiquas, & modernas Ordinariorum enunciativas in actibus seriis, ac meditatis emissas, præsertim in singulis visitationibus, ubi semper fuit declaratum Ecclesiam, de qua agitur, esse revera parochialem, atque a cæteris distinctam: vel si fuerit ut parochialis semper collata, denominataque: vel actus possessorii & a novo Parocho, & a veteribus fuerint unice exerciti in singulis juribus, & functionibus parochialibus, ex firmatis a *Pignat. consult.84. num.17., Panimoll. decis.5. annot.1. num.52., Rota in Sabinen. jurium parochialium 8. Junii 1736. §. Præterea cor. Card. Millino, & in d. Ravennaten. jurium parochialium, 22. April. 1755. §.3. cor. Borrull.* 72

Dixi: *in actibus seriis, ac meditatis*: secus enim simplex dictum, aut factum Episcopi neque probat, neque excludit Parochialitatem, omninoque inefficax est ad præjudicandum Ecclesiæ juribus rite, perfecteque quæsitis: ut declaravit *Rota cor. Canilliac in Ravennaten., seu Ferrarien. jurisdictionis super bono jure, 16. Jun. 1747. §. Cæterum*. Enunciativæ enim per se plerumque nec probant, nec absentibus nocent; *Rota cor. Herrera d. dec.2. num.24., d. decis.29. n.28. & in Gerunden. juris sepeliendi, super Parochialitate, 27. Feb. 1750. §. Pariter cor. Vicecom., & in Valentina jurisdictionis, super manutentione, 10. Marti 1755. coram Figueroa §.15.* Itaut si de enunciato unice disputetur, enunciativæ plerumque non constituant probationem, nisi validis aliunde ful- 73 74 75

ciantur argumentis; *Rota decis.*21. *n.* 10. *post Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell.*, *decis.*1887. *n.*29. *cor. Coccino*, *decis.*228. *n.*23. *cor. Bichio*, *& in d. Valentina jurisdictionis* §.12.

Notanda insuper sunt illa verba: *ut Parochialis semper collata*, *& denominata*: Primo enim, ad collationem quod attinet, quamquam Ecclesia aliqua, seu Vicaria fuerit ter, aut quater etiam in titulum collata, prævioque etiam examine, id minime
76 potest concludere Parochialitatem, sed ad summum denotabit Vicariam evasisse perpetuam, juxta doctrinam *Rotæ cor. Figueroa in d. Valentina jurisdictionis* 26. *Jun.* 1754. §. 17. ibi: *Postremo nullius momenti est Vicariam Hospitalis quater in titulum ac prævio examine fuisse collatam: ejusmodi namque collationes ad summum probant Vicariam hanc evasisse perpetuam*: & in eadem *Valentina* 10. *Martii* 1755. §. 14. Multoque magis excludetur Parochialitas, non obstantibus hisce collationibus, & provisionibus, quando nulla mentio, nullumque verbum includatur, quod le-
77 gitimum Rectorem, aut Parochum, vel saltem animarum curam significet; *Gonzal. ad Reg. Cancell.*8. *gloss.*6. *n.* 2. *& seq.*; *Rota decis.*102. *n.*9. *& seqq. part.*1., *decis.*154. *n.*8. *part.* 2. *rec.*, *in Aurien. Parochialis de Rozamonde*, 29. *April.*1720. §. *fin. cor. Gamaches*, *& in d. Valentina*, 10. *Martii* 1754. §.14. Nihilque probat formalitas examinis, aut concursus: quia potuit introduci
78 per laudabilem consuetudinem ratione forsan inhærentis oneris administrandi Sacramenta; *Rota in Gerunden. juris sepeliendi*, *super Parochialitate*, 7. *Feb.*1750. §. *Pariter cor. Vicecom.*, *& in d. Valentina* 26. *Jun.*1754. §.17. *& in altera* 10. *Martii* 1755. §.14. Quod vero attinet ad denominationem, quamquam aliqua Ecclesia denominari soleat Parochialis, id tamen non est aptum ad
79 veram Parochialitatem inducendam: quandoquidem nomen *Parochialis*, vel *Parochi* frequenter sumitur abusive, ad significandam videlicet obligationem administrandi Sacramenta, ut con-
80 siderat *Pacion. alleg.*90. *n.*28., *alleg.*92. *n.*23., *Panimoll. decis.*5. *annot.*1. *n.*48., *Rota d. decis.*21. *n.*10. *post Gonzal. ad Regul. Cancell.*, *& in Valetina jurisdictionis* 26. *Jun.* 1758. §. 14. *& in altera* 10. *Martii* 1755. §.12. *cor. Figueroa*.

Inter Parochialia jura recenseri merito solent celebratio matrimonii, forus pœnitentialis, fons baptismalis, retentio sacr. oleorum pro infirmis, vel pulpiti pro concionibus præsertim quadragesi-
81 malibus, cœmeterium, ac perceptio decimarum, oblationum, ac similium; *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæst.*28. *sub n.*54., *Roman. cons.*356. *ex n.*3., *Rota decis.*758. *n.*2. *part.*3. *rec. decis.*52. *n.* 37. *& seqq. part.*2. *divers.*, *decis.*2. *n.*3. *ad* 8. *& decis.*29. *n.* 7. 9. *cor. Herrera*, *decis.*707. *n.*10. *cor. Molin.*, *& in d. Valentina jurisdictio-*

ctionis 26. *Jun.* 1754. *&* 70. *Martii* 1756. *fere per totum*, *in dict. Gerunden. juris sepeliendi*, *super Parochialitate*, *&* *transactione* 5. *Martii* 1756. *cor. Stadion.* passim; & Ecclesiam Parochialem hæc 82
omnia indicant, ut tradit *Tusc. de visit. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 16., *ac Rota decis.* 404. *n.* 57. *part.* 19. *tom.* 1. *recent.* Ego tamen, ut id, quod sentio, aperiam, dicam ingenue, hæc omnia, de quibus singulis mox erit differendum, esse omnino æquivoca, atque fallacia argumenta, & signa, ex quibus non semper recte infertur ad veræ 83
Parochialitatis statum; quod clare desumo ex doctrina *Lotter. ut sup. n.* 54., *Rotæ d. decis.* 52. *n.* 27. *part.* 2. *diversf. d. decis.* 2. *n.* 19. *& seqq.*, *d. decis.* 29. *n.* 27. *cor. Herrera*, *d. decis.* 621. *n.* 26. *cor. Molin.*, *in Sabinen. jurium Parochialium* 8. *Martii* 1733. §. *Rejectis in Asculana contributionis congruæ*, 28. *April.* 1755. §. 17. *cor. Card. Elephantutio*, ac alibi, ut melius videbimus.

Verum enim vero aliud est, quod inter jura Parochialia recenseantur, & Parochialem indicent qualitatem, at longe aliud, quod jura, & qualitatem Parochialem revera constituant; ex ci- 84
tatis auctoritatibus. Quod, ut liberalior fiam in gratiam Tyronum, unico exemplo ad præsens propositum conducente, illustrabo: Omnibus exploratissimum est, quod habitus Monastici delatio inter jura Monastica recensetur, & Monasticam professionem indicat: sed audebit quis inferre quod hujusmodi delatio, & jura, & qualitatem, seu professionem vere Monasticam con- 85
stituat? Minime gentium. Quandoquidem ne fœmellæ quidem, & incultiores homines ignorant Tridentini Concilii effatum, quod *habitus non facit Monachum*, *sess.* 24. *de reform. cap.* 9. *in princ.*, 86
ac Rota in Sedunen. Parochialis super regularitate, 10. *Jan.* 1757. §. *ult.*, *&* 17. *Febr.* 1758. §. 5. *cor. Card. Bussio*. Præter enim constantem habitus delationem, omnino exigitur professio, seu ut tria vota juxta proprium institutum, debito, legitimoque tempore, & modo emittantur, ut Monastica, seu Religiosa qualitas induci 87
valeat: ex *Trid. Concil. sess.* 24. *de reform. cap.* 15. ibi. *nec qui minore tempore*, *quam annum*, *post susceptum habitum in probatione steterit*, *ad professionem admittatur*: & ad tradita a *Vanespen. in jus Eccl. univ. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 18. *cap.* 3. *n.* 13. *& seq.*, *Pellizzar. Manual. Regul. tract.* 1. *cap.* 3. *sect.* 1. *n.* 24., *ac Rota in d. Sedunen. unionis super regularitate*, 10. *Jan.* 1757. §. *ult. in fine cor. Borrull.*, *&* 17. *Feb.* 1758. §. 6. *cor. Card. Bussio*. Ex quo immediate sequitur, quod ex habitu Monachali, & Regulari ab aliquibus Parochis Ecclesiæ ad Monasterium æque principaliter pertinentis, delato, non nisi perperam, & stulte probari possit parochialis Ecclesia ve- 88
re regularis, seu ad Monasterium plene pertinens, cum talis habitus vel devotionis, vel fortasse ostentationis ergo, gestari a Parochis

S 2 rochis

rochis potuerit: quemadmodum ratiocinatur *Rota in citata Sedunen. parochialis* §. *ultimo*.

Primum itaque, quod attinet ad matrimonii celebrationem,
89 quamquam inter jura Parochialia debeat ista recenseri; cum ad Parochum spectet matrimoniis interesse, eaque auctorizare, ex *Trid. Concil. in sess.24. de reform. cap.1., Rota cor. Herrera d. decis.2. n.4., & decis.29. n.8. & in Valentina jurisdictionis, super manutentione,* 10. *Martii* 1755. §. 17. *cor. Figueroa*: id tamen non est sufficiens ratio Parochialitatis probandæ: quandoquidem possunt matrimonia, ut nemini ignotum est, ab extraneis ex indulto Sedis Apostolicæ, vel ejusdem Parochi, aut Ordinarii licentia celebrari; *Concil. Trid. sess.*27. *de reform. d. cap.*1. *vers. Qui aliter*, & consonat resolutio Sacræ Congregationis Concilii in *Taurinen. matrimonii*, 16: *Novemb.*1720. *ad dubium thesaur. resol. pag.*20. ac Rota *d. dec.*2. *n.*27. *cor. Herrera*, ibi: *Et licet inter dictos actus annumerentur matrimonia per Cappellanum dictæ Villæ auctorizata in dicto Oratorio; non exinde tamen sequitur dictum Oratorium pernecesse fuisse Ecclesiam parochialem: dum etsi matrimonia debeant de honestate contrahi in propria Parochia, non tamen opus est, quod contrahantur in propria Parochiali Ecclesia, sed sustinentur etiamsi alibi contrahantur, dum Parochus assentiatur*: ac *in Compostellana* 2. *Martii* 1755. §. *Absoluta cor. Canilliac*, ubi decisum fuit matrimonium contractum coram Parocho non suo cum speciali licentia
90 proprii Parochi, & pluribus téstibus, ac verbis de præsenti, esse validum. In illa enim Ecclesia, in qua vel ratione distantiæ, vel ratione majoris commoditatis ab extraneo Sacerdote ex Ordinarii, vel Parochi licentia, seu delegatione, matrimonium cele-
91 bratur, nulla parochialis jurisdictio in detrimentum Parochi adquiritur: ut Rota declaravit *decis.*370. *n.*34. *& seqq. part.*5. *rec.*, *& cor. Herrera d. decis.*29. *n.*27. ibi: *Potuerunt aliquando contrahi in d. Oratorio Villæ Fantutiæ, quia mulieres ibidem moram trahebant: unde ratione dictæ distantiæ, & majoris commoditatis, non autem pro adquirenda jurisdictione parochiali in dicta Villa censentur ibidem contracta*.

Multo magis Parochialitas excludetur, si quandoque matrimonia celebrantur coram Capellano Ecclesiæ filialis ratione di-
92 stantiæ populi a matrice Ecclesia, ita Parocho permittente: quemadmodum hujusmodi facultatem permisit Sacra Congregatio Episcoporum anno 1733. in causa *Albinganen.* favore Capellani Oppidi Rivæ, dummodo Parocho quolibet mense transmitteret notam matrimoniorum, ut videre est folium Sacræ Congregationis Concilii in eadem causa 19. *Septemb.*1752. §. *Experientia*. Quin refragetur eadem Sacra Congregatio *ad* 1. *&* 2. *dub.* ubi controversia

versia excitata Parochum inter, & Cappellanum, resolutum fuit, quod ob distantiam populi ab Ecclesia parochiali, dabatur Cappellano facultas administrandi Sacramenta, exceptis matrimonio, & præcepto Paschali, *thes. resol. pag.*90. Sed hoc verissimum, quando proprii Parochi desit consensus, & licentia: quemadmodum 93
in præsenti casu, ubi Cappellanus dictæ filialis Ecclesiæ sibi hoc jus, & officium, invito Parocho, vindicare nitebatur.

Si matrimonium a non Parocho, sed cum illius assistentia, una tantum vice fuerit celebratum in Ecclesia non Parochiali, neque etiam vere filiali, ex Judicis Ecclesiastici provisionali decreto, talis actus omnino inefficax est ad suppeditandum Parochialitatis argumentum favore illius Ecclesiæ, in qua fuit matrimonium celebrationi demandatum: juxta Rotalem decisionem 94
cor. Figueroa in d. Valentina jurisdictionis 26. Junii 1754. §.18., contra Vicarium Hospitalis Civitatis Valentiæ. Cum enim lis orta fuisset inter Parochum, & dictum Vicarium, ne nuptiæ retardarentur, Judex per modum provisionis decrevit ut interim matrimonium ab eodem Vicario in proprio Hospitali celebraretur, cum assistentia Parochi: quod, Vicario patiente, nec reclamante factum fuit. Adeoque statim, ac passus fuit, ut Parochus hisce nuptiis assisteret, suaque præsentia eas quoque auctorizaret, eodem tempore si non explicite, saltem implicite confessus est illam 95
facultatem sibi non competere tamquam Parocho; juxta ea, quæ habentur apud Rotam *cor. Molines decis.* 708. *num.*18., relat. *in d. Valentina* §.18.

Quam ob rem si unus, aut pauci actus ab aliqua Ecclesia adducantur pro indicanda Parochialitatis qualitate, talis vel tales actus dici nequeunt ad hujusmodi effectum validi, sed sunt abso- 96
lute retorquendi: ea sub ratione, quia nuptiæ nequeunt invito Parocho ab alio Sacerdote, præsertim Cappellano Hospitalis, celebrari, sed ab eodem Parocho debent ministrari; *Card. de Luca* 97
*de Paroch. disc.*23. *n.*19., *Panimoll. in annot. ad decis.*168. *n.*71. *& seqq.*, ac *Bened. XIV. in suis aureis notificationibus vol.*2. *notif.*13. *n.*14., *Rota in d. Valentina* §.18. At e contrario ubi ad Parochum oratio convertatur, cum iste juris assistentia suffultus sit, etiam unicus actus sufficiens erit, ut manutentione jurium Parochialium fruatur, *Rota cor. Ansaldo decis.*133. *n.*10. *& decis.*428. *n.*26. *&* 98
28., *& cor. Lancetta decis.*121. *n.*9., *& in dicta Valentina* §. 15. Unde a fortiori si pluribus actibus possessoriis, & rebus judicatis suffultus existat, ad firmata a *Rota in d.* §. 15. ac alibi passim.

Infelici exitu multoties adducitur Parochialitatis prærogativa, desumpta a foro pœnitentiali in aliqua Ecclesia exercito: 99
quem-

quemadmodum Doctores communiter tradunt, ac præsertim *Rota cor. Herrera d. decis.2. n.19. & seqq., d. decis.29. a num.21.* Equidem ad hoc, ut includi potius valeat, quam excludi hujusmodi qualitas, absolute inter alia requiritur, quod Parochus
100 facultatem habeat liberam, & illimitatam fori pœnitentialis, cum reciproca necessitate & dandi, & recipiendi Sacramenta; *Rota decis.350. num.11. part.5. rec., d. decis.2. n.18. & seq., & d. decis.29. n.22. cor. Herrera, decis.204. n.12. cor. Ratto, & in d. Valentina jurisdictionis super manutentione, 26. Jun.1754. §.9. cor. Figueroa*. Hinc statim ac quis ex privilegio, vel præscriptione, sibi vindicabit fori pœnitentialis, & Sacramentorum
101 usum, & administrationem, id velut speciale nullo modo poterit veram Parochialitatem indicare: ex traditis per *Engel in Jus Canon. lib.3. tit.29. n.6. & in Manual. Parochor. part.1. cap.1., Panimoll. decis.5. annot.1. n.12., Rot. coram Herrera d. decis.29. n.27. & d. decis.30. n. 3., cor. Crispo decis.368. n.10. & seq., & cor. Samminiate in Hispalen. decimarum de Vitera 6. Martii 1733. §. Nec quidquam, ac præsertim cor. Em. Elephantutio in Æsina Parochialis, 12. Jun.1751. §. Quibus, & in d. Valentina §.9.* ibi: *Aliud est Ecclesiam esse vere, & formaliter parochialem, a qua pendet potestas fori pœnitentialis, & legitima necessitas dandi, & recipiendi Sacramenta: aliud quod ibidem Sacramenta administrentur, & curæ animarum opera detur: Hoc postremum competere potest ex privilegio, & ex præscriptione, nec veram Parochialitatem necessario includit.*

In quacumque igitur Ecclesia forus pœnitentialis retineatur vel ex privilegio, vel alia de causa, statim ac deputatus pro audiendis confessionibus, non deputatur perpetuo, sed ad tempus,
102 hujusmodi deputatio per se sola parochialitatem excludet, ex *Rota cor. Herrera d. decis.2. n.14.* Propterea quia in Parochialibus, quæ alicui Dignitati, Collegio, vel Monasterio unitæ minime
103 reperiuntur, absolute requiritur dicta deputatio, ad tradita a *Garz. part.1. cap.2. n.66., Lotter. de re benef. lib.1. cap.33. n.90. & seq., Card. de Luca de benef. disc. 80. n.16., Gonzal. ad regul.8. cancell. gloss.5. §.6. n.6., ac Rota d. decis.2. n.14.* Hinc Rector Ecclesiæ vel filialis, vel alterius, statim ac ab Episcopo facultatem audiendi confessiones obtinuit limitato modo, vel tempore, perpe-
104 ram dici potest Parochus, ac consequenter neque Ecclesia, cujus regimini ipse addictus fuit, dici poterit parochialis; *Rota d. decis.2. n.19.* ibi: *Et denique idem Cappellanus non habet absolutam, & illimitatam potestatem fori pœnitentialis, prout omnino requiritur in Parochis; sed conceditur ei ad tempus per Curiam Archiepiscopalem licentia pro excipiendis confessionibus, eoque transacto renovari consuevit prævio iterato examine: quod dictum Cappella-*

pellanum Parochum non esse denotat: Et hoc luce meridiana clarius existit: quandoquidem Parochi eo ipso, quo examinati, & approbati sunt ad regimen Ecclesiarum parochialium, approbati pariter censentur ad audiendas confessiones suorum Parochianorum absque ulla ulteriori licentia Ordinarii; *Barb. de offic. & potest. Parōch. cap.19. n.1.*, *Pax Jordan. elucub. canon. tom.1. lib.3. tit.4. n.133.*, *Rota cor. Herrera d. decis.2. num.19.*

Ex fonte baptismali non semper inferri potest Parochialitatis beneficium, *Cardin. in Clem.1. n.4. quæst.7.*, *Anchar. in 2. notab.*, 106
Imola n.7. de baptis., *Corrad. in praxi lib.3. cap.1. n.5.*, *Feder. de Senis cons.80. n. 3.*, *Rota decis.52. n.19. & 29. part.2. div.*, *decis.758. n.2. part.3. rec.*, *& cor. Stadion in Gerunden. juris sepeliendi, super parochialitate, & transactione 5. Maii §. Nec status*. Etenim quamquam rarissime permittantur duo fontes baptis- 107
males in una, eademque terminatione, ut videre est Sacra Congregatio Concilii in *Verulana fontis baptismalis*, *3. Martii 1736.*, *thes. resol. pag.31.*, *in Cassanen. dismembrationis*, *22. Jun.1741.*, *tom.10. pag.103.*, *in Urbevetana fontis baptismalis*, *7. Septemb.1742. tom.11. pag.149.*, *ac Rota cor. Samminiate in Romana juris baptizandi*, *12. Feb.1733. §. Cum igitur*; attamen quandoque permittitur pro majori populi commoditate hujusmodi retentio de consensu Ordinarii, & interesse habentium, seu Parochi matricis Ecclesiæ, prævia illius jurium præservatione: quemadmodum Sacra Con- 108
gregatio Concilii declaravit in una *Massilien. Ecclesiæ S. Stephani*, *7. Jan.1740.* ibi: *censuit, si SSmo D. N. placuerit, gratiam petitam erectionis fontis baptismalis concedi posse, de consensu tamen Ordinarii, & interesse habentium*: ut lib.16. *decret. pag.37.*, relata in *Fabrianen. fontis baptismalis §. Quandoquidem, 11. Jun.1732.*, *tom.5. thes. resol. pag.355.*; id quoque fuit resolutum a Sacra Congregatione Episcoporum anno 1733. in causa *Albinganen.*, confirmata a Sacra Congregatione Concilii 19. *Septemb.* 1752. *ad 1. & 2. dub. tom.21. thes. resol. pag.90.* in quo consonat Rotalis decisio in d. *Romana juris baptizandi 12. Feb. 1733. §. Etenim cor. Samminiates*, *& in d. Gerunden. juris sepeliendi 5. Maii 1756. §. Nec status cor. Stadion*; præter auctoritates jam late adductas in *titulo de diversis Parochiarum speciebus, & qualitatibus num.141. & seq.*

Neque versis vicibus excludi potest Parochialitas ex defectu retentionis fontis baptismalis, ad *text. in cap.4. Trid. Concil. sess.21.* 109
de reform., *Cardin. in d. Clem.1. de baptism. quæst.4. num.7.*, *Engel. in jus Canon. vet.29. §.1. num.5.*, *Gonzal. ad reg.8. Cancell. gloss.6. num.48.*, *& seqq.*, *Card. Petra ad Constit. 2. Gregorii XI. num.17. tom.4.*; *Card. de Luca de Parochis disc.38. num.10.*, *ac Rota cor.*

cor. Crispo decis.277. num.22., *& sub num.23.* ibi: *Ejus tamen defectus parochiæ essentiæ non adversatur*. Ratio exploratissima est,
quia non omnes Parochiæ etiam veræ, & propriæ habent fontem
110 baptismalem, hisce quoque temporibus inspectis: *Catalan. Comment. ad Pontific. Roman. tom.2. tit.1. de bened. &. imposit. primi.
lapid. pro Eccles. ædific.* §.1. *num.27.*, ubi refert exemplum a patria
sua petitum, in quo videri quoque poterit Sacra Congregatio Concilii in causa *Fulginaten. fontis baptismalis* 24. *Febr.* 1726., *tum in
d. causa Fabrianen.* 11. *Jun.* 1732., sed juvat præ oculis habere, quod
jam in medium attulimus, in *titulo de instit. & natura Parochiarum*, *num.*43. 44., & in *titulo* 2. *num.*138. *& seq.*

Ad sacrorum oleorum pro infirmis inungendis retentionem
gradum faciamus. Istorum asservatio & usus, quamvis inter
111 jura parochialia recenseri debeat, juxta doctrinam Rotalem *cor.
Molin. decis.*706. *num.*10. *tom.*3. *part.*1., non inde tamen concludi
potest hanc sacrorum oleorum retentionem, & usum, valere posse ad inducendam Parochialitatem: cum pro majori infirmorum
commoditate hæc omnia permittantur in Ecclesiis, ac locis non
parochialibus, ac præsertim in Collegiis religiosis, atque in Ho-
112 spitalibus, vel ex Summorum Pontificum, vel ex Episcoporum
indulto, & approbatione. Sed id præsertim habere locum dignoscitur in parochialibus Ecclesiis filialibus, & a matrice omnino
113 dependentibus, ut Vicarii dictarum Ecclesiarum præsto esse valeant fidelium necessitati, ne ad matricem recurri debeat, cum
probabili infirmorum periculo ob itineris longitudinem, vel aliud
ob impedimentum. Immo retentio, & usus sacrorum oleorum
in illis quandoque permittitur Ecclesiis, quæ prope matricem
etiam existunt, & ad quas recurri quocumque valet tem-
114 pore, ob nullum vel a distantia, vel a flumine, vel a portarum
Civitatis clausura petitum impedimentum: ut sic occurrente
extremi periculi necessitate, nocturnis præsertim temporibus,
cuicumque moræ aditus præcludatur, quemadmodum, cæteris
omissis exemplis, a sola experientia mutuatis, aperte eruitur in
urbe Roma ex Ecclesia parochiali S. Jacobi vulgo *Scosciacavalli*,
115 in qua olea infirmorum asservantur, etsi filialis sit, & omnino
dependeat cum aliis nonnullis a Basilica Vaticana, & modice ab ea
distet, & nocturnis horis liber aditus pateat.

Idem de pulpiti retentione pro quadragesimalibus præser-
116 tim concionibus, ferri debet judicium. Nam quamquam divini
verbi prædicatio ad solos Episcopos, cæterosque Ecclesiarum Prælatos ex officio pertineat, juxta sacrorum Canonum disciplinam a
117 Tridentino Concilio renovatam *in sess.5. de reform. cap.2. in princ.
& in sess.24. de reform. cap.4.*, nec non ad Parochos hoc prædicatio-

cationis officium pertineat ex eadem ſacrorum canonum diſpoſi- 118
tione a Tridentinis Patribus confirmata in *cit. ſeſſ.* 25. *cap.*2. ,
*& ſeſſ.*24. *cap.*4. *de reform.* , tum a Sacra Congregatione Concilii
in *Nullius Orbitelli* , 25.*April.* 1736. *ad* 1.*dubium* , *theſ. reſol.pag*61.
& a Sacra Rota *deciſ.*234. *num.*41. 51. *& ſeqq. part.*6. *rec.* Nec ad
alios hoc munus valeat pertinere , niſi ob impedimentum Epiſco-
pi , vel Parochorum ex ejuſdem Ordinarii approbatione , ex ci- 119
tatis Tridentini Concilii locis , & ex Rota *d. deciſ.*234. citatis nu-
meris : Nullum tamen eſt dubium , quin ex indulto Sedis Apo-
ſtolicæ , vel Ordinarii licentia valeant & Sæculares , & Regulares
tum quadrageſimali , tum alio tempore verbum divinum populo 120
annunciare , per *textum in cap.Sicut de hæreticis* , ac alibi paſſim ,
*Concil. Trid. d. cap.*2. *ſeſſ.*5. , *& cap.*4. *ſeſſ.*24. *de reform.* , *Card.
Turrecrem. in Can. Placuit num.*9. *cauſ.*16. *quæſt.*1. quemadmodum
hodierna praxis demonſtrat, ubi etiam conciones quadrageſimales
in Eccleſiis non parochialibus peraguntur .

Viceverſa defectus pulpiti , ſeu quadrageſimalium concio-
num omiſſio , quamquam multoties concludat aliquam Eccleſiam
eſſe filialem , & ab altera , ubi privative conciones quadrageſima-
les habentur , omnino dependentem , ſeu Eccleſiam non vere pa- 121
rochialem : ad tradita a *Monacell. in formul. legal. pract. tom.* 2.
*num.*10. *form.*18. *num.*9. *verſ.*7. , *Rota deciſ.*105. *num.*1. *cor. Sera-
phino* , *in Tranen. præeminentiarum ſuper reſervatis* 3. *Jan.* 1715.
cor. Card. Scotto , *in Caputaquen. præeminentiarum* 25. *Junii* 1756.
§.14. *cor. Stadion.* , ibi : *veluti in themate privativi juris reſpectu
concionum quadrageſimalium* : attamen hoc argumentum Parochia-
litatis negativum frequenter abſurdum eſt, atque erroneum : eo 122
quod variæ etiam veræ & propriæ dantur parochiales Eccleſiæ ,
in quibus quadrageſimales non perſolvuntur conciones : ſed die-
bus tantum dominicis evangelium populo annunciatur, explica-
turque . Nonnullæ extant Auguſtæ Taurinorum hujuſce generis
parochiales Eccleſiæ , variæ etiam Romæ conſpiciuntur , inter quas
tenet locum Eccleſia regularis S. Mariæ ad Populum , & inſignis
Collegiata , & Baſilica S. Mariæ ad Martyres .

Quoad cœmeterium , inconcuſſi juris principium eſt , mul-
toties æquivocum ſuppeditari ab iſto argumentum pro inducen- 123
da , probandaque Parochialitate ; *Corrad. in praxi lib.* 3. *cap.*1.
*num.*5. , *& ſeq.* , *Rota deciſ.*228. *num.*7. *part.*2. *diverſ.* , *& cor.Card.
Calcagnino* 8.*Maii* 1723. §.*Tumulatio* : quia Eccleſiæ nec parochia-
les , nec curatæ jus ſibi vindicant cadavera ſepeliendi , proprio-
que in cœmeterio tumulandi , vel a conceſſione , indultoque Pon-
tificio , aut Epiſcopali , vel ex legitime introducta præſcriptione 124
mutuatum ; *Cap.*1. *de ſepult.* , ubi Summus Pontifex ait , quod

non omnes Ecclesiæ habent cœmeterium, sed illæ tantum, quæ habent populum, vel illæ, quibus concessum est ex privilegio, *Cap. Fraternitatem*, *cap. In nostro eod. tit.*, *Archid. in d. cap.*1., *Jo. Andr. in cap. Nonnulli col. fin. vers. Sed per talem*, *& Hostien. de Cleric. non resident.*, *Corrad. ut supra num.*6. *& seq.*, *Sursan. super regul. de idiom. quæst.*11. *num.*8., & concordant quæ habentur in folio Sacræ Congr. Conc. in *Romana juris funerandi* 30. *Maii* 1761. §. *Et disputat. tom.*30. *thes. resol. pag.*111., ac *Rota decis.*228. *num.*7. *part.*2. *rec. decis.* 621. *n.*26. *cor. Molin.*, *decis.*78. *num.*4. *in Miscell. cor. Falconer.*, ac alibi passim, ut plene in tomo tertio videbimus.

Juvat quoque ad hujusce prætensæ Parochialitatis exclusionem, recurrere ad parochiales Ecclesias filiales, & a matrice dependentes, quibus ratione distantiæ, vel alia de causa frequenter permittitur jus sepulturæ, & cœmeterii, reservatis interim pro
125 Parocho matricis funeralibus emolumentis: quemadmodum Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium declaravit anno 1723. in causa *Albinganen.*, cum onere deferendi quolibet mense nomina mortuorum ad Parochum, qui solus librum retineret; tum a Sacra Congregatione Concilii in eadem *Albinganen.* 7. *Septemb.*1757. *ad* 2. *dubium*, ubi cum quæreretur, an Cappellanus Ecclesiæ filialis ob distantiam localem a matrice erectæ, posset in eadem Ecclesia peragere functiones funerales, responsum fuit: *Affirmative, salvis emolumentis parochialibus*, ut videre est in *tom.*21. *thes. resol. pag.* 90., ubi consonant, quæ habentur apud Rotam *cor. Stadien in Gerunden. juris sepeliendi*, *super parochialitate*, *& transactione* 6. *Mart.*1756. §.16. ibi: *Sine tamen præjudicio funeralium emolumentorum*, *quæ integra nihilominus favore matricis reservantur.*

Ubi vero contingat, ut Parochus jure proprio intersit funeralibus functionibus in alia, quæcumque sit, Ecclesia exercitis, id plus quam efficax erit ad excludendam prætensam Parochialitatem: prout illam exclusit Rota in causa agitata inter Parochum,
126 & Hospitale Civitatis Valentiæ, *cor. Figueroa in Valentina jurisdictionis* 10. *Martii* 1755. §.11., eo quod Parochus S. Martini interfuerit funeribus Commensalium dicti Hospitalis, qui in eodem fuerant sepulti, ibi: *Altera est Rectorem S. Martini interfuisse jure proprio funeribus Commensalium*, *qui in Ecclesia*, *aut cœmeterio Hospitalis sepulti sunt*. Dubitatio fortasse exoriri posset in iis Collegialibus Ecclesiis, ubi Canonici duplicationem ceræ solent retra-
127 here, quotiescumque evocantur, & intersunt cadaverum associationi. Sed hæc conjectura mihi videtur infirmi roboris ad Parochialitatem eruendam: eo quod hujusmodi duplicatio referri possit ad præmium interessentiæ funeralibus, ut advertit *Pignatell. consult.*64. *num.*3., *Rota decis.*204. *num.*4. *part.*11. *recent.*, *in Ar-*

genti-

gentina parochialis 30.*April.*1745. §.18. *cor. Card. Millino*, *& in Asculana contributionis congruæ*, 28.*April.*1755. §.20. *cor. Card. Elephantutio*.

Demum ad decimarum, oblationum, aliorumque redditnum perceptionem, oratione conversa, notissimum est hujusmodi perceptiones æquivocum omnino suppeditare, atque insufficientem Parochialitatis titulum, & argumentum, nisi aliorum omnium 128
jurium parochialium privativa exactio concurrat; *Zoes. tit. de decimis lib.*3. *num.*43., *Rota decis.*277. *num.*12. *cor.Crispo*, *in Sabinen. jurium parochialium*, 8.*Maii* 1735. §.*Rejectis cor.Calcagnino*, *& in d. Asculana contributionis congruæ* §.17. Possunt enim quandoque referri ad jus, quod a curæ retentione diversum habeatur, 129
ad notata per *Rebuff. de decimis quæst.*64. *num.*106., *Rota in Sabinen. parochialis* 25.*April.*1737. §.*Argumenta cor. Card.Millino*, *& in d. Asculana* §.17. Possunt v. g. recipi hujusmodi decimæ ratione largitionis, quæ proinde non sacramentales, sed mere temporales, & gratuitæ donationis sunt considerandæ: ex notatis a 130
Rota in *d. Argentina parochialis* §.7., *& in d.Asculana* §.17.; vel etiam percipi non ratione Parochiæ, sed ratione feudi: ex iis, quæ habentur in folio Sacræ Congregationis in *Vicen. Parochiæ de* 131
Liussano 12.*Jan. &* 23.*Aug.*1760. §.*Neque gravari*, *tom.*29. *thes. resol. pag.*152., & quæ traduntur a Rota in *Pampilonen. jurispatronatus*, *& præeminentiarum* 16.*Jun.*1755. §.*fin. cor. Canilliac*, 11. *Maii* 1759. §.22. *cor.Frangipan.*, *&* 13.*Jun.*1760. §.*fin.cor.Ratta*. Fortius excludetur Parochialitas, si decimæ ex bonis pendantur, quæ extra Parochiam, seu diœcesim existunt; Rota in *d.Asculana* 132
§.18. Quandoquidem tales decimæ ne in minimum quidem dici possunt Sacramenlales, per *Rebuff. de decim. quæst.*62. *num.* 6., *Oliv.de for. Eccles. part.*3. *quæst.*17. *num.*23. *& seqq.*, *& quæst.*21. *num.*16. *& seqq. part.*3., *& Rota in d.Asculana* §.17.

Modus quoque, quo hæ decimæ, oblationes, aliive redditus administrantur, præ oculis habendus est, ut ex illo affirmativum, vel negativum depromamus Parochialitatis argumentum. Nam si tales redditus per laicos administrentur, quis non videt per 133
hujusmodi administrationem veluti marte suo penitus ruere Parochialitatis prætensam qualitatem? *Vanespen. in jus Eccles. univ. part.*2. *tit.*33. *de decim. & oblat. cap.*10. *num.*24., *Pignatell. consult.*160. *num.*4., *&* 4., *Capon. discept. for.*77.*num.*17., *Rota decis.* 214. *num.* 9. *cor. Ratto*, *& in Asculana eleemosynarum*, 19. *Jan.*1720. §.*Nullo cor.Corio*. Ratio est in aprico: quia non a laicis, utpote incapacibus, sed a Parocho, si parochialis esset Ec- 134
clesia, privative essent administrandi parochiales redditus, ut præter Doctores modo relatos, tradit *Fagnan. in cap. Pastoralis n.*20.

de iis, quæ fiunt a Præl., Ventrigl. in praxi part.2. annot.26. §.un. num.39., Card. Petra ad Constit.1. Anastasii IV. sect.2. num.44. & 45. tom.2., Rota d.decis.204. num.9. cor. Ratto.

Si vero adpareat nullam fuisse congruæ, perpetuæque dotis factam assignationem in ea Ecclesia, quæ parochialis prætenditur, nil aliud esset, quam tempus terere, si conjecturis, & ar-
135 gumentis defendi velit hujusmodi Parochialitas, ad tradita a *Rota decis.10. num.4. §.9. 10., & decis.21. num.4. post Gonzal. ad reg.8. Cancel.*, ac præsertim in *Valentina jurisdictionis super manutentione 10. Martii 1753. §.11. in princ.*, ibi: *Altera est, quod nulla indicatur dos huic jactatæ Parochiæ perpetuo assignata, & in Pastoris administrationem rejecta*: Etenim, ut plene demonstravimus in *titulo de erectione Parochiarum, a num.103. ad 127.* inter alia requisita Parochiæ constituendæ, necessario includitur congruæ dotis
136 perpetuo duraturæ assignatio; *Azor. instit. moral. part.2. lib.9. cap.3. quæst.7., Lotter. de re benef. lib.1. quæst.31. num.2., Gratian. discept.120. a num.1., Lambert. de jurep. lib.1. part.1. quæst.5. art.13. num.2., Barb. de offic. & pot. Episc. part.3. alleg.64. num.3., Rota decis.1. num.16. & 17., & decis.29. num.14. cor. Herrera.*

Post hæc ita ad includendam, vel excludendam Parochialitatem demonstrata, tandem notandum est, quod frustra de Parochialitate disputatur, quotiescumque Rectorem Ecclesiæ, quæ parochialis prætenditur, ab alieno pendere arbitrio, & ad nutum
137 illorum, ad quos pertinet, posse amoveri, adpareat: cum nihil magis Parochialitati contrarium concipi possit, quam Rectoris, seu Cappellani amovibilitas: ut optime observat Rota *cor. Herrera d. decis.2. num.15., & d. decis.29. num.15. & seq., & cor. Ratto decis.229. num.11.* Neque refert, quod talis Rectoria, seu Vicaria, fuerit aliquando a S.Sede in titulum beneficii perpetui provisa: si tam a parte ante, quam a parte post, idest tam ante, quam post
138 Apostolicam provisionem dicta Vicaria, seu Cappellania semper fuit considerata ut amovibilis, & sic semper consuevit ab iis, ad quos spectabat, ad nutum, & ad placitum Vicarius provideri: cum per hanc intermediam Apostolicam provisionem tali modo completam nullo modo valeat induci Parochialitas, ex doctrina Rotali *cor. Ratto d. decis.224. num.13.*

Etenim collationes, & provisiones, sive Ordinaria, sive Apo-
139 stolica auctoritate fuerint expletæ, immutare nequeunt statum, & naturam beneficii: *Rota post Gonzal. ad reg.8. Cancell. decis.20. num.11. & 16., d. decis.224. num.14. cor. Ratto, in Valentina jurisdictionis super manutentionem, 10. Martii 1755. §.14. cor. Figueroa.* Duo autem concurrere debent, ut Apostolicæ provisiones talem statum, & naturam inmutare possint, videlicet, quod in Summo

mo Pontifice scientia qualitatis beneficii concurrat: quodque de ejus expressa voluntate dictam qualitatem immutandi, concludenter doceatur, ita ut hisce copulative non concurrentibus, intermedia Apostolica provisio sit parvipendenda ad effectum, de quo agimus, ad tradita a *Lotter. de re benef. lib.1. quæst.34. n.53. ad* 58., *& num.*68., *Piton. de controv. Patron. alleg.72. num.*11. *&* 12., *Adden. ad Pamphil. decis.*539. *num.*7., *decis.* 889. *num.*5. *cor. Dunozet. jun.*, *decis.*405. *num.*20. *cor. Bichio*, *& d. decis.*224. *num.* 14. 140

Sed neque per testes probari potest Parochialitas, si deponant circa ea tantum, quæ animarum curam concernunt, ut optime 141
observat Rota *decis.*228.*num.*6.*part.*2.*rec.*, ratione deducta ab eo, quod hujusmodi cura dari potest sine Parochialitate: per *Rotam* 142
loco citato; quod jam in hoc titulo abunde demonstravimus a *num.*4. Cessabit autem quæcumque Parochialitatis disputatio, & quæcumque exulabit testium contraria depositio in concursu Bullæ Pontificiæ, vel Ordinariæ, in qua hæ clausulæ, tempore erectionis adjectæ, leguntur: *Jure tamen parochialis Ecclesiæ*, *& cujuslibet alterius semper salvo*, vel: *sine præjudicio Rectorum paro-* 143
chialium Ecclesiarum; vel addito onere certæ solutionis: *pro jure parochialis Ecclesiæ*: Istæ enim, aliæque similes formulæ, Summi Pontificis, vel Ordinarii, apertissime demonstrant mentem, prætensæ Parochialitati penitus contrariam: *Rota in d.Valentina jurisdictionis*, *super manutentione*, 26. *Jun.* 1754. §.12. *cor. Figueroa*.

Quod si hisce, aliisque similibus non obstantibus, aliqua adhuc superesse posset dubitatio, ad usum, & observantiam erit recurrendum: ob illam regulam, qua edocemur in quacumque dubie- 144
tate recedendum minime esse ab ea interpretatione, quam suggerit usus, & observantia, juxta doctrinam Rotæ in *Vilnen. quartæ funeralis*, 6.*Jun.*1749. §.*Hactenus cor. Canilliac.*, *in Colonien. parochialis* 11.*Febr.*1757. §.*Verum cor. Migazzi*, *& in d.Valentina jurisdictionis* §.24. Quamobrem si Ecclesia, quæ parochialis prætenditur, intra Parochiæ matricis ambitum, & districtum concludatur, atque illius Parochus in ea actus jurisdictionales exercuerit, nullum erit dubium, quin prætensæ Parochialitatis quali- 145
tas evanescere debeat, dictaque Ecclesia ad matricis jurisdictionem pertineat: quemadmodum contra Hospitale Civitatis Valentiæ fuit a Rota decisum in *d. Valentina jurisdictionis*, 10. *Martii* 1757. §.2. Adeoque semper erit pro illo respondendum, qui in possessione sit exercendi actus parochiales, & jurisdictionales nomine, & jure proprio, & juris assistentiam habeat super integra, 146
& totali, solidaque Parochialitate: ad notata *a Rota* in *d. Valentina*

tina jurisdictionis §.5. *verf. Tum quia*. Idque multo magis, si Parochus matricis habeat perpetuam, constantemque, ac judicialem observantiam, centum annorum metam excedentem: quan-
147 doquidem cum ista per se sola Parochialitatem includere in certo loco valeat; *Rota in Melevitana juris tumulandi, super manutentione*, 20. *Febr.* 1739. *per tot. cor. Nunez*, & *in d. Valentina* §.13. a fortiori valere debet ad pristinum quodcumque jus conservandum, & ad interpretandas, declarandasque, vel Ordinarias, vel
148 Apostolicas Bullas, atque Constitutiones, ut observat *Rota in d. Valentina* §.13.

Notetis velim illa verba: *perpetuam, constantem, ac judicialem observantiam*. Nam si Parochus sit etiam in duplici centena-
149 ria explendi varios actus parochiales in aliqua Ecclesia, id non semper sufficit, ut in eadem Parochialitas includatur: quia multoties contingit eos actus expleri vel precario, vel ad tempus, ac provisionaliter in aliqua Ecclesia non parochiali; *Barb. de Paroch. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 39. §. *Simili modo, Panimoll. decis.* 5. *annot.* 1. *num.* 12., *Rota decis.* 29. *num.* 26., & *decis.* 30. *num.* 3. *cor. Herrera, decis.* 368. *num.* 10. & *seq. cor. Crispo*, & *in Spiren. juris funerandi* 18. *Febr.* 1743. §. *Quemadmodum*. Qui proinde simplices actus nec præjudicium irrogant nativæ libertati, neque statum, & na-
150 turam Ecclesiæ possunt immutare: ex notatis a *Card. de Luca de Regular. disc.* 64. *num.* 4., *disc.* 30. *num.* 3. & *seq. de jurisdict.*, *Rota decis.* 706. *num.* 5. *cor. Molin.*, *decis.* 2. *num.* 22. & *seq. cor. Herrera*, & *in d. Spiren. juris funerandi* §. *Et de facto*, & §. *Ac propterea*.

TITULUS VI.

De Matricitate parochialium Ecclesiarum.

SUMMARIUM.

1 *Solet Matricitas parochialium Ecclesiarum ad duo genera reduci, ad propriam, veram, & rigorosam, & ad impropriam, seu abusivam.*

2 *Matricitas vera, & propria illa dicitur, quæ veram subjectionem importat, ac dependentiam aliarum, quæ ab illa, velut e matris sinu processerunt, & in ejus adjutorium per viam dismembrationis non plenariæ postmodum natæ, erectæque fuerunt.*

3 *Matricitas impropria, & abusiva illa dicitur, quæ simplicem majoritatis, dignitatis, & præeminentiæ qualitatem inducit, ac præfert in reliquas Ecclesias.*

4 *Cardinalis de Luca reprehenditur in* disc. 12. num. 12. de decimis, *ubi Matricitatem propriam, quam alii*

alii impropriam: & impropriam, quam alii communiter propriam nominant, intelligit.

5 *Matricitas de sui natura tantum convenit Ecclesiæ Cathedrali.*

6 *Basilica Lateranensis, seu Sanctissimi Salvatoris, cum sit Ecclesia propria, sponsa, & Cathedralis Summi Pontificis, nuncupatur Mater, & Caput omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis*, & sub num. 7.

Inscriptiones hanc Matricitatem indicantes referuntur, & varia diplomata Pontificia hanc expresse declarantia. Ibidem.

Jo. Monach. Card. in cap. Fundamenta de elect. in 6. *Basilicam S. Joannis Lateranensis ultimo loco adnumerans, intelligendus est poetice loquutus*, Ibidem.

7 *Basilica Lateranensis a Constantino magno extructa in honorem Sanctorum Joannis Baptistæ, & Joannis Evangelistæ, ob Imaginem Sanctissimi Salvatoris, quæ miraculose apparuit, nuncupari quoque solet* Basilica Sanctiss. Salvatoris.

8 *Capitulum, & Clerus Basilicæ Lateranensis, ex concessione* Clementis X., *recitat officium proprium Sanctorum Romanæ Ecclesiæ Pontificum.*

9 *Summi Pontifices solebant in Basilica Lateranensi in solemnioribus diebus Missas celebrare: & in ea septem Cardinales Episcopi alternis hebdomadibus Sacra peragebant.*

Hinc Cardinales Episcopi dicti fuerunt, nunc vero Papæ assistentes Episcopi nuncupantur. Ibidem.

10 *In Basilica Lateranensi ut plurimum celebrabantur Concilia: & istius Canonici, primum Regulares, nunc Sæculares in defectu Cardinalium, habent jus eligendi Pontificem.*

11 *Summus Pontifex considerari quoque potest ut Romæ Episcopus, & Ordinarius cum diœcesi. distinctaque Ecclesia, quæ Lateranensis est.*

12 *Habetque suum Vicarium, qui Cardinalis est, Episcopali jurisdictione distinctus, atque perpetuus.*

13 *Cardinalis Vicarius omnia Episcopalia munera exercet loco Summi Pontificis in Lateranensi Basilica, vel in ejus defectum ejus Vicesgerens.*

14 *Sacras ordinationes laudatus Cardinalis, aut ejus Vicesgerens in d. Basilica Lateranensi in quatuor anni temporibus administrat: Sacra olea conficit, & pro populi commoditate certis temporibus Sacramentum confert Confirmationis.*

15 *Catechumeni, seu Neophyti, duobus præsertim Sabbatis Resurrectionis Christi Domini, & Pentecostes, solemne a Cardinali Vicario, aut ejus Vicesgerente suscipiunt baptisma in Lateranensi Basilica.*

16 *Cardinalis Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ habet jus conficiendi Chrisma, istudque administrandi.*

17 *Idque ex privilegio* Urbani VIII., *deinde a variis Pontificibus, ac præsertim a* Benedicto XIV. *confirmato.*

18 *Sed hoc Sacramentum Confirmationis d. Cardinalis Archipresbyter administrat in octava tantum SS. Apostolorum Petri, & Pauli; e contrario Cardinalis Vicarius omni tempore.*

19 *Summus Pontifex noviter electus post coronationem in Vaticana Basilica susceptam per S.R.E. Collegium, sese confert ad* Basilicam *Lateranensem solemni equitatu, possessionem sumpturus.*

20 *In festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ, & in illo Ascensionis Christi Domini, solet Summus Pontifex Missam celebrare in Basilica Lateranensi, & populum solemniter benedicere.*

Hæc omnia apta omnino sunt ad Ecclesiam Summi Pontificis propriam, & consequenter ad Matricitatem denotandam. Ibidem.

21 *Matricitas Basilicæ Lateranensi in reliquas Urbis, & Orbis Ecclesias competens est potius impropria, quam propria.*

22 *Summi Pontifices, atque Sacra Rota*

ta hanc Matricitatem Basilicæ Lateranensi specialiter competere in Basilicam Vaticanam definiverunt.
Dicta tamen Basilica Lateranensis in Basilicam Vaticanam nihil explicat dominii. Ibidem.

23 *Capitulum Vaticanum, cum personis Basilicæ servitio additis, est immediate subjectum Sedi Apostolicæ.*

24 *Parochiales Ecclesiæ S. Blasii, vulgo* della Pagnotta, S.*Catharinæ, vulgo* della Ruota, S.*Lazari apud Montem Marium, S. Angeli extra Portam Fabricæ, S. Francisci in Monte Mario, S. Jacobi, vulgo* Scofciacavalli, *sunt omnino subjectæ Capitulo Vaticano, & ab ipso dependentes illarum Vicarii, quorum duo priores sunt perpetui, cæteri vero amovibiles.*
Quod rigorosam indicat matricitatem. Ibidem.

25 *Ecclesia Cathedralis etsi reliquas diœceseos sibi subjectas habeat, id verum est ratione prælationis, dignioritatis, & præeminentiæ, non vero dominii.*

26 *Ecclesia Cathedralis est sponsa Episcopi, & dicitur suprema, & universalis Parochia, cujus Rector, & Parochus est Episcopus.*

27 *Limita, ubi Parochiæ sunt a Cathedrali formaliter distinctæ.*

28 *Ubi Parochiæ sunt formaliter distinctæ, sola Cathedralis est sponsa Episcopi, illiusque Parochia, ita ut Parocho Cathedralis Ecclesiæ potius resistat, quam assistat jus exercendi in ea parochiales functiones in Episcopi concursu.*

29 *Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, quæ propria est Episcopi Ecclesia, illiusque sponsa, & Parochia, unum, idemque corpus cum eodem Episcopo constituit.*

30 *Capitulum tamen Cathedrale non est signum univocum Episcopatus, ita ut, ubi nullum est Capitulum, nec ullus sit Episcopatus.*

31 *Episcopatus potest vere, & realiter consistere sine Capitulo.*

32 *In Patriarchatibus, & Episcopatibus* in partibus, *ubi nulli adsunt Canonici, nulla Capitula, ii tamen, qui ad hos titulos ordinantur a S. Sede, sunt veri Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi.*

33 *Episcopatus Hostiæ, & Velitrarum simul uniti, ut plurimum retinentur a Cardinali Decano S. Collegii.*
Unum extat in hisce duabus Ecclesiis Capitulum, videlicet in illa Velitrarum; Hostiæ vero nullum Capitulum habetur, nullique Canonici. Ibidem.

34 *Episcopales Ecclesiæ Portuensis, & Sylvæ candidæ fuerunt unitæ a* Callisto III., *& Episcopus Portuensis, ut plurimum Cardinalis Subdecanus, utitur pro libito titulis ambarum Ecclesiarum.*

35 *In Ecclesia Portuensi, quæ nunc sola est, nec Canonici habentur, nec Capitulum.*

36 *Matricitatis vocabulum est æquivocum, adeoque in re dubia non veram, & propriam, sed impropriam denotabit, jus nempe prælationis, & præeminentiæ tantum subministrans.*

37 *Matricitas vera, & propria subjectionem, & servitutem importat aliarum Ecclesiarum, proindeque in re dubia semper capienda est interpretatio, quæ Ecclesiæ, de cujus stricta contenditur filialitate, faveat, atque respondeat.*

38 *In dubio pro libertate Ecclesiæ semper est respondendum.*

39 *Allegans veram Matricitatem, tenetur istam concludenter probare. Videlicet vel instrumento fundationis, & dotationis, vel Apostolico privilegio, vel immemorabili tribus conformibus canonizata, vel aliis univocis signis omnino concludentibus.* Ibidem.

40 *Allegans veram Matricitatem debet concludenter probare, quod Ecclesia noviter fuerit ædificata in antiquæ adjumentum prævia dismembratione partis antiquæ, & quod ob donationem novæ Ecclesiæ factam de redditibus propriis, illi fue-*

fuerit reservatum jus nominandi Rectorem.

41 *Jus nominandi Rectorem per se est insufficiens, atque aequivocum pro inducenda rigorosa Matricitate.*

Potest enim tale jus reservari antiquę Ecclesię in Ecclesiam independentem, seu omnino distinctam: eo quod de illius redditibus fuerit aedificata, vel dotata. Ibidem.

42 *Vera & rigorosa Matricitas efficaciter probatur, si parochialis Ecclesia nativo jure decimas percipiat, aliaque emolumenta.*

43 *Item, si perceptis omnibus emolumentis ab Ecclesia parochiali Matrice, simplex congrua alterius Ecclesię Vicario reservetur.*

44 *Assignatio congruae ita facta pro Vicario aperte indicat Ecclesiam esse Matrici plenarie subjectam, & ab illa dependentem.*

45 *Item si funeraria jura obtinet Parochus Matricis, & emolumenta integre exigit in tumulatione illorum, quos sepelire licet in altera Ecclesia.*

46 *Amplia, si non obstante nova erectione Parochię, istius subditi adhuc recipiant a Matrice Sacramenta Paschalia.*

47 *Sacramenta Paschalia nequeunt recipi ab alio, quam a Parocho, vel de ejus licentia.*

48 *Item, si Abbas, seu Praelatus Matricis habeat facultatem quoad Presbyteros, & Clericos alterius Ecclesię, instituendi, & destituendi, ex concordia inita inter ipsum, & Episcopum, & a Summo Pontifice approbata.*

49 *Amplia, si Abbas, vel alius Rector, facultatem habeat destinandi, & amovendi Presbyteros hebdomadarios, & Clericos alterius Ecclesię servitia addictos.*

50 *Item, si in Judiciali presertim controversia, fuerit ab eadem parte emissa confessio plenarię subjectionis, ac dependentiae.*

51 *In Matricitate etiam impropria requiruntur probationes.*

52 *Ecclesia non desinet dici, & esse matrix, ex eo, quod Matricitatis tantum improprię qualitate polleat.*

53 *Matricitatis improprię jura dici nequeunt vana, & inutilia.*

Sunt enim gravissimi ponderis, ratione Ordinis Hierarchici, in quo alii presunt, alii vero subsunt. Ibid.

54 *Ratione Ordinis Hierarchici, Cathedralis Ecclesia Collegialibus, Collegiales Parochialibus, & Parochiales caeteris supereminent.*

55 *Matricitas impropria probari potest per litteras, Bullas, ac diplomata Pontificia, vel Regia.*

56 *Vel per inscriptiones in Templi parietibus, in lapidibus marmoreis, aut super campanam Ecclesię insculptas.*

57 *Per enunciativas ab Ordinario tempore praesertim visitationis serio, consulto, ac deliberate panditas.*

58 *Episcopus presumitur informatus de statu, & qualitate suarum Ecclesiarum.*

59 *Item per relationes ab Ordinario habitas ad Summum Pontificem, seu ad Sacram Tridentini Concilii Congregationem.*

60 *Vel si una Archipresbyteralis, & altera Rectoria nuncupetur.*

61 *Vel ex testimonio ab Historicis habito: eo quod presumuntur instructi de statu, & qualitate Ecclesiarum.*

62 *Item ex fide dignorum Testium.*

63 *Nec refert, quod formiter examinati non fuerint, dummodo aliis documentis adpareant adminiculati.*

64 *A fortiori si formiter fuerint examinati, & cum requisitis immemorabilis observantię deponant.*

65 *Longeva, & immemorabilis consuetudo plurimum est attendenda, & manutentionem tribuit etiam in actibus honorificis, & preeminentialibus.*

66 *Non enim rejici potest, sed pro lege religiose est servanda.*

67 *Amplia si Ordinarii judicio fuerit comprobata.*

68 *Immo etsi non doceatur legitime præscripta, attamen servari hæc debet longæva, & immemorabilis observantia.*

69 *Item probatur ex publica voce, & fama.*

70 *Transactio de Matricitatis prerogativa inita inter varias Ecclesias, sine Apostolico beneplacito, non est attendenda, nec talem probat Matricitatem.*

71 *Limita, si justa fuerit, atque utilis, & si statui antiquo sese uniformem reddiderit.*

Vel si bona fide facta fuerit, pro dirimendis litibus, quæ divino cultui sunt præjudiciales, & pro bono pacis dimanaverit. Ibidem.

72 *Transactio non debet infirmari, si licita, & honesta contineat.*

73 *Debet ergo absque Apostolico beneplacito sustineri, quando pro bono pacis; pro Ecclesiarum concordia, & populorum quiete fuit absoluta.*

74 *Amplia si hujusmodi transactio nunquam fuerit spatio septuaginta, vel amplius annorum spatio impugnata, suumque effectum semper fuerit sortita.*

75 *Probatur quoque Matricitas impropria ex visitationibus ab una potius, quam ab altera Ecclesia primum ab Episcopo susceptis, & ex Sacramento Confirmationis ibidem administrato.*

76 *Visitatio pastoralis a majori, & digniori Ecclesia solet initium suscipere.*

77 *Si Notarius in contrarium adducat non fuisse talem Ecclesiam antea visitatam, talis depositio cum unice ad actum visitationis referatur, nullius erit momenti, non exhibitis visitationis actibus.*

Adeoque non debet Matricitas debilitari ex contraria Notarii attestatione, qui pro unico, & informi consideratur. Ibidem.

78 *Item probatur ex libera Ordinarii collatione, quando altera parochialis Ecclesia est jurispatronatus laicalis.*

In comparatione liberæ cum subjecta Ecclesia, majoritas desumenda semper est favore liberæ. Ibidem.

79 *Si duæ Ecclesiæ conferantur, una a Summo Pontifice, altera ab Ordinario, majoritas semper evincitur ex ea, quæ a Summo Pontifice.*

80 *Item ex retentione Fontis baptismalis in una potius, quam in altera.*

81 *Ecclesia matrix ita dici solet, quia, sicuti mater generat filios, sic Ecclesia generat homines salutaribus aquis.*

82 *Item, si Episcopus uni potius, quam alteri Parocho publicationem Indulgentiarum, Jubilei, aliarumque sacrarum functionum etiam de mandato Sedis Apostolicæ indictarum, aliosque Ordines semper direxerit.*

83 *Vel si Parochi aliarum Ecclesiarum ad Matricem accesserint pro functionibus in ea peragendis, illisque vel per se, vel per substitutos interfint.*

84 *Præsertim in die Sabbati Sancti, & Pentecostes, in benedictione Fontis baptismalis; & Sacra Olea ab eadem suscipiant, præcipue si ita disponant Synodales Constitutiones.*

85 *Ecclesia Cathedralis, quæ omnium mater est, potest prætendere, quod Parochi cæterarum Ecclesiarum ab ipsa recipiant Olea Sacra.*

86 *Limita si de Collegialibus Ecclesiis agatur.*

87 *Probabitur quoque impropria Matricitas, si advenæ, & forenses nullum habentes fixum domicilium ad Ecclesiam accesserint pro suscipiendis Sacramentis, vel in ea fuerint tumulati, nulla electa sepultura.*

88 *Advenæ & forenses nullum habentes domicilium debent in Civitate principali a Cathedrali, vel a Collegiata, ubi non adest Cathredalis, suscipere Sacramenta præsertim Paschalia, & in ea sepeliri, si sepulturam non eligerint.*

89 *Idemque dicendum de Parochia in oppidis, seu ubi nulla adest Cathedra-*

dralis, vel Collegiata Ecclesia.

90 *Item probatur, si in processionibus funerariis, vel aliis etiam, stola ab uno tantum Parocho, non vero ab alio etsi præsente, deferatur.*

91 *Vel, si sub una tantum Cruce ceteri Parochi incesserint.*

92 *Vel, si in funeribus data fuerit uni Parocho dupiicata ceræ portio.*

93 *Vel, si in solemnibus festis Missa a Parocho in alia Ecclesia celebretur, vel aliæ peragantur functiones cum interventu, & assistentia Parochi ejusdem Ecclesiæ.*

94 *Item si locus dignior uni potius, quam alteri Parocho in functionibus concedatur.*

95 *Si feria sexta majoris hebdomadæ prius discooperiantur cruces.*

Nequeunt enim cruces hoc tempore discooperiri a reliquis Ecclesiis ante Matricem. Ibidem.

96 *Si Sabbato Sancto prius Campanæ pulsentur.*

Nequeunt enim in reliquis Ecclesiis pulsari, antequam in Matrice fuerint pulsatæ. Ibidem.

97 *Si Parochi aliarum Ecclesiarum accedant ad Ecclesiam pro ducendis particularibus, vel generalibus processionibus, debentibus a Matrice incipi, & terminari.*

98 *Præsertim pro ducenda processione Sanctissimi Corporis Christi, cum a Matrice incipere debeat, & ad eam terminari.*

99 *Processio Corporis Christi, & functiones hebdomadæ sanctæ fiunt Romæ in Basilica Vaticana.*

100 *Hoc contingit præsertim ob commoditatem Pontificis in Vaticano palatio bisce diebus ut plurimum commorantis, & majoris pompæ gratia.*

101 *Tempore Sedis Vacantis hujusmodi functiones fieri debent in Basilica Lateranensi.*

Vacante Apostolica Sede ob mortem Alexandri VIII. *functiones hebdomadæ sanctæ, & processio Corporis Christi factæ fuerunt in Lateranensi Basilica.* Ibidem.

102 *Nunc tamen processio Sanctissimi Corporis Christi etiam tempore Sedis Vacantis fieri debet in Basilica Vaticana.*

103 *Functiones hebdomadæ sanctæ, & processio Sanctissimi Corporis Christi, quamvis peragantur in Basilica Vaticana, imminuunt quidem jura Basilicæ Lateranensis, illius tamen Matricitatem non auferunt, ac lædunt.*

104 *In solemni processione Corporis Christi Domini Capitulum Lateranense præcedit Capitulum Vaticanum.*

Habetque jus elevandi duas Cruces, deferendi duo Tentoria, & pulsandi duo Tintinnabula. Ibidem.

105 *Honor in processionibus etiam præstandus ab inferioribus erga majorem Ecclesiam, non solum est actus urbanitatis, sed justitiæ.*

106 *In parochialibus Ecclesiis distinctis per territorium omnino requiritur, ut Matricitas constituatur, agnoscaturque.*

107 *Tum etiam in iis, quæ per domos, seu familias, & per certas personas distinctæ proponuntur.*

Non implicat, quod inter duas Parochias promiscue resideat animarum cura, prævia dismembratione certarum familiarum, & quod una ex ipsis remaneat Matrix. Ibid.

108 *Ubi non adest Cathedralis, sed nonnullæ Collegiales, frequenter de Matricitate, & præeminentia agitantur controversiæ.*

109 *Rationi congruit, ut ex duabus, vel pluribus Ecclesiis æque Collegiatis, una sit alia, vel aliis major, & dignior.*

110 *Sæculare Collegium Regulari Collegio dignius existit, adeoque illi, non autem isti Matricitas competit.*

111 *Supereminentia Cleri Sæcularis in Regulares ab Ordine Hierarchico absolute proficiscitur.*

112 *Stylus Urbis Romæ in materia præsertim processionum attendi meretur pro regula aliorum locorum totius Orbis Catholici.*

113 *Hierarchici Ordinis ratio absolute exi-*

exigit, ut inter Collegiales Sæculares, & Regulares Ecclesias nulla de majoritate excitetur controversia.

114 *Amplia si præter Sæcularitatis beneficium, varia concurrant argumenta impropriam Matricitatem etiam inter Sæculares denotantia.*

115 *Impropria Matricitas, cujuscumque generis sint Collegiatæ, & parochiales Ecclesiæ, designatur, si Abbas, seu Archipresbyter, aut alia prima Dignitas habeat ex privilegio Apostolico usum Pontificalium, retineatque Vicarium generalem, qui jurisdictionem explicet in toto Abbatiæ, seu Archipresbyteratus districtu.*

Vel, si Collegiata majori Canonicorum numero sit distincta. Ibidem.

Vel, si a Summo Pontifice vere, satisque insignis fuerit declarata. Ibidem.

116 *Item si primus ingressus occasione præsertim Rogationum semper fiat in unam, potius quam in aliam.*

117 *Vel si primarius ingressus noviter creati Episcopi semper fieri soleat in tali Ecclesia, ibique Ordinationes peragantur, & Sacramentum Confirmationis administretur.*

118 *Si Bulla erectionis excipiatur, nullum efficacius est probationis argumentum, quam illud, quod ex tribus conformibus rebus judicatis de Matricitate disponentibus, mutuatur.*

POST demonstratas, explanatasque Parochialitatis prærogativas, ordo expostulat, ut ad illas parochialis Matricitatis demonstrandas, explanandasque gradum faciamus. Solet Matricitas Ecclesiarum parochialium ad duo genera reduci, ad propriam videlicet, veram, & rigorosam, & ad impropriam, seu abusivam, ut videre præsertim est *apud* Rotam *cor. Ratto decis.*121. *fere per tot.*, *cor. Card. Crescentio decis.*137. *num.*2.,*decis.*257. *num.*20. confirmata coram Sanctissimo, ac gloriosissimo regnante Pontifice CLEMENTE XIII. *in decis.*175. *num.*11. ubi hæc habentur: *Quidquid enim ex hactenus deductis dicendum esset de Matricitate rigorosa, Matricitas impropria præferens simplicem majoritatem, & præeminentiam super alias Ecclesias ex prædictis abunde dici debet justificata*: tum *coram Card. Bussio in Tirasonen. decimarum* 25. *Jun.* 1757. §.6. & 7.

Matricitas vera, propria, & rigorosa illa dicitur, quæ veram subjectionem importat, ac dependentiam aliarum, quæ ab illa, velut e matris sinu, processerunt, & in ejus adjutorium per viam dismembrationis non plenariæ postmodum natæ, erectæque fuerunt, ut per *textum in cap.*3. *Ad audientiam de eccl. ædific.*, tradit *Barb. de jure eccles. univ. lib.*2. *cap.*1. *num.*21., *ac* Rota *decis.*324. *num.*3. *& seq. cor. Card. Caprara dict. decis.*137. *num.*2., *& dict. decis.*257. *num.*20. *cor. Card. Crescentio*, *& in dict. Tirasonen. decimarum* §.6. *&* 7. Matricitas e contrario impropria, & abusiva illa dicitur, quæ simplicem majoritatis, dignioritatis, & præeminentiæ qualitatem inducit, & præsefert in reliquas Ecclesias; *Abb. in cap. Venerabilis de verb. signific.*, *Pignatell. consult. canon.* 109. *num.*3., *Panimoll. decis.*5.

decis.5. annot.1. num.22., ac Rota cor. Priolo decis.565. per tot., dd.
decis.137. num.2., & 257. num.21. cor. Card. Crescentio, d.dec.157.
num.11. cor. SS. D. N. CLEM. XIII., in Tranen. matricitatis 16.
Jan. 1690. §. Præmisso cor. Card. Caccia, & in dict. Tirasonen. decimarum cor. Card. Bussio in citatis §§. Ex quibus tanti ponderis auctoritatibus merito debet rejici *Card. de Luca in disc.12. num.12. &*
13. de decimis, aliisque in locis, ubi matricitatem, quam propriam 4
diximus, impropriam, & illam, quam impropriam, ipse propriam nuncupat.

In hac, de qua agimus, Matricitatis materia, solet, ac debet a cæteris diœceseos Ecclesiis distingui Cathedralis; cum huic tantum de sui natura Matricitas conveniat, tamquam Parochia, & Ec- 5
clesia Episcopi: per adducta *a Rota decis.349. num.24. part.4. rec., decis.518. num.10. cor. Ansaldo, decis.221. num.3. cor. Ratto, & in Nullius Putiniani præeminentiarum 22. Jun. 1736. §. Nulla, & §. Quoad cor. Calcagnino*. Exemplo, argumentoque ducto a Lateranensi Basilica Sanctissimi Salvatoris, quæ velut Ecclesia propria Summi Pontificis, nuncupatur omnium Ecclesiarum totius Urbis,
& Orbis mater, & caput: quemadmodum liquet ex inscriptioni- 6
bus posteritati relictis, insculptisque in fronte dictæ Basilicæ a Clemente XII. anno 1735. incredibili sumptu, & magnificentia una cum atrio e fundamentis denuo elevata. Prima inscriptio in duobus marmoreis lapidibus sibi invicem lateraliter respondentibus, ad ostium majus dictæ frontis Basilicæ, ita insculpta legitur

SACROS. LATER. ECCL.
OMNIUM URBIS ET ORBIS
ECCLESIARUM MATER
ET CAPUT.

Altera vero inscriptio post frontis medietatem, hisce carminibus per extensum insculptis, Leonino metro, significatur.

Dogmate Papali datur simul, ac Imperiali,
Ut sim cunctarum mater Caput Ecclesiarum.
Hinc Salvatoris Cœlestia regna datoris
Nomine sanxerunt cum cuncta peracta fuerunt:
Sic nos ex toto conversi supplice voto
Nostra quod hac ædes tibi Christe sit inclyta Sedes.

Plura de hac Matricitate Lateranensis Basilicæ extant Apostolica diplomata, quorum plura citantur a *Raspono Canonico dict. Basilicæ, Abb. Piazza in Hierarchia Cardinalit., tit. de Archip. S. Joannis in Later.* Notissima est Anastasii IV. Constitutio I., tum illa Adria-

driani I., Honorii III. anno 1216., Bonifacii X. 1395., Sixti V. anno 1586., Martini V. in sua Bulla dat. Romæ apud SS. Apostolos, anno 10. sui Pontificatus, confirmata a Gregorio XI., Constit. *Super universas*, tum Constit. 94. incip. *Infirma* S. Pii V. *tom.* 2. *sui Bull.* edita in confirmationem Constitutionis Gregorii XI.; quæ duæ posteriores Gregorii XI., & S. Pii V. Constitutiones integræ legi possunt in duobus marmoreis lapidibus ad æternam rei memoriam a Capitulo, & Canonicis erectis sub atrio minori dictæ Basilicæ versus Basilicam S. M. Majoris respiciente: in quo concordant *Card. Petra ad Constit.* 1. *Gregorii XI. num.*19. *tom.*4., *ac Rota decis.*98. *num.*27. *part.*19. *tom.*1. *rec.* Adeoque nil refert, si Jo. Monach. Card. in *cap. Fundamenta de elect. in* 6. describens V. Basilicas Patriarchales, S. Joannis in Laterano, S. Petri in Vaticano, S. Pauli in Via Hostiensi, S. Mariæ Majoris in Exquiliis, S. Laurentii extra muros, illam S. Joannis ultimo loco ita adnumeravit,

Paulus, Virgo, Petrus, Laurentius, atque Joannes.
Hæ Patriarchatus nomen in Urbe tenent.

Ita enim loquutus fuit sub licentia, seu regula poetica, ut observat *Pax Jordanus elucubr. divers. tom.*1. *praelud.*1. *de tit. Episcop. n.* 61.

Quod autem Basilica Lateranensis a Constantino Magno in honorem Sanctorum Joannis Evangelistæ, & Joannis Baptistæ erecta, & ob Imaginem Sanctissimi Salvatoris miraculose apparitam, Basi-
7 lica Sanctissimi Salvatoris appellata, *teste Pace Jordano, elucubr. divers. dict. tom.*1. *prael.*1. *de titulis Episcop. num.*61., sit sponsa, propria, & Cathedralis Ecclesia Romani Pontificis, aperte eruitur ex dict. Constitutione Gregorii XI. *Super universas*, ubi notantur hæc verba: *Sacrosanctam Ecclesiam Lateranensem, praecipuam Sedem nostram*: & in dict. Constitutione S. Pii V. *Infirma*, in qua hæc habentur: *Sacrosancta Ecclesia nostra Lateranensis*: tum ex Constit. 29. *Si cunctas*, *Sixti V.* ibi: *Erga Basilicam nostram Lateranensem de Urbe* . . . quod a Doctoribus communiter traditur, ac præsertim a *D. Petro Damiano in epistola ad Episcop. Cardin. dict. Basilicae, tum a Panvinio de septem Urbis Eccl., Basil. Salvat., Card. Petra ad Constit.* 1. *dict. Gregorii XI. num.*4., *ac Rota decis.*570. *num.*12. *part.* 19. *tom.*2. *rec.* Fuit a Clemente X. ex voto Sacræ Congregationis Rituum, concessum Capitulo, & Clero hujus Basilicæ Lateranensis,
8 ut officia propria recitare possint Sanctorum Romanę Ecclesiæ Pontificum, ut deducitur ex *Constitutione* 54. *Benedicti XIV.* incip. *Postquam intelleximus* §.49. *tom.*1. *sui Bull.* In ea Basilica solebant Summi Pontifices in solemnioribus diebus Missas celebrare, & in ea septem Cardinales Episcopi alternis hebdomadibus sacra perage-
9 bant: ex quo factum, ut isti Cardinales huic Basilicæ inservientes, Episcopi dicti fuerint, nunc vero Papæ Assistentes Episcopi nuncupentur

pentur, per *text. in cap.2. de offic. Archipresb.*, *Card. Petra loco cit. num.* 14.

In ea ut plurimum celebrabantur Concilia: & si casu contingeret, quod Deus avertat, quo Cardinales deficerent, ad ejusdem Basilicæ Canonicos antea Regulares, nunc Sęculares, electio Pontificis pertineret; *Barbos. in Clem. Ne Romani de elect.*, *Franc. de Eccles. cathed. cap.* 1. *num.* 93., *Card. Petra loco cit. sub num.* 14. *tom.*4., *& ad Constit.*5. *Clem.VI. num.*20. *eod. tomo*. Ac, quemadmodum Summus Pontifex, ut Romæ Episcopus, & Ordinarius cum sua diœcesi, distinctaque Ecclesia, quam Lateranensem diximus, consideratus, per *can. Si quis Episcopus caus.*7. *quæst.*1., *cap. Tua nobis de offic. Vicar.*, *& in subscriptione Legis Inter clara* 4. *cod. de Summa Trin.*, *& fide cathol.*, ibi: *Gloriosissimo, & Clementissimo Justiniano Joannes Episcopus Urbis Romæ*: tum in *annot. ad decis.* 207. *num.*162. *part.*9. *tom.*1. *rec.*, suum habet Vicarium, qui Cardinalis est, Episcopali jurisdictione donatus, atque perpetuus; *Card. de Luca in relat. Curiæ* Romanæ *disc.*13. *num.*1., *& in miscell. eccles. disc.*1. *num.*39., *Card. Petra constit.*1. *Pauli II. sub num.*45. *tom.*5., *Paul.V.* in sua Constit. anno 1555. edita, ac *Benedict. XIV.* in sua Constitut.3. incip. *Annus, qui hunc vertentem annum, Tom.*3. *sui Bull.* §.14., ibi: *Sed, quemadmodum nos nostro Cardinali in Urbe Vicario, quæ necessaria sunt, præcipere non omittimus*, *Rota cor. Priolo in Portuen. jurisdictionis*, 15. *April.* 1712. §. *Quo vero*: Sic dictus Cardinalis Vicarius omnia Episcopalia munera loco Summi Pontificis in eadem Basilica exercet, & in ejus defectum Episcopus ejus Vicesgerens: ut tradit *Card. Petra ad d.Constit.*1. *Gregorii XI. num.* 15.

10 11 12 13

Enim vero in dicta Basilica Sacras Ordinationes laudatus Cardinalis Vicarius, aut ejus Vicesgerens in quatuor anni temporibus administrat, sacraque olea conficit, & pro populi commoditate certis temporibus Sacramentum confert Confirmationis: ut notat *Card. Petra in cit. num.*14. *&* 19. Ibique Neophyti, seu Catechumeni duobus præsertim Sabbatis Resurrectionis Christi Domini, & Pentecostes, solemne suscipiunt Baptisma; *Franc. de eccl. cathed. cap.*19. *num.*96., *Card. Petra ad dict. Constit.*1. *Gregorii XI. n.* 17., *& ad Constit.*2. *ejusdem Gregorii XI. num.*30. Neque dicas, quod in Basilica Vaticana sacrum quoque Chrisma conficitur, & ministratur per Cardinalem ejusdem Basilicę Archipresbyterum. Nam id ex speciali Urbani VIII. privilegio proficiscitur, in suo Brevi confirmatorio decreti Sacræ Congregationis Visitationis, sub *die* 5. *Octobris* 1641. quod postea a variis Summis Pontificibus fuit confirmatum, ut melius videbimus in secunda Parte, ac tandem a Summo Pontifice Benedicto XIV. in *sua Constit.*59. incip. *Ad honorandam* §.10.

14 15 16 17

§.10. *tom.*3. *sui Bull.*, idque in honorem, & memoriam Cathedræ Divi Petri, Apostolorum Principis. Sed juvat insuper animadvertere, quod Cardinalis Vicarius potest hoc Sacramentum Confir-
18 mationis ministrare quocumque tempore, Cardinalis vero Archipresbyter Basilicę Vaticanæ, in octava tantum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli: ut liquet in dict. *Constitutione* 59. §.11.

Demum, ut cætera omittamus, quę inferius videbuntur, ad Basilicam Lateranensem post Coronationem in Vaticana Basilica solemni ritu, & pompa per S. R. E. Collegium susceptam, solemni
19 equitatu, possessionem sumpturus, novus Summus Pontifex se se confert. In eadem Basilica in festo nativitatis D. Joannis Baptistæ,
20 & in illo Ascensionis Christi Domini Summus Pontifex Missam celebrare, & populo benedictionem publice solet impertire. Quæ quidem omnia ad Ecclesiam Summi Pontificis propriam, ac consequenter ad Matricitatem designandam per se idonea omnino sunt judicanda.

Sed quamquam hæc verissima existant, & a nemine valeat inficiari Matricitatis prærogativa Basilicæ Lateranensis, seu Sanctissimi Salvatoris, competens in universas Romanæ Urbis, & Catholici Orbis Ecclesias; hæc tamen Matricitas in solis præeminentiæ,
21 prelationis, honorisque specialibus prærogativis consistit, adeoque non rigorosa, & propria, sed impropria tantum erit dicenda: juxta Rotales auctoritates jam superius adductas in principio, videlicet *decis.*257. *num.*21. *cor. Card. Crescentio*, *&* *decis.*175. *num.* 11. *cor. Sanctissimo* CLEM. XIII., *& in Tirasonen. decimarum*, 25. *Jun.* 1757. §.6. *&* 7. Quamvis enim a Gregorio XI. in cit. Constitutione *Super universas*, & a Divo Pio V. in sua Constitutione *Infirma*,
22 tum a Rota, quam refert *Cardinalis Petra* in *dict. Constit.*1. *Gregorii XI. num.*19., in specie declaratum fuerit, hanc Matricitatem competere Basilicę Lateranensi etiam in Basilicam Vaticanam: nemo tamen dixerit Basilicam Lateranensem in Basilicam Vaticanam aliquid dominii explicare. Quandoquidem ignorat nemo, Capitu-
23 lum Vaticanum una cum personis dictæ Basilicæ servitio addictis esse immediate subjectum Sedi Apostolicæ: ex *d. Constitutione* 59. Benedicti XIV. §.4. *tom.*3. *sui Bullarii*.

At e contrario si sermo agatur de parochialibus Ecclesiis S. Blasii, vulgo *della Pagnotta*, S. Catharinæ, vulgo *della Ruota*, S. Lazari apud Montem Marium, S. Angeli extra Portam Fabricę, S. Francisci in Monte Mario, S. Jacobi, vulgo *Scosciacavalli*, istæ sunt omnino subjectæ Capitulo Vaticano, suntque ejusdem Basilicæ
24 vere filiales, & ab ipsa dependentes illarum Vicarii, seu Parochi, quorum duo priores perpetui sunt, reliqui vero ad nutum amovibiles: dict. *Constit.*59. §.41. *& seq.* Quod in hoc casu respectu harum

rum parochialium veram, & rigorosam Matricitatem indicabit, non vero in priori respectu Basilicæ Vaticanę, aliarumque Urbis, & Orbis Ecclesiarum.

Idem judicium ferri debet de Matricitate ad Cathedralem Ecclesiam pertinente in singulis diœcesibus. Etsi enim reliquas Ecclesias sibi subjectas habeat, ac dependentes, id tamen intelligendum
quoad jus dignioritatis, & prelationis, non vero quoad jus dominii, 25
ita ut valeat in illis actus jurisdictionales explere: *Franc. de eccl. cathed. cap.21. num.11. & 115.*, *Pignatell. consult.48. num.60. tom.3.*, ac præsertim Rota *cor. SS. D. N. CLEM. XIII. decis. 239. num. 8. & 9.*, ibi: *Quæ licet sustineat qualitatem superioritatis, & Matricitatis, & consideretur uti Mater aliarum Ecclesiarum inferiorum, quoad jura honorifica & praeminentias, respectu tamen exercitii prædictorum actuum nullam habet prærogativam, & in eis, tamquam de messe aliena, nullatenus valet se ingerere*. Nec refert, quod Ecclesia Cathedralis, ut sponsa Episcopi, dicatur suprema, & univer-
salis Parochia, & Episcopus illius Parochus, & Rector habeatur, 26
Rota *in Ravennat. jurium parochialium* 11. *Martii* 1746. §. *Quemadmodum cor. Caniliac*, & 25. *April.* 1755. *cor. Borrull.* §.2. Id enim verum, quando Parochiæ non sunt distinctę: at fallit, ubi concur-
rit formalis illarum distinctio, *Franc. dict. cap.21. num.17.*, *Rota* 27
cor. Penia decis.1163. num.15. vers. Et placuit, & *dict. decis. 239. num.3. & 4. cor. SS. D. N. CLEMENTE XIII.*

Ubi vero Parochię sunt formaliter distinctę, sola Cathedralis est sponsa Episcopi, illiusque specialis Parochia, ita ut Parocho Ca-
thedralis Ecclesiæ potius resistat, quam assistat jus exercendi in ea 28
parochiales functiones in concursu Episcopi, *Barb. de Canonic. c.2. num.4. Pignatell. consult.47. num.69. tom.3.*, *Panimoll. decis.5. annot.1. num.15.*, Rota *decis.278. num.4. part.1. rec.*, & *in d. Ravennaten.* 11. *Martii* 1746. §. *Quemadmodum*, & *in altera* 25. *Aprilis* 1755. §.2. *cor. Borrull.* ibi: *Neutro autem ex iis concurrente deficiebat profecto potestas Parocho has functiones obeundi in sibi benevisa parte Ecclesiæ Metropolitanæ, cum jus, quod cæteroquin illi assistit pro exercendis juribus parochialibus intra limites suæ Parochiæ, cesset, ac potius eidem adversetur in casu, in quo, prout hic, de Cathedrali agatur, cujus tamquam supremæ Parochiæ Rector est Episcopus.*

Verum, quamquam Ecclesia Cathedralis ex supra deductis sit Ecclesia propria Episcopi, illiusque sponsa, & Parochia; atque
Capitulum d. Ecclesię unum idemque corpus constituat cum Episco- 29
po velut capite, *per text. in cap.4. de iis, quæ fiunt a Prel.*, & *juxta notata a Card. de Luca disc.1. num.5. & seq.*, & *disc.17. num.10. disc.18. num.7. de decim.*, ac presertim Rota *decis.530. num.42. decis.588. n.23. part.4. rec.* Nolim tamen, oratio, & argumenta-

30 tio ita decurrant, ut credatur Capitulum Cathedrale esse Episcopatus signum univocum, ita ut ubi nullum est Capitulum, nec ullus sit Episcopatus; quemadmodum optime monet *Benedictus XIV.* in *Const.35. incip.Notum tibi §.Tibi res plana,tom.2. sui Bull.* Nam
31 potest sine Canonicis, & Capitulo Episcopatus vere, & realiter consistere: ut idem Pontifex ratiocinatur in *cit.§. Tibi res plana*.

Quod autem res ita se se habeat, apertissimis demonstratur exemplis petitis a Patriarchatibus, Archiepiscopatibus, & Episcopatibus in partibus, ubi nulli adsunt Canonici, nulla Capitula, & ii ta-
32 men, qui ad hos titulos ordinantur ab Apostolica Sede, sunt veri Patriarchę, Archiepiscopi, & Episcopi: ex auctoritate Summi Pontificis in cit. *Constit.35. §. Tibi res plana*: Tum etiam exemplis illustratur ab Episcopatibus in Italico Romanæ Urbis districtu mutuatis, videlicet ab Episcopatu Hostię, & Velitrarum, quę dnę Ecclesię simul unitę, ut plurimum, retinentur a Cardinali Decano Sacri
33 Collegii: attamen una tantum extat Cathedralis Ecclesia, unumque Capitulum, videlicet Velitrarum, Hostię vero nulli sunt Canonici, nullumque Capitulum, *d.Constit.35. §. Tibi res plana*. Duæ quoque Ecclesiæ Episcopales Portuensis, & Sylvę candidæ aliud nobis suppeditant exemplum. Fuerunt hæ duæ Ecclesię Episcopales a *Callisto III.* unitæ, teste *Bened.XIV. d.Const.35. §.Tibi res plana.circa*
34 *medium*, & Episcopus Portuensis, ut plurimum, Cardinalis Subdecanus, utitur pro libito titulis ambarum Ecclesiarum, ut videre est in opere *Dominici Georgii pag.143.* relat. a laudato Summo Pontifice in
35 *cit.* §. In Ecclesia Portuensi, quæ nunc sola est, nec Canonici habentur, nec Capitulum, teste *Lucentio in additionib. ad Ughellium*, ibi: *Cathedrale Portuense Templum S. Hippolyto sacrum, extra, & prope Civitatis muros exurgebat: modo parvula exurgit Ecclesia sub invocatione S. Luciæ, in qua nulla Dignitas, nulli Canonici, seu Beneficiati. Ibi cura animarum exercetur per Presbyterum in nautas, & advenas*: *Bened.XIV.* in d. *Constit.35. §. Tibi res plana, in fine*.

Erant hæc notatu necessaria ad pręcavenda, evitandaque fortasse nascitura præjudicia: nunc ad Matricitatis materiam iterum convertamus sermonem. De quacumque igitur agatur parochiali Ecclesia, vel Cathedralis illa existat, vel non Cathedralis, seu particularis intra Diœcesim constituta: quamquam matricitatem illi conveniri prætendatur, dum in re dubia versatur, hoc Matricitatis vocabulum ęquivocum erit, non veram, & propriam, sed
36 impropriam matricitatis qualitatem pręseferens, jus nempe prælationis, & præeminentiæ subministrans super alias Ecclesias, *De Fargna de jurep. part.1.can.1. & 2. casu 2. num.19.,Card.de Luca de Paroch. disc.17. num.10.* Quandoquidem, cum agatur de re maximi momenti, cujusmodi est Matricitas vera, & propria, quæ sub-

ſubjectionem, & ſervitutem importat aliarum Eccleſiarum, ea
ſemper capienda eſt interpretatio, quæ Eccleſiæ, de cujus ſtricta, 37
& abſoluta filialitate contenditur, faveat, atque reſpondeat: cum
æqui, bonique ratio expoſtulet, ut in dubio pro libertate Eccleſiæ
ſemper reſpondeatur; *Rota in Caputaquen. Cappellaniæ* 11. *Jun.* 1728. 38
§. *Quatenus cor Card. Calcagnino*. Ac per conſequens veram Ma-
tricitatem alleganti, onus imminet illam concludenter demon-
ſtrandi, probandique, ut ait *Rota cor. Caffarello in Caſſanen. jurium* 39
parochialium, ſeu præeminentiarum, 6. *Jun.* 1707. §. *Verum*. Vi-
delicet vel inſtrumento fundationis, & dotationis, vel Apoſtolico
privilegio, vel immemorabili tribus conformibus canonizata, vel
aliis univocis ſignis omnino concludentibus: *Rota in Tranen. ju-
riſdictionis, & præeminentiarum*, 22. *Jun.* 1733. §. *Ita eſt, cor. Co-
rio, & in Nullius Putiniani præeminentiarum*, 23. *Jan.* 1736. §.
Sive res, & in Comen. funerum 17. *April.* 1752. §. 13. *cor. Matthæjo.*

Debet ergo veram allegans Matricitatem concludenter pro-
bare, quod Eccleſia noviter fuerit ædificata in ſimplex antiquæ
Eccleſiæ adjumentum, prævia diſmembratione partis antiquæ,
& quod ob donationem novæ Eccleſiæ factam de decimis, aliiſve
redditibus propriis, illi fuerit reſervatum jus nominandi Recto- 40
rem illius gubernio præficiendum, *ad textum in cap.* 3. *Ad au-
dientiam de eccl. ædif.*, *Rota cor. Ansaldo deciſ.* 518. *n.* 11. Jus vero
nominandi Rectorem, ſi aliis non fulciatur argumentis, per ſe in-
ſufficiens judicatur, atque æquivocum pro inducenda rigoroſa
Matricitate: quia tale jus poteſt reſervari Parocho antiquæ Eccle- 41
ſiæ, eo quod de illius redditibus fuerit nova vel ædificata, vel
dotata parochialis Eccleſia, quin tamen Eccleſia ſic erecta, ſit ab
altera dependens, propter totalem diſmembrationem juxta ſpe-
ciem reſolutionis captæ a Sacra Congregatione Concilii in *Aſcu-
lana diſmembrationis*, 11. *April.* 1739. *Tom.* 9. *theſaur. reſol. pag.* 30.

Efficaciſſimum erit probationis argumentum quoad veram,
& rigoroſam Matricitatem, ſi parochialis Eccleſia nativo jure de-
cimas, & cætera emolumenta percipiat, non vero filialis, *per* 42
Rotam cor. Herrera deciſ. 73. *n.* 7. *&* 9., *cor. Card. Scotto in Tranen.
præeminentiarum ſuper reſervatis*, 3. *Jun.* 1715. §. *Quamvis, &
cor. Stadion in Gerunden. juris ſepeliendi, ſuper parochialitate,
& tranſactione*, 5. *Maii* 1756. §. *Adſtipulatur* ibi: *Adſtipulatur ad
matricitatem, & unicitatem veræ, & propriæ Parochialitatis Ec-
cleſiæ S. Stephani, quod nativo ipſa jure ſuo percipit decimas, pri-
mitias, oblationes, & eleemoſynas, comprehenſis etiam illis, quæ
in dicta Eccleſia S. Mariæ colliguntur a Parochianis totius villæ.*
Item ſi perceptis omnibus decimis, & emolumentis ab Eccleſia
parochiali matrice, ſimplex congrua alterius Eccleſiæ Rectori, 43

ſeu Vicario reſervetur, ex doctrina Rotali *cor. Ratto in deciſ.*240. *n.*14. Hujuſmodi enim congruæ aſſignatio ita facta pro Vicario,
44 aperte indicat Eccleſiam eſſe Matrici plenarie ſubjectam, & ab illa dependentem; R*ota deciſ.*886. *n.* 14. *cor. Corio*, *deciſ.* 947. *n.*2. *cor. Emerix jun.*, *deciſ.*240. *n.* 14. *cor. Ratto*, *in Compoſtellana parochialium* 26. *Feb.*1717. §. *Certius*, *verſ. Et de aſſignatione cor. Gamaches*.

Probatur quoque plenaria Matricitas, ſi funeraria in univerſum jura obtinet Parochus matricis Eccleſiæ, & emolumenta in-
45 tegre exigit in tumulatione illorum, quos ſepelire licet in altera Eccleſia, *Rota coram Stadion in d. Gerunden. juris ſepeliendi* §. *Adſtipulatur*. Multoque magis, ſi non obſtante erectione alterius
46 Eccleſiæ, iſtius ſubditi adhuc recipiant a Matrice Sacramenta, paſchali præſertim tempore, ex R*ota deciſ.* 196. *n.* 33. *& ſeqq. part.*19. *rec.*, *deciſ.*121. *n.*14. *cor. Ratto*, *ac in d. Gerunden. juris ſepeliendi* §. *Adſtipulatur*. Hoc enim repugnaret, ſi Matricitas tantum impropria priori Eccleſiæ conveniret: cum neminem lateat
47 Sacramenta præſertim paſchalia a ſolo, proprioque Parocho, vel alio, de ejus licentia, eſſe ſuſcipienda; C*oncil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.*13. ibi: *A quo ſolo licite Sacramenta ſuſcipiant*: juxtaque ea, quæ habentur in folio S. Congregationis Concilii in *Januen.* 22. *Martii* 1749., *theſ. reſol. pag.* 27., *&* 26. *April. ejuſd. anni ad dub. pag.*30.

Si Abbas, ſeu Prælatus Eccleſiæ matricis habeat jus, & facultatem, quoad Presbyteros, & Clericos alterius Eccleſiæ, inſti-
48 tuendi, & deſtituendi, ex concordia inita inter ipſum, & Epiſcopum, a Summo Pontifice approbata, nullum erit dubium, quin huic Eccleſiæ vera, & propria Matricitas conveniat, ut poſt *Gloſſam in cap. Cum & plantare* §. *In Eccleſiis*, *verbo* Pleno jure *in fine de exceſſ. Præl.* tradit R*ota cor. Falcon. de union. benefic. dec.*1. *ſub n.*12. *verſ. Quinimo deciſ.*240. *n.*13. *cor.* Ratto, *& in Brictinorien. ſeu Nullius Foropampilien. juriſdictionis* 28. *April.* 1725. §. *Spectata verſ. Nec cor. Corio*. Tum ſi Abbas, vel alius Rector facultatem habeat deſtinandi, amovendique Presbyteros hebdo-
49 madarios, & Clericos alterius Eccleſiæ ſervitio addictos, ut tradit R*ota cor. Emerix jun. deciſ.*1027. *ſub n.*13. *verſ. Ponderat*, *cor. Ratto d. deciſ.*240. *n.*13. Sed cæteris omiſſis, evaneſcit quæcumque vel minima dubitatio, quin vera, & propria Matricitas illi conveniat Eccleſiæ, favore cujus in actibus ſeriis ab eadem Parte, dum judicialiter diſceptatur, emittitur confeſſio plenariæ depen-
50 dentiæ, & ſubjectionis, ad tradita a R*ota cor. Emerix jun. dec.*1023. *n.*8. *& deciſ.*1098. *n.*11., *d. dec.*240. *num.*18. *cor.* Ratto, *& in Majoricen. juris amovendi muſicos*, 14. *Jan.* 1729. §. *Eoque cor. Millino*.

Si

Si vero agatur de Matricitate impropria, & abusiva, quamquam probationes, quemadmodum quoad aliam veram, & propriam, non ita rigorosa exigantur, nihilo tamen secius & ista quoque 51
suas requirit probationes, etsi de juribus tantum præeminentialibus, & honorificis agatur; *Card. de Luca de decim. disc.* 13. *sub n.*13., *Pignatell. consult. canon.*109. *fere per tot.*, Rot. *cor. Ansaldo decis.*483. *n.*22., *cor. Clem. XIII. decis.*175. *n.*10. *& seq.*, *& cor. Stadion in Caputaquen. præeminentiarum*, 25. *Jun.*1756. §. 3.
Neque ex hoc, quod aliqua Ecclesia parochialis Matricitatis impropriæ qualitate tantum polleat, desinet dici, & esse Matrix, 52
juxta tradita a *Pitonio discept.* 106. *n.*10., *Card. de Luca de decim. disc.*12. *n.* 12., *Rota in Cassanen. jurium parochialium* 6.*Jun.*1707. §. *Et licet. cor.* Caffarello, *& in Caputaquen. præminentiarum*, 25. *Jun.*1756. §. *fin. cor. Stadion.* Nec etiam dicenda erunt vana, & inutilia hujusmodi etsi impropriæ majoritatis, & Matricitatis jura: sunt enim gravissimi ponderis, & momenti ratione Ordinis Hierarchici, in quo alii præsunt, alii vero subsunt, ut observat Rota in *Tirasonen. jurisdictionis, & præeminentiarum*, 22. *Jun.*1733. §. *demum cor. Corio*. Hinc attenta laudati Hierarchici Ordinis disciplina, quid decentius, quid justius, quid conducibilius haberi poterit, quam ut Cathedralis Ecclesia Collegiatis, Collegiatæ Parochialibus, Parochiales vero cæteris Ecclesiis superemineant? ut Rota declaravit in *Taurinen. præeminentiarum*, 8. *Martii* 1743. §. *Explorati cor. Card. Millino, & in Melevitana funerum, super præcedentiis*, 20. *Novemb.*1733. §. *Hujus cor. eodem Emo*, ac alibi passim, ut hic commode poterit videri.

Probationes inducentes impropriam saltem Matricitatem variis ex fontibus deduci possunt, quorum principaliores hic adducemus, ex quibus quid in cæteris quoque casibus sit judicandum, satis clare cognosci poterit. Ac primum probari ipsa poterit per litteras, Bullas, ac diplomata Pontificia, vel Regia, *ex Rota in Tirasonen. jurisdictionis, & præminentiarum* 25. *Jun.* 1734. *cor.* 55
*Card. Crescentio, seu decis.*257. *num.*40. 41. ubi consonant quæ jam adduximus in principio hujus tituli a *num.*7. Vel per inscriptiones in templi parietibus, in lapideis marmoreis, aut tabellis, 56
vel super campanam Ecclesiæ insculptas, *Card. de Luca de præemin. disc.*2. *n.*7., *Rota cor. Lancetta decis.*729. *n.*13. ibi: *Præterea in idem etiam collimant quam plures inscriptiones in lapidibus sæpe dictæ Ecclesiæ insculptæ: & licet non nullæ ex iis, tanquam recentes redarguantur per simplices fides aliquorum testium pendente lite expiscatorum: attamen ab hac nota omnino immunis est illa, quæ usque ab anno* 1655. *inesse dignoscitur in campana majori ejusdem Ecclesiæ, ibi*: Hæc est sola matrix: & *cor. Stadion in Caputaquen.*

præ-

praeminentiarum, 28. *Jun.* 1750. §. 10. quod jam demostravimus exemplo petito ab illis inscriptionibus in Basilicæ Lateranensis fronte insculptis de matricitate totius urbis, & orbis Ecclesiarum testantibus: quæ nec leguntur, nec legi poterunt in alia totius christiani orbis Ecclesia.

Probationem quoque suppeditant enunciativæ ab Ordinario tempore præsertim visitationis serio, consulto, ac deliberate
57 emissæ; *Card. de Luca de praem. disc.*51. *num.*6., *Pignatell. consult.*109. *n.*3., *Card.* Petra *ad Constit.*7. *Innoc.IV. sect.*2. *num.*34., R*ota decis.*483. *num.*7. *cor. Ansaldo*, *decis.*729. *n.*7. *cor. Lancetta*, *decis.*121. *n.*20. *cor.* Ratto, *&* *in Trauen. praeminentiarum*, *super reservatis* 3. *Jun.* 1715. §. *Enunciativæ*, *&* §. *Ex quibus cor. Card. Scotto*. Episcopus enim informatus præsumitur de statu, & qua-
58 litate suarum Ecclesiarum, R*ota decis.*397. *n.*6. *&* 9. *part.*13. *rec.*, *d. decis.*483. *n.*9. *cor. Ansaldo*, *d. dec.*729. *n.*6. *cor. Lancetta*, *dec.* 121. *n.*17. *& seq. cor. Ratto*. Item relationes ejusdem Ordinarii habitæ ad Summum Pontificem, seu ad sacram Tridentini Concilii Congregationem, ubi testatur, Ecclesiam qua de agitur, esse
59 matricem; *Rota cor. Ansaldo d. decis.* 487. *n.* 8. *& cor. Lancetta d.decis.*729.*n.*5. *&* 14. ibi: *Et tandem accedit relatio Ordinarii transmissa ad sacram Congregationem Concilii*, *in qua neaum testatur Ecclesiam S. Mariæ esse matricem &c.*

Rejicienda insuper non erit Matricitatis saltem impropriæ probatio deducta e diversa Parochorum, & Parochiarum denominatione; si, exempli gratia, una nuncupetur Archipresbyteralis, & altera Rectoria; & consequenter unus Parochus Archipresbyter, & alter Rector: quo argumento usus fuit Archipresbyter S. Petrignani,
60 quodque a Sacra Concilii Congregatione fuit receptum in *Ariminen.* 7. *&* 28. *Jul.* 1731. §. *Præterea*, ubi Parochus Petrignani demonstrabat, quod in Catalogo Cleri Civitatis, & Diœceseos Ariminensis, convocati ad Synodum anno 1724. aderat sequens descriptio: *Plebanaus S.Petrignani ... Admodum R. D. Antonius de Rubeis J.V.D. Protonotarius Apostolicus, & Archipresbyter Plebatæ S.Petrignani... R.D.Julius Vannucci Rector Eccl. paroch. S.Laurentii de Corregiano.*

Ex testimonio quoque ab historicis emisso probari poterit majoritas Ecclesiæ: quippe quia de statu, & qualitate Ecclesiarnm præ-
61 sumuntur apprime instructi: ut docet *Rota cor. Card. Crescentio dec.*257. *n.*41. *&* 42. juxtaque ea, quæ habentur *cor. Card. Bussio* de Collegialitate differente *in Barchinonen. Collegii* 5. *Maii* 1755. §.6.
62 Tum ex fide dignorum testium probari ipsa poterit: ut tradit *Pignatell. consult. canon.* 109. *n.* 2. *vers. Satis*, ac *Rota decis.* 258. *n.* 1. *part.* 1. *rec. decis.* 121. *n.* 6. *cor. Ratto*, *& decis.* 175. *sub n.* 10. *vers. Parique cor. SSmo CLEMENTE XIII.* Nec refert, quod

quod formiter examinati non fuerint, dummodo aliis documentis
adpareant adminiculati: *Rota cor. Stadion in Caputaquen. praemi-* 63
nentiarum 25. Jun. 1756. §. 13. Hinc nefas omnino esset hanc in
discrimen adducere, si hujusmodi Testes fuerint formiter exami-
nati, & cum requisitis immemorabilis observantiæ deponant, *Rota* 64
cor. Card. Crescentio d. decis. 257. n. 39. Nemo enim audebit inficia-
ri, quod longæva, & immemorabilis consuetudo plurimum sit at-
tendenda, & manutentionem tribuat etiam in actibus honorificis,
& præeminentialibus; *Menoch. cons. 126. n. 6. Rota cor. Ratto d.* 65
decis. 121. n. 72. 73. 74. ac præsertim *cor. Card. Scotto in Ilerden.*
juris possidendi in extractione Priorum 27. Jun. 1714. §. Ratio, &
in Calaguritana praecedentiæ 22. Febr. 1758. §. Inconcussi cor. Canilliac.

Hæc enim longæva, & immemorabilis consuetudo rejici nullo
modo potest, sed pro lege religiose est servanda hac etiam in ma-
teria; *Abb. in cap. Cum Ecclesia n. 49. de caus. possess.*, Rota cor. *Cerro* 66
decis. 26. n. 71. & seq., cor. Card. Crescentio d. decis. 257. n. 25.
& 52. ac præsertim *cor. Cincio in Salamantina juris suscipiendi ser-*
vitium super bono jure, 13. Jun. 1733. §. Posito. Multoque magis
si Ordinarii judicio fuerit comprobata, ad tradita *a Card. de Luca* 67
de praemin. disc. 23. n. 11., Panimoll. decis. 1. annot. 2. n. 1., Rota
decis. 469. n. 5. part. 19. rec. in Tranen. praeminentiarum, super re-
servatis 23. Jun. 1719. §. Accedit, cor. Gamaches, & in Caputaquen.
praeminentiarum 25. April. 1756. §. 3. cor. Stadion. Immo etsi non
doceatur legitime præscripta hujusmodi consuetudo, servari ta-
men debet; *Rota decis. 312. n. 14. cor. Card. Caprara, & in d. Sala-* 68
lamantina §. Quin relevet.

Publica quoque vox, atque fama ad effectum, de quo agimus,
non erit contemnenda. Nam si apud incolas loci una potius quam 69
altera Ecclesia semper habita fuerit, æstimataque uti matrix, & ma-
jor: hæc publica æstimatio attendi debet; *Pignatell. consult. can.*
109. n. 2. vers. Satis superque tom. 9., Rota cor. Ansaldo d. decis. 483.
n. 6. coram Ratto d. decis. 121. n. 24. & in Tranen. praeminentiarum
super reservatis, 3. Jun. 1715. §. Matricitas cor. Card. Scotto. Dif-
ficultas versari potest circa instrumenta, ex quibus in vim transa-
ctionis uni potius, quam alteri Ecclesiæ majoritas, seu Matricitas
conveniens deducatur. Generaliter loquendo præ oculis habendum
est Apostolicum beneplacitum, ita ut sine illo, quemadmodum hu-
jusmodi transactiones haud quaquam sustinentur, ita frustra ad hæc 70
probationum genera recurri debeat. Attamen casus contingere po-
test, quo etiam absque Pontificio beneplacito de transactionis vali-
ditate minime sit dubitandum. Enim vero si transactio decidens
competentiam privilegii potius favore unius, quam alterius Eccle-
siæ, justa, atque utilis dicatur, & si statui antiquo se se uniformem 71
red-

reddiderit: vel si bona fide facta fuerit pro dirimendis litibus, quæ divino cultui sunt præjudiciales, & pro bono pacis dimanaverit: sustineri debet hujusmodi transactio, quamquam Apostolicum beneplacitum desideretur; ut de utroque casu ait *Rota cor. Lancetta decis.* 729. *n.* 16. *&* 17.

72 Equidem sufficit, quod transactio contineat licita, & honesta, ne debeat infirmari; *Rota decis.* 305. *in fine part.* 18. *tom.* 1. *& decis.* 460. *n.* 25. *tom.* 2. *recent. d. decis.* 729. *n.* 18. Hinc non debemus dubitare, quin sustineatur etiam absque Pontificia auctoritate illa determinatio, quæ pro bono pacis, pro Ecclesiarum concordia,
73 & populorum quiete fuerit absoluta: quemadmodum declarat *Rota d. decis.* 279. *n.* 19. *cor. Lancetta*, *& in Eugubina praeminentiarum* 20. *Febr.* 1702. §. *finali cor. Card. Priolo*. Præcluditur insuper cuicumque difficultati, dubioque aditus, quotiescumque hujusmodi transactio sine beneplacito Sedis Apostolicæ, numquam fuerit septuaginta, vel amplius annorum spatio impugnata, sed suum ef-
74 fectum semper fuerit sortita: quo in casu ab Apostolici beneplaciti defectu minime vitiabitur, ut per *textum in cap. fin. de pact. in* 6. respondit *Rota cor. Seraphino decis.* 36. *per tot.*, *cor. Cerro decis.* 570. *n.* 15., *& cor. Lancet. d. dec.* 257. *n.* 18.

Ad conjecturas insuper recurramus hanc impropriæ Matricitatis prærogativam probaturi. Ex visitationibns ab Ordinario ab una potius, quam ab altera Ecclesia primum susceptis, & ex Sacra-
75 mento Confirmationis ibidem administrato, probari poterit hujusmodi majoritas: eo quod a majori, & digniori Ecclesia soleat visi-
76 tatio Pastoralis inchoari, ut in secunda Parte videbimus, ac per *text. in cap.* 1. *de censib.* admonet *Pax Jord. tom.* 2. *elucubr. canon. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 106. *Rota d. dec.* 121. *n.* 7. 8. 9. *cor. Ratto*, *& in d. Tranen. praeminentiarum super reservatis*, 3. *Jun.* 1715. §. *Pollet cor. Card. Scotto*. Si Notarii testimonium in contrarium adducatur, asserentis alteram potius fuisse ab Episcopo visitatam, cum talis depositio
77 ad actus visitationis referatur, nullius erit momenti non exhibitis visitationis actibus: ut optime Rota declaravit *in d. dec.* 121. *sub n.* 9. *vers. Absque*, *cor. Ratto*. Unde hoc in casu non potest hæc Matricitatis, & dignioritatis prærogativa debilitari ex contraria Notarii attestatione, qui pro unico, & informi teste debet reputari; *Rota d. decis.* 121. *n.* 11. *cor. Ratto*, *& in Urgellen. Archidiaconatus* 23. *Feb.* 1725. §. *Utique cor. Corio*.

Argui pari modo poterit ex libera Ordinarii collatione, quando altera Ecclesia parochialis præsertim est de Laicorum jurepatro-
78 natus: quia tunc privatorum subjicitur nominationibus. In hac enim comparatione liberæ cum subjectiva Ecclesia, semper majoritas, seu Matricitas evincitur favore Ecclesiæ liberæ collationis:

ad

ad tradita per *Antonin. de Butr. in cap. Per tuas de major. & obed. Natta consf.* 637. *n.*14. 41., *Gratian. discept. for.* 845. *n.* 34. *Rota d. dec.* 121. *n.* 6. Eodem modo, quo si duæ Ecclesiæ conferantur una a Papa, altera ab Ordinario, majoritas semper evincitur ex ea, quæ a Summo Pontifice confertur: ut ratiocinatur eadem *Rota cor.* 79
Ratto d. dec. 121. *n.* 6.

Probationis quoque argumentum suppeditabit fontis retentio in una potius, quam in altera Ecclesia: ut tradit *Franc. de Eccl.* 80
*cathed. cap.*15. *n.*167. *& seqq., Panvin. de visit. part.* 2. *quæst.*3. *n.*33., *Tusc. eod. tract. lib.* 1. *cap.*7. *n.*16., *Card. Petra ad Constit.* 2. *Gregorii XI. n.*16., *Roman. conf.* 356. *n.*3. idque declaravit S. Congregatio Concilii 19. *April.* 1606., *ac Rota d. decis.* 121. *n.* 11. *cor.* Ratto. Nam Matrix Ecclesia ita dici solet, quia, sicuti mater generat filios, ita Ecclesia generat homines salutaribus aquis, ut notatur 81
per *Glossam in Clem.* 1. *circa med. verbo* matricem *de sent. excomm.* relat. in folio Sacræ Congregationis Concilii, *in Fabrianen. fontis baptismalis, & juris baptizandi*, 24. *Maii* 1732. §. *Itaque Capitulum, tom.* 5. *thes. resol. pag.* 354. Huc referantur, quæ jam supra diximus *in titulo de instit. & natura Parochiarum n.* 43. *& seq.* & in *titulo de diversis Parochiarum speciebus, & qualitatibus n.* 137.

Si Episcopus uni potius, quam alteri Parocho publicationem indulgentiarum, Jubilæi, aliarumque sacrarum functionum, etiam de mandato Sedis Apostolicæ indictarum, aliosque ordines semper direxerit: id argumento erit Matricitatem impropriam sal- 82
tem illi Ecclesiæ convenire: *Gratian. discept. forens. cap.*578. *n.*18. *Monacell. in formul. legal. pract. for. eccles. tom.*1. *tit.* 10. *formul.* 18. *n.*4. *vers.* 7., *Rota d. dec.* 121. *n.*12. *cor.* Ratto, *d. dec.*257. *n.*34. *cor. Card. Crescentio, d. Tranen. præeminentiarum* §. *Pollet coram Card. Scotto.* Idemque intelligas, si Parochi cæteri ad Ecclesiam matricem accesserint pro functionibus in ea peragendis, illisque vel per 83
se, vel per substitutos intersint; Rota *d. dec.*121. *n.* 13.; præsertim in benedictione fontis baptismalis die Sabbati sancti, & Pentecostes: & sacra olea ab ea suscipiant, præcipue si ita disponant synodales Constitutiones: ut declaravit Sacra Congregatio Concilii *in d. Arimi-* 84
minen. 7. *&* 28. *Jul.* 1731. *ad* 2. *dub. tom.* 5. *thes. resol. pag.* 165. Eodem modo, quo Ecclesia cathedralis, quæ cæterarum matrix est, potest prætendere, quod Parochi cæterarum Ecclesiarum ab 85
ipsa recipiant olea sacra; *Card. de Luca de decim. disc.* 12. *n.* 12. *&* 13., *Card. Petra ad Constit.*5. *Innoc. IV. sect. unica n.* 19. ubi refert ita fuisse a S. Congregatione pluries resolutum, tum Rota *dec.* 524. *n.* 11. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* Ad Ecclesias tamen Collegiatas quod attinet, etsi harum quoque Matrix existat Cathedralis, non tenentur accedere ad Matricem pro receptione olei, ut fuit resolu- 86

tum a Sacra Congregatione 19. *Jul.* 1692. *in Florentina*, relata a *Card. Petra ut sup. n.* 20.

Matricitatem saltem impropriam sibi vindicabit illa Ecclesia, ad quam pro suscipiendis Sacramentis advenæ, & forenses nullum habentes fixum domicilium, accesserint, vel in qua fuerint sepulti, etsi decesserint in aliqua domo alterius Parœciæ, absque
87 tamen sepulturæ electione: *Pignatell. d.consult.*109. *num.*14. *tom.*9., *Rota cor. Ansaldo d. decis.*453. *num.*13., *cor. Lancetta d. decis.*729. *num.* 16. Etenim quemadmodum tales advenæ, & forenses, existentes in Civitate principali, vel alia, debent ad Cathedralem, vel Collegiatam accedere pro suscipiendis Sacramentis, præsertim
88 paschalibus, & ad eam, si sepultura non electa decesserint, deferri debent; *Barb.de jure Eccl.univ. lib.*2. *cap.*10. *num.*35., *& de Paroch.lib.*3. *cap.*26.*num.*25., *Pignatell. consult.*145. *in fine tom.*1., *Sperell. decis.* 87. *num.*14., *Panimoll. decis.*5. *annot.*3. *num.* 41., *Card. Petra ad Constit.* 9.*Innoc.III. sect. un. num.*50., *Rota cor. Ansaldo d. decis.*488. *num.*13. *& seq.*, *& cor.*Ratto *d. decis.*121. *num.*16. Ita si existant in oppido, seu ubi nulla est Cathedralis, vel Collegiata, tenentur ad hunc effectum accedere ad Parochiam matricem,
89 & in ea debent, si sepulturam non elegerint, tumulari; R*ota cor. Ansaldo loco cit.*, *& cor.*Ratto *d.decis.* 121. *num.*17. ibi: *Ita similitudine ducta a Civitatibus ad parva oppida, mos iste vigens in Ecclesia parochiali comprobat illius matricitatem respective ad alias Ecclesias.*

Idque multo magis, si in processionibus funebribus, vel aliis etiam, stola ab uno tantum Parocho deferatur, non vero ab
90 altero etsi præsente; *Barb. de offic.& potest.Paroch. part.*3. *cap.*26. *num.*76., *Gratian. discept.*298. *a num.*65., *cor.Lancetta d.dec.*279. *num.*3., *cor.*Ratto *d.decis.*121. *num.*22. Vel si sub una tantum Cru-
91 ce cæteri Parochi incesserint; *Card. de Luca de decim. disc.* 14. *num.*3., *Pignatell. consult.*74. *num.*1. *tom.*6., *consult.*73. *num.*83. *tom.*8., R*ota cor. Herrera decis.*73. *num.*8.*in fine vers.Et bene*, *cor.* R*atto d.decis.*121. *num.*23., *& in d. Tranen. præeminentiarum* §.*Corollaria*, *cor.Card. Scotto*. Vel si in funeribus data fuerit uni Paro-
92 cho duplicatæ ceræ portio; R*ota decis.*70. *num.*7. *cor. Merlino* repetita *in recent. decis.* 322. *part.*6., *& d. decis.*121. *num.* 15. *cor.* R*atto*. Vel si in solemnioribus festis Missa a Parocho in alia Ecclesia celebretur, vel aliæ peragantur functiones cum interventu, & assistentia Parochi ejusdem Ecclesiæ, juxta speciem, quæ habetur
93 in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Asculana dismembrationis* 11.*April.* 1739. ubi in decreto dismembrationis factæ plenarie ab Episcopo Asculano, inter cætera reservatum fuit antiquo Parocho jus celebrandi solemniter Missam in festo Sancti Titularis novæ Ecclesiæ, ibi: *Ut eidem Ecclesiæ matrici debitus honor servetur, volumus*,

lumus, *&* *mandamus*, *quod singulis annis die festi S. Benedicti* 21. *Martii*, *possit*, *&* *debeat in d.nova Ecclesia Missam canere* R. *D.Plebanus Ecclesiæ S. Mariæ de* Plano *Quintodecimi*.

Ex loco quoque digniori uni potius, quam alteri Parocho in functionibus concesso, Matricitatis impropriæ prærogativa denotatur; *Pignatell. consult.*36. *num.*7. *tom.*4., Rota *decis.*320. *num.*2. *part.*11. *rec.*, *&* *cor.* Ratto *d. decis.* 121. *num.*21. Tum etiam ex anteriori tempore denudandi crucem feria sexta hebdomadæ sanctæ: cum Parochi aliarum Ecclesiarum hanc nequeant denudare ante Matricem: quemadmodum Sacra Congregatio Concilii declaravit favore Collegiatæ in *Derthonen.jurium parochialium* 3.*Decemb.*1718. *ad* 1. *dub.*, *thes. resol. pag.*132. Item ex anteriori campanæ pulsatione in die Sabbati Sancti: eo quod istæ pulsari nequeant tali die antea quam in Ecclesia matrice fuerint pulsatæ, ex famigeratissima *Constitutione vigesima secunda Gregorii XI.* §.14., *&* *Cæremon. Episcop. lib.*2. *cap.*27., *Barb.de jure Eccl.univ. lib.*3. *cap.*3. *num.*69., *Card. de Luca de præben. disc.*42. *num.* 12., *Pignatell. d.consult.*109. *num.*8. *tom.*9., *ex Decretis generalibus Urbis*, *&* *Orbis* 10. *Decemb.* 1703., *ex Sacra Congregatione Concilii in Derthonen.*, *&* *Theatina* 15.*Martii* 1727., *in Aquen. præeminentiarum* 8.*Martii* 1732. *ad* 19. *dub. tom.*1. *thes. resol. pag.*295., *in Bojanen.* 24. *Maii d.anni*, *ad* 19. *&* 20.*dub.*, *d. anno pag.*346., *in Polycastren. præeminentiarum*, *&* *jurium parochialium* 22. *Jan.*1745. *ad* 14. *dub.*, *tom.*14. *pag.*2. *&* *seq.*, *in S. Miniani* 13. *Febr. ejusdem anni* §. *Tertio capite*, *tum in Sarsinaten. processionum* 30. *Jul.* 1757. *in princ.*, ubi refertur resolutio Sacræ Congregationis Rituum edita hanc circa materiam, *tom.*26. *thes. resol. pag.*64. 94 95 96

Impropria item Matricitas designabitur, si cæterarum Ecclesiarum Parochi ad Ecclesiam, quæ matrix prætenditur, accedant pro ducendis particularibus, vel generalibus processionibus debentibus a matrice inchoari, vel ad eam finiri, ex *Concilio Mediolanensi* 1. *part.*2. *tit.de processionibus*, *relato per Lauream Epit. Canon. verbo Processio*, *Pignatell. d. consult.*103. *num.*3. Sacra Congregatio Concilii in *d. Ariminen.* 7. *Jul.*1731. §. *Archipresbyter*, *tom.*5. *thes. resol. pag.*161. *Rota decis.* 121. *cor.* Ratto, *&* *decis.*257. *num.*34. *&* *seq. cor. Card. Crescentio*: sed præsertim pro ducenda processione SSmi Corporis Christi, quæ a Matrice incipere debet, & ad eam terminari; *Barbos. in summ. Apostol. decis. collect.* 606. *num.*2., *Nicol. elucub. canon. tom.*2. *lib.*3. *tit.*41. *de celeb. Missæ sub num.*24. *vers. Processio*, *Pignatell. consult.*29. *num.*1. *tom.* 4., *Rota dict. decis.*121. *num.*19. *cor.* Ratto, *&* *dict. decis.*257. *loco cit. cor. Card. Crescentio*. 97 98

Nec turbat, quod processio Corporis Christi, quemadmodum

99 etiam functiones hebdomadę sanctæ fiant in Basilica Vaticana. Etenim id solet contingere præsertim ob commoditatem Summi Pontificis, ut plurimum hisce diebus in Vaticano Palatio commoran-
100 tis, tum ut majori fiant pompa: quemadmodum refert *Card. Petra ad const. 1. Gregorii XI. num. 18. tom. 4.*, & *Sac. Rota decis. 560. num. 11. & seq. part. 19. tom. 2. rec.* Ita tempore Sedis Vacantis, ubi dicta Papæ commoditas deest, hujusmodi functiones fieri debent in Ecclesia Lateranensi uti matrice, ut evenit tempore Sedis Vacan-
101 tis per obitum *Alexandri VIII. anno* 1691. teste *Card. Petra loco cit. num. 19.* Nunc vero excipienda est processio SSmi Corporis Christi, quæ etiam tempore Sedis Vacantis fieri debet in Vaticana Basilica, ita ordinante Summo Pontifice *Benedicto XIV. in sua Con-*
102 *stit. 122. incip. Pastoralis solicitudinis* §. 3. *tom. 1. sui Bull.*, confirmata *in Constitutione* 59. *incip. Ad honorandam* §. 22. *tom. 3. sui Bull.* in qua Constitutione plurimis privilegiis dictam Basilicam insignivit, ut sic beatissimi Apostolorum Principis memoriam honoraret, publicum specialis suę devotionis erga ipsum gloriosissimum Ecclesiæ Principem testimonium præberet, & sui amoris erga Capitulum, & Canonicos, inter quos olim fuerat adscriptus, æternum statueret monumentum.

Sed hæc minuere quidem possunt jura, & prærogativas Lateranensis Basilicę, illius tamen Matricitatem haud quaquam aufer-
103 re: immo etipse Summus Pontifex *Benedictus XIV.* hanc voluit intactam, roboratamque relinquere. Nam etsi processio Corporis Christi fieri debeat in Vaticana Basilica, præcedentiam tamen Capitulo, & Canonicis Lateranensibus competentem auferre haud quaquam voluit, ut melius videre est in sua schedula Motus proprii, incip. *Omnibus, & singulis*, impressa post *d. Constit. 122. tom. 1. sui*
104 *Bull.*, memorata, renovataque in *d. Constit. 59.* §. 22., in qua schedula mirum in modum præscribitur ordo in hac processione a singulis Capitulis, Collegiis, aliisque Corporibus servandus: quæ proinde Capituli Lateranensis præcedentia in hisce solemnibus processionibus, aperte declarat Matricitatis prærogativam: quemadmodum a Sacra Rota fuit quoque decisum in acerrima controversia inter hæc duo Capitula excitata, ut melius videre est *Card. Petra in cit. Constit. 1. Gregorii XI. num. 21. tom. 4.* Quibus accedit, quod Basilica Lateranensis ad differentiam cęterarum, habet jus elevandi in hac Processione SSmi Corporis Christi, duas Cruces, æque antiquissimas, quarum una, quippe quæ ab Imperatore Constantino donata, Crux Constantiniana nuncupatur, tum deferendi duo Tentoria, vulgo *Padiglioni*, ac consequenter duobus utendi Tintinnabulis. Sed hic notandum, quod iste honor etiam in processionibus ab inferioribus præstandus erga majorem Ecclesiam, non solum inter

actus

actus urbanitatis, sed etiam inter actus justitiæ debet recenseri, ut docet *S. Thom.* 2.2. *quæst.*104. *art.*3., *Ricc. decis.*31. *part.*1., *cum aliis apud Ceccoper. lucubr. canonic. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 22. *&* 23., *Rota cor. Card. Crescentio dict. decis.* 287. *num.*82., *&* *cor.* CLEMENTE XIII. *dict. decis.*175. *num.*20. 105

Quæ hactenus diximus circa Matricitatem, locum habent, ut quisque percipit, in parochialibus illis Ecclesiis, quæ distinctum habent territorium, distinctosque fines cum certa populi assignatione, inter quas Parochias & ordo, & ratio expostulat, ut majoritas aliqua sit agnoscenda, quemadmodum ex demonstratis quisque etiam invitus fateri debet, ac præsertim docuit *Rota in d. Tranen. praeminentiarum super reservatis*, 3. *Jul.* 1715. §. *Non obstante cor. Card. Scotto*, relata in *dict. decis.*121. *num.*29. *cor. Ratto*. Sed idem ordo, eadem ratio expostulat, ut in iis Parochiis, quæ non sunt distinctæ per certos limites, & fines, sed per domos, seu familias, vel per certas personas, ubi ab uno tantum Parocho absque aliorum ingerentia Sacramenta administrantur sibi commisso populo, matricitas, & majoritas necessario sit constituenda: ut docet *Rota dict. decis.* 121. *num.* 29. Nulla enim, ut observat eadem *Rota loco cit.*, implicantia involvitur, quod inter duas Parochias promiscue resideat animarum cura, prævia assignatione, & destinatione certarum familiarum, & quod una ex ipsis remaneat matrix, majoremque præeminentiam obtinere debeat, cum exinde non dicatur turbata jurisdictio alterius. 106 107

Difficultas aliqua superesse posset in figenda Matricitate in iis locis, ubi duæ vel plures habeantur collegiales & parochiales Ecclesiæ, inter quas ut plurimum de hac præeminentiali qualitate acriter solet disceptari: juxta exemplum, quod Sacra Rota nobis suppeditat in celebri causa *Tirasonen. jurisdictionis, & praeminentiarum* pluries agitata, sed *cor. Card. Crescentio* 25. *Jun.* 1734. excussa, atque decisa, ut videre est *decis.*257. confirmata *cor. Sanctissimo Domino Nostro* feliciter regnante, 5. *Decemb. ejusdem anni*, ut videre est *decis.*175. Exploratissimi enim juris est, quod etiam inter hæc, quotquot existant, Collegia, majoritatis, & dignioritatis prærogativa figi debet, atque constitui: cum rationi congruat, quod ex duabus, vel pluribus Ecclesiis æque Collegiatis una sit altera, vel aliis major, & dignior, & in actibus honorificis præferatur: quemadmodum uno ore fatentur Doctores, ac præsertim *Fagnanus in cap. Cum certum de majoritate, & obed.*, *Franc. de eccl. cathed. cap.* 33. *num.* 109., *Scarfanton. ad* Ceccoper. *lucubr. canon. lib.* 4. *tit.*10. *num.*6. *& seq.*, *Piton. discept. eccles.* 9. *num.*6., Rota *decis.* 229. *num.*7. *apud Posth. de manut.*, *dict. decis.* 257. *num.* 47. *coram* Card. *Crescentio*. 108 109

Pri-

Primum itaque habenda eſt præ oculis Collegiorum qualitas, & conditio. Si enim unum ſęculare exiſtat Collegium, aliud vero, vel plura regularia: tunc inutile, ac ſupervacaneum eſt de majoritate diſputare: eo quod juris noſtri, beneque ordinatæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ principium ſit, quod ſęculare Collegium regulari Colle-
110 gio dignius habeatur, ac per conſequens illi, non huic Matricitas conveniat; *Rota dict. decif.257. num.*48. Neque id regularia Collegia debet dolere: cum ignoret nemo, hanc ſupereminentiam Cleri ſęcularis in regularem ab Ordine Hierarchico abſolute proficiſci,
111 *dict. decif.*257. *num.*49. quemadmodum ubique terrarum obſervatur, ac preſertim in publicis, ac ſolemnioribus functionibus, ac proceſſionibus, inter quas principem locum promeretur illa, quæ Romę ad S. Petrum incredibili pompa, & fidelium devotione peragitur in feſto Sſmi Corporis Chriſti, cujus Romanę urbis ſtylus atten-
112 di meretur pro regula aliorum locorum in toto Orbis catholici ambitu exiſtentium; *Sperell. decif.*76. *num.*16. & juxta notata a *Benedicto XIV.* in ſua *Conſtit.* 3. incip. *Annus, qui hunc vertentem annum inſequitur* §.4. *tom.*3. *ſui Bullar.* ac in ſpecie *Rota in Conſtantien. præcedentiæ, ſuper bono jure* 27. *Jan.* 1713. §. *Idipſum cor. Anſaldo, ſeu decif.*603. *num.*14., *dict. decif.*257. *num.*87., *& in Valentina proceſſionis* 30. *Jul.* 1732. §. *Meliorem cor. Card. Millino.* Unde eadem Hierarchici Ordinis ratio abſolute exiget, ut inter Collegiales regulares, & ſęculares Eccleſias nulla de majoritate ex-
113 citetur controverſia, ſed iſtis illæ locum donent, cedantque; *Card. de Luca in ſumma de præemin. diſc.*22., *Adden. ad* Ceccoper. *lucubr. canon. lib.*1. *tit.*5. *num.*12., *Rota decif.*62. *num.*10. *cor. Arguel. decif.*822. *num.* 9. *cor. Molin., dict. decif.* 257. *num.*50., ibi: *Eadem ratio exigit, ne Collegiata regularis S. Sepulchri poſſit de majoritate, & præeminentia contendere cum* Collegiata *ſeculari S. Mariæ.*

Si vero præter iſtud ſæcularitatis beneficium a Hierarchico Ordine proficiſcens, per quod Sæculares Regularibus hac in materia præcedunt, varia concurrant ſigna, & argumenta impropriam Matricitatem etiam ſæcularia inter Collegia indicantia, nefas omnino eſſet de Matricitatis prærogativa amplius conten-
114 dere, &, vel minimum quidem, dubitare. Quamobrem ſive de ſæculari, & regulari, ſive de duobus, aut pluribus vel ſæcularibus, vel regularibus parochialibus Collegiis agatur, ſi Abbas, ſeu Archipresbyter, aut prima Dignitas, habeat ex Apoſtolico in-
115 dulto Pontificalium uſum, retineatque Vicarium generalem, qui juriſdictionem explicet in toto Abbatiæ ſeu Archipresbyteratus diſtrictu: vel ſi Collegiata majori Canonicorum numero diſtincta proponatur: vel ſi a Summo Pontifice vere, ſatiſque inſignis fuerit enunciata, declarataque: in his, aliiſque ſimilibus caſibus nullum

erit

erit dubium, quin Matricitas, & dignioritas hujusmodi Collegiali Ecclesiæ, & Parochiæ conveniat; quemadmodum *Rota* declaravit *in d. Tirasonen. jurisdictionis, & præeminentiarum* 25. *Jan.* 1734. *cor.* *Card. Crescentio*, nempe *dec.* 257. *n.* 3. *cum duobus seqq.* & *n.* 37.

Omitto argumentum desumptum a primo ingressu ocasione præsertim rogationum: ex *Rota in d. Tirasonen.* 5. *Decemb. ejusd.* 116
anni cor. SSmo Dño felic. regnante CLEMENTE XIII., videlicet *decis.* 157. *sub num.* 10. *vers. Parique*: vel a primo ingressu noviter creati Episcopi, cum consuetudine in tali Ecclesia peragendi ordinationes, & sacramentum confirmationis ministrandi: prout decla- 117
ratum fuit a Rota in alia causa *cor. Ansaldo decis.* 518. *num.* 14. *vers. Superaddebatur*, & *in d. Tirasonen. cor. Card. Crescentio, decis.* 257. *num.* 34. Sed in hac Matricitatis materia, si Apostolicam excipias fundationis Bullam, validius probationis argumentum illud dici debet, quod a tribus conformibus rebus judicatis mutuatur: cum per has res judicatas in medium adductas, cessare omnino debeat quæcumque vel minima controversia circa Matricitatis prærogativam, de quacumque agatur sive Collegiali, vel non Collegiali, 117
sive sæculari, vel non sæculari, parochiali Ecclesia; *Rota cor. Dunozet. jun. decis.* 988. *num.* 4., *d. decis.* 257. *num.* 44., *cor. Card. Crescentio*, *d. decis.* 175. *sub n.* 10. *vers. Parique*, & *in Nullius*, *seu Romana manutentionis* 1. *Jul.* 1729. §. *Minus cor. de Valentibus*.

TITULUS VII.

De Collegialitate Ecclesiarum.

SUMMARIUM.

1 *Collegialitas Ecclesiarum ad duo genera potest reduci.*

2 *Alia Collegialitas sæcularis dicitur, cum videlicet sæculares Ecclesiastica Personæ Ecclesiæ servitio, atque regimini addicuntur.*

3 *Alia vero Regularis nuncupatur, quando Regulares in Ecclesiæ gubernio constituuntur.*

4 *Collegialitas regularis semper inest in Conventuali Ecclesia.*

Conventualis Ecclesia idem est ac Collegiata, quæ de sui natura in Ecclesia actualis Monasterii semper existit. Ibidem.

5 *Collegialitates sæculares, & regulares dari simul minime possunt.*

Admittitur tamen in eadem regulari Collegiata fundari posse beneficia sæcularia, eo quod aliud sit Ecclesia, aliud beneficia in eadem existentia. Ibidem.

6 *In Collegialitate mixta adesse videtur incompatibilitas, ob personarum, & professionum diversitatem.*

Unum corpus compaginari nequit ex partibus, sive membris diversæ naturæ. Ibidem.

7 *Quandoque tamen contra juris dispositionem contingit, ut Sæculares cum*

cum Regularibus in eadem vel Saeculari, vel Regulari Ecclesia admittantur, unicum tantum constituentes Collegium.

Et hoc in casu non dicitur Saecularis, & Regularis Ecclesia, quae deformitatem importaret, sed Saecularium, & Regularium permixtio, existente tamen Saeculari, vel Regulari Ecclesia. Ibidem.

8 *Ecclesia Caesaraugustana est Collegiata Saecularis, mixta tamen Saecularibus, & Regularibus unum Capitulum efformantibus.*

9 *Ecclesia Montisregalis est Collegiata Regularis, ubi tamen adsunt Saeculares Clerici, seu Ecclesiastici cum Monachis in eodem Choro.*

10 *Et tunc Saeculares se debent conformare Regularibus quoad recitationem divini officii.*

Quilibet debet sese uniformare moribus Ecclesiae, ubi conversatur. Ibidem.

11 *In Ecclesia Collegiata S. Ambrosii majoris Mediolani adsunt Canonici, & Capitulum Saeculare, tum Abbas, & Monachi Cistercienses: diversis tamen fruuntur juribus, diversisque utuntur ritibus, atque officiaturis.*

12 *Canonici, & Monachi in d. Ecclesia non constituunt unum, idemque Collegium, sed duo Collegia inter se distincta.*

Tale Collegium facit corpus subalternum corpori constituenti Ecclesiam in sui esse. Ibidem.

13 *Exempla non sunt attendenda, ubi clara, expressaque militat diversitatis ratio.*

14 *Non repugnat in una, eademque Ecclesia duo adesse Collegia, & utrumque suos titulos, sua beneficia, suoque privilegia, ac jura retinere.*

Talis enim Ecclesia vice fungitur velut duarum Ecclesiarum. Ibidem.

15 *Dantur quoque Collegialitates mixtae personis diversi sexus, & status.*

Harum Collegialitatum varia extant vestigia praesertim in Germania, & Flandria, ubi Canonici, & Canonissae unum, idemque Capitulum, seu Collegium efformant, in una, eademque Ecclesia, sed diverso in loco divina persolvunt officia, iisdemque juribus perfruuntur: quibus omnibus praeest vel Ordinarius, vel Abbatissa. Ibidem.

16 *In hisce Canonissarum Caetibus sunt a caeteris Canonissis distinguendae Abbatissa, Priorissa, Decanissa, Sacrista, & similes.*

17 *Istae vota emittunt, regularem vitam profitentur, praebendasque possident, quae dicuntur Ecclesiastica beneficia.*

18 *Illae e contrario, modo* Damigellae, *modo Canonissae nuncupatae, clausurae legem non servant, nec regulari voto se devincunt, & possunt ad nuptias transire.*

Ac proinde, inter personas Ecclesiasticas, quemadmodum Abbatissa, Priorissa &c., recenseri nequeunt, nisi improprie. Ibidem.

19 *Praebendae, quas tales Canonissae possident, non sunt beneficia Ecclesiastica; sed mera, ac temporalis recognitio ob servitium Ecclesiae.*

20 *Collegia Canonissis, & Canonicis, vel Monachis mixta, sunt improbata a Concilio Lateranensi II. sub* Innoc. II., *ubi prohibetur, ne cum Canonicis, vel Monachis Sanctimoniales in eadem Ecclesia, eodemque in choro ad psallendum conveniant.*

21 *Concilii Lateranensis Sanctio non est applicabilis Collegiis Canonissarum, & Canonicorum, quae in Germania, Belgio, Hispania, aliisve similibus in locis existunt.*

In una enim Ecclesia conveniunt, sed diverso in loco, quamvis non ferratis cancellis, divinas laudes persolvunt. Ibidem.

22 *Collegia Canonissarum non habent expressam Sedis Apostolicae approbationem.*

Sedis tamen Apostolicae tacita approbatio, & publica illius tolerantia efficit, ut Collegia Ecclesiastica dici

diei valeant. Ibidem.

23 *Collegialitas vera, & propria semper præsumitur in Ecclesiis Cathedralibus, vel Regularibus, &* num. 34.

24 *Cathedralis Ecclesia est etiam Collegiata.*

Ratione tamen Cathedræ Episcopi, non Collegiata, sed Cathedralis semper nuncupatur. Ibidem.

25 *Collegialitas, cum in Ecclesiis non Cathedralibus, vel Regularibus, minime præsumatur, debet concludenter probari.*

26 *Juris præsumptio, quæ Cathedrali favet, vel Regulari Ecclesiæ, præsertim excluditur in simplici Parochiali*, & num. 134.

Adeoque debent per eam concurrere argumenta, & probationes, quæ nulli subjaceant exceptioni, sed undequaque prætensam Collegialitatem concludant per rationes, & signa univoca infallibiliter importantia unitatem. Ibidem.

27 Bulla *Apostolica, seu publicum erectionis decretum, & instrumentum nullam habet exceptionem, & primum tenet locum in probanda Collegialitate.*

28 *Episcopus hodiernis temporibus attentis erigere nequit Collegiatas Sæculares, sed requiritur Sedis Apostolicæ auctoritas.*

29 *Neque etiam Collegiatas Regulares.*

30 *Ante* Bonifacii VIII. *Constitutionem, relatam in* cap. un. de excessu Prælat. in 6., *poterant Episcopi erigere Collegiatas Regularium, & Mendicantium.*

31 *Ex Constitutione* 7. Innocentii IV., *quæ prodiit ante illam* Bonifacii VIII., *Episcopi non poterant erigere Collegiatas, seu formales Conventus Patrum Minorum Conventualium, absque Sedis Apostolicæ auctoritate.*

32 *Ante* Innocentii IV. *tempora Minores Fratres non habebant formales Conventus, nec veram Collegialitatem constituebant, sed vivebant more Heremitarum.*

Adeoque requirebatur Sedis *Apostolicæ auctoritas, ut declararentur veri Cœnobitæ, & Claustrales*. Ibid.

33 *Episcopi erigere poterant Collegiatas Sæculares ante annum* 1623.

Res exemplo, & auctoritate Sacræ Congregationis Concilii illustratur. Ibidem.

34 *Doctores, & Sacra Rota, affirmantes has Collegiatas potuisse propria auctoritate Episcopos erigere, debent intelligi de Collegiatis erectis, vel erigendis ante dictum annum* 1623.

35 *Ubi agitur de Collegiatis erectis post d. annum* 1623., *non est recedendum a diversa Doctorum opinione, & a diversa Tribunalium praxi, ac disciplina, ubi liquet non amplius potuisse, nec posse Episcopum has erigere Collegiatas.*

36 *Collegia creari, darique non possunt, nisi munita proponantur supremi Principis auctoritate.*

Amplia si sint Ecclesiastica. Ibidem.

37 *Erectio Collegiatæ est maximi momenti, quæ si insignis existat, Cathedrali æquiparatur.*

38 Clemens VIII. *Motu proprio Episcopis interdixit in Collegiatas erigere parochiales præsertim Ecclesias.*

39 *Erectio parochialis Ecclesiæ in Collegialem facta ab Episcopo auctoritate propria, tempore etiam visitationis, ipso jure nulla est.*

40 *Quando per fundationis Bullam, seu instrumentum probari nequit Collegialitas, ad signa, conjecturas, aliaque probationum genera recurri potest.*

Potuit enim Bulla, seu instrumentum vel temporis injuria, & edacitate, vel incendio, vel alia de causa, deperiri, & consumi. Ibid.

41 *In tradendis univocis signis ad effectum probandi Collegialitatem, non semper potest tradi certa regula; cum id summopere dependeat ex præponderantia circumstantiarum, adeoque Judicis arbitrio multoties*

sit deferendum.

41 *Non exigitur, ut omnia concurrant signa Collegialitatem præseferentia, sed satis erit si varia afferantur, ex quibus pernecesse ipsa deducatur.*

43 *Probatur Collegialitas ex certo, sufficientique Canonicorum numero.*

44 *Dicitur numerus sufficiens, si ternarius saltem existat, dummodo Canonici, seu Beneficiati titulum habeant perpetuum in Ecclesia, quæ Collegialis prætenditur*; & sub num. 63. tum num. 78.

45 *Collegium per tres saltem personas constitui valet.*

46 *Limita, si Collegiata jam sit erecta: tunc enim in uno superstite adhuc conservatur.*

47 *Uno Canonico superstite remanet Collegiata actu, & habitu, & ad hunc solum totum jus devolvitur.*

48 Cardinalis Petra *reprobatur, asserens pro Collegialitate constituenda ad minus sex Canonicos requiri.*

49 *In erigenda insigni Collegiata ad minimum sex Canonici requiruntur.*

50 *Collegiata quando dicatur insignis in jure non est definitum: adeoque Judicis, seu Superioris arbitrio remittitur.*

51 *Indicia tamen desumi possunt ab honoribus, & præeminentiis in functionibus, ab antiqua, & conspicua Ecclesiæ constructione, a numerositate* Canonicorum, *Dignitatum, aliorumque Ministrorum, a nobilitate, & numerositate populi, aliisque similibus.*

52 *Quando Collegialitas habitu tantum remansit, potest ab Episcopo sine Sedis Apostolicæ auctoritate ad exitum perduci.*

Quia hujusmodi erectio non est vera erectio, in qua tantum Sedis Apostolicæ auctoritas requiritur. Ibid.

Proindeque Episcopus non excedit limites suæ potestatis, nec Summi Pontificis lædit jurisdictionem. Ibidem.

53 *Limita, si actu, & habitu Collegiata defecerit, v.g. ob suppressionem a Summo Pontifice factam.*

54 *Item probatur Collegialitas ab onere residentiæ Canonicis injuncto pro quotidiana, vel festiva officiatura, communique Choro.*

55 *Residentia præcisa Canonicis Cathedralium, & Collegialium Ecclesiarum a Sacris Canonibus, & Tridentinis Patribus, & Summis Pontificibus injungitur.*

56 *Neque ab ea eximi possunt per contrariam consuetudinem.*

57 *Inter cætera Collegialitatis constitutiva est recitatio divini officii, certis, statisque temporibus in Choro ad id destinato, & communi explenda.*

58 Dignitates, & Canonici *Cathedralium, vel Collegialium Ecclesiarum non solum tenentur Choro interesse, verum etiam psallere, ut fructus præbendales adquirant.*

59 *Amplia, non obstante in contrarium consuetudine.*

Limita, si adducatur verum, ac legitimum, non præsumptum Sedis Apostolicæ Indultum. Ibid.

60 *Excluditur Collegialitas ex simplici onere recitandi in Ecclesia officium B.M Virginis: cum id denotet simplicem Presbyterorum, vel Beneficiatorum Congregationem.*

61 *Item ex onere injuncto pluribus Presbyteris simul conveniendi pro sacro peragendo.*

Hæc enim erit simplex Congregatio plurium personarum ad Collegium extrinsecus accedentium absq. formalitate Collegii, & juribus, ac prærogativis veræ, & propriæ communitatis. Ibidem.

62 *Item, si plures Sacerdotes, seu Beneficiati, alicujus Ecclesiæ, vel Cappellæ servitio addicti sint, etiam cum onere residentiæ, si aliis prærogativis non polleant.*

63 *Inter Collegas similitudo adesse debet qualitatis, & potestatis, omnesque habere debent titulum beneficii perpetui in eadem Ecclesia, in qua Collegium adesse contenditur.*

64 *Perantiquam imaginem B. M. V., jam*

jam Gregorii magni ætate in Basilica Liberiana, fidelium cultu, & accessu celeberrimam, Paulus V. Burghesius 6. Kal. Febr. 1613., *in* Cappellam, *quam ipse inexplicabili magnificentia, & impensarum profusione erexerat, transferri jussit, & in Ara maxima collocavit.*

Hæc insignis Cappella *ab inducto per vetustatem squallore fuit Excellentiss. Patroni Sulmonens. Principis jussu, sumptuque liberali, sub anno Jubilei 1750. vindicata, & pristino nitori restituta.* Ibidem.

65 *Beneficiati, seu Cappellani addicti servitio hujus Cappellæ, constituunt simplicem Congregationem Presbyterorum, seu Cappellanorum, absque ulla Collegialitatis qualitate.*

66 *Excluditur insuper* Collegialitas, *si Beneficiati habeant facultatem per se, vel per substitutos* Canonicales *functiones exercendi.*

67 *Nil magis repugnat essentiæ* Collegialitatis *præcisam expostulantis residentiam, quam exemptio a recitatione divini officii, communi in Choro peragendi, & facultas substituendi alios pro functionibus, & muneribus* Canonicalibus.

68 *Amplia, si id iidem* Canonici, *seu Beneficiati ingenue fateantur.*

69 Beneficiati, *seu* Canonici, *quippe qui de prærogativis, & qualitatibus propriæ Ecclesiæ apprime instructi, omnino merentur fidem.*

70 *A fortiori si id Episcopus in actu visitationis declaraverit.*

71 *Episcopo nemo præsumitur magis instructus de statu, & qualitate Ecclesiarum diœceseos;* & num. 148.

72 *Probatur* Collegialitas *ex facultate, quam habent* Canonici *eligendi ejusdem Ecclesiæ Canonicos.*

Canonicatus Collegialium *attenta juris dispositione spectant ad electionem* Collegii. Ibidem.

73 *Limita, si tale jus fuisse præscriptum appareat favore Ordinarii.*

74 *Electio, &* Collatio *Canonicatuum Cathedralium, attento jure, spectat ad Episcopum, &* Capitulum *simul.*

75 *Hujusmodi electiones, & collationes fere omnes evanuerunt ob reservationes factas per Summos Pontifices, ultra clausas in juris corpore, in Regulis* Concellariæ.

76 *Item probatur, si* Canonici *singulis annis in unum capitulariter congregati, elegerint Thesaurarium, Archivistam, aliosque hujus generis Officiales: cum id veræ Collegiali proprie conveniat.*

77 *Tum etiam si* Canonici *capitulariter eligant Parochum ex* Canonicorum *cœtu, vel ex personis extraneis.*

Talis enim electio veris Collegiis competit, penes quæ animarum cura habitualis residet. Ibidem.

79 *Parochiales receptitiæ dicuntur, in quibus præter Parochum, varii adsunt Sacerdotes Ecclesiæ servitio addicti in Parochi adjumentum, cum jure percipiendi de emolumentis non mere parochialibus.*

80 *Istæ non efformant veram* Collegialitatem, *eo quod nullum habeant distinctum titulum beneficii, sed emolumenta percipiant in præmium laboris, & servitii Ecclesiastici.*

81 *Item excluditur, si Sacerdotes Ecclesiæ servitio addicti, possideant beneficia, sed hæc nullo umquam tempore fuerint a Sancta Sede collata.*

82 *Amplia, si de prima, vel unica Dignitate agatur: quia hæc si ducatos 24. auri de Camera excedit, Sedi Apostolicæ reservatur* ex reg. 4. Cancell. *in Ecclesiis Collegiatis.*

83 *Probatur quoque* Collegialitas, *quando Sacerdotes Ecclesiæ propriæ inserviunt ex lege fundationis Ecclesiastica auctoritate ad hunc finem facta, ut talis personarum cœtus unum corpus intrinsecum, & reale cum ipsa Ecclesia efformet.*

84 *Hisce deficientibus erit simplex Congregatio Presbyterorum extrinsece ad ipsam Ecclesiam accedens absque vera* Collegii *formalitate.*

85 *Pluralitas Canonicorum quandoque est signum æquivocum Collegialitatis: quia interdum considerari, & intervenire possunt non uti Collegium, sed uti singuli.*

86 *Amplia ad exclusionem, quando plures habentur cum Parocho Sacerdotes, sed simplex retinent officium deservitorium.*

87 *Monachiæ nomine non beneficium, sed simplex deservitorium officium intelligitur.*

88 *Item probatur* Collegialitas, *si Ecclesia pro pluribus Sacerdotibus fuerit fundata, & congruis dotibus provisa.*

89 *Debet dos pro erectione* Collegiatæ *esse certa, fixa, atque libera.*

90 *Pro erigenda Collegiali Ecclesia, congruaque dote assignanda, commutari nequeunt piæ defunctorum voluntates.*

91 *Hujusmodi commutationes fieri nequeunt, nisi ex justissima causa, & necessitate ita suadente.*

Erectio Collegiatæ *non est actus omnino necessarius, sed voluntarius.* Ibidem.

92 *Nec Summus quidem Pontifex solet derogare piis Testatorum voluntatibus, ne fideles retrahantur ab erogandis propriis bonis in Ecclesiarum utilitatem, & dominium.*

93 *Probatur insuper, si in statutis Capitularibus præscribatur modus præstandi juramentum a novis Canonicis, tum de servandis statutis, ac constitutionibus factis, & faciendis, tum de promittenda obedientia Præposito.*

94 *Item ex communi sigillo, nempe proprio ipsius Collegii.*

95 *Publicum, & authenticum sigillum non nisi* Capitulis, & Collegiis *de jure convenit.*

96 *Requiritur, quod sigillum ad omnes* Canonicos *uti* Collegium, *non uti singulos pertineat, quodque eo usi fuerint Canonici ad faciendam fidem pro toto Collegio.*

97 *Sigilli existentia Collegialitatem probat, illius vero defectus istam non excludit, &* sub num. 163.

Multa enim evenire possunt, quibus Collegiale *sigillum deficiat.* Ibid.

98 *Item ex communi arca, in qua omnium Ecclesiasticorum redditūum, & ex communi massa, in qua omnium proventuum, & emolumentorum ad* Canonicos, *seu* Beneficiatos *pertinentium includuntur.*

99 *Limita, si arca communis sit, ad conservanda videlicet, tum Capitularium, tum extraneorum redditūum deposita,*

100 *Tum si arca communis sit, in qua videlicet redditus omnes pro missis, anniversariis, &* Choro, *fallentiis non interessentium, aliisque similibus in manibus Rectoris deponi solent, cui ab Episcopo Punctatoris officium, aliudve simile fuerit commissum.*

101 *Talis massa non dicitur communis ad effectum inducendæ Collegialitatis, nec tale officium ab Episcopo Rectori commissum Punctatoris, seu Depositarii, potest convenire officio alicujus ex* Canonicis *verum Collegium constituentibus.*

102 *Massa communis, seu* Collegialis *dicitur illa, quæ redditus omnes, omniaque emolumenta communi Capitularium nomine in unam conveniunt manum Depositarii collegialiter electi: quæque inter ipsos Canonicos, seu* Collegiales *ullo absq. extraneorum consortio æqua proportione dividuntur.*

103 *Debent singulis annis a* Canonicis *capitulariter eligi Depositarii, & Officiales ex* Canonicis, *qui curam habeant, & claves retineant capsæ nummulariæ, & archivii.*

Si adsint Portionarii, & consuetudo habeatur eligendi tales Deputatos, & Officiales etiam ex Portionariis, talis consuetudo servari debet. Ibidem.

104 *Item probatur* Collegialitas *ex possessione Canonicatuum capitulariter facta, ex assignatione stalli, & loci in Capitulo, seu Collegio, aliisque id generis actibus.*

105 *Si*

105 Si *hæc deficiant, omnino Collegialitas excluditur*.

106 *Item ex communi Syndico, seu Oeconomo, & Administratore capitulariter electo ex gremio* Capituli, *seu* Collegii *ad omnia bona administranda, & ad omnia* Collegii *negotia gerenda*.

107 *Limita, si pro nonnullis gerendis negotiis Procurator, seu Administrator, & Syndicus deputatus fuerit*.

108 *Amplia, si communis Syndicus eligatur pro gerendis* Collegii, *& aliarum Ecclesiarum negotiis*.

109 *Ex communi Archivio quoque probatur* Collegialitas, *custodiendis scripturis destinato, cujus claves Archivistæ collegialiter electo, vel Rectori simul, & Beneficiatis sint commendatæ*.

110 Commune, *seu collegiale Archivium dicitur illud, in quo antiqua Ecclesiæ monumenta, omniaque bonorum, & contractuum instrumenta, nulla cum aliis dependentia, & communione, conservantur*.

111 *Tum ex communi aula collegiali, seu loco certo, & solito, ubi* Canonici *congregantur campanæ sono, pro expediendis negotiis ad Ecclesiam pertinentibus*.

112 *Limita, si* Canonici, *seu Beneficiati diversis in locis soleant congregari pro peragendis capitularibus negotiis*.

113 *Aula communis, & sonus campanæ pro pertractandis Ecclesiæ negotiis, sunt signa æquivoca: quia possunt convenire Matrici Ecclesiæ parochiali, ubi nullæ adsunt Collegiatæ*.

114 *Aula communis, sonus campanæ pro negotiis* Capitularibus *peragendis, & similia, apta sunt, & necessaria pro demonstranda* Collegialitate, *si existant; illorum tamen defectus istam nequit efficaciter excludere*.

115 *Insignia, honores, & præeminentiæ, quibus ad cæterorum discrimen Beneficiati perfruuntur, juvare possunt ad* Collegialitatem *probandam*.

116 *Inter insignia, quibus* Canonici *a cæteris distinguuntur, recensentur Almutia, & Mozzetta*.

117 *Almutiæ, & Mozzettę indui nequeunt a* Canonicis *sine Apostolico beneplacito*.

118 *Episcopus concedere nequit, ut Dignitates deferant Mozzettam saltem violaceam*, Canonici *vero, vel Portionarii subobscuram*.

119 *Interdicta enim est Dignitatibus*, Canonicis, *& Portionariis delatio Mozzettæ, cujuscumque coloris sit, sine indulto Sedis Apostolicæ*.

120 *Amplia, etsi consuetudo fuerit introducta, Episcopo permittente, illam deferendi vel super brachium, vel super scapulam*.

121 *Limita, si a Dignitatibus adducatur immemorabilis pro delatione Mozzettæ*.

122 *Resolutio S.* Congregationis *Concilii in* Neritonen. plurium 12.Jul. 1760. ad 14. dubium, *ubi negata fuit etiam Dignitatibus delatio Mozzettæ, non fuit capta contra immemorabilem, sed contra consuetudinem longe minoris temporis*.

123 *Ex defectu talium insignium excludi potest in concursu aliarum levissimarum probationum*, Collegialitatis *qualitas*.

124 *Amplia, si plures testes, ac præsertim ejusdem loci incolæ de hujusmodi defectu deponant*.

125 *Ex defectu Laureæ doctoralis, aut Magisterii in prima Dignitate, excludi nequit* Collegialitas.

126 *Laurea doctoralis, vel Magisterium requiritur tantum in* Collegialibus *insignibus, quæ* Cathedralibus *æquiparantur*.

127 *In* Collegialibus *simplicibus requiritur in Præposito, seu prima Dignitate, sola fidei professio*.

Res illustratur exemplis. Ibidem.

128 *Hæc fidei professio debet fieri ante adeptam possessionem sub pœna privationis*.

Exempla afferuntur. Ibidem.

129 *Re-*

129 *Rector parochialis simplicis potest fidei professionem emittere intra duos menses a die captæ possessionis Parochiæ.*

130 *Ex loci conspicuitate, & populi multitudine, si aliæ validiores deficiant conjecturæ, desumi perperam potest* Collegialitas.

131 *Erectiones* Collegialium *Ecclesiarum fieri debent in loco conspicuo.*

132 *Tum etiam in loco referto populi quantitate.*

133 *Sunt tamen istæ conjecturæ per se inefficaces, & consequenter, nulla alia probationis specie adminiculatæ, attendi minime debent.*

135 *Ad exclusionem* Collegialitatis *facilius admittuntur contrariæ conjecturæ, nisi urgentioribus explodantur.*

136 *Hinc rejicitur* Collegialitas, *si Episcopus tempore visitationis, vel alia occasione, visitavit* Beneficiatos *uti singulos, non uti reale* Collegium, *&* Capitulum.

137 *Vel, si Parocho decreta dirigit, ut ista Presbyteris communicet, illique soli præscribat, quæ ad Ecclesiæ gubernium, illiusque officium pertinent.*

138 *Vel, si* Beneficiati, *dum decedunt, solvant Ecclesiæ, illiusque Rectori funeralia, adinstar extraneorum.*

139 *Vel, si ex* Beneficiatis, *dum agitaretur controversia Judicialis de ipsamet Ecclesia, a lite vel incipienda, vel prosequenda, varii recesserunt.*

140 *Item si Parochus, seu Rector absque cæterorum dependentia plures actus exerceat ad Ecclesiam, illiusque jura pertinentes.*

141 *Secus, si tales actus non exerceat, quin antea Beneficiatorum consensus, & voluntas exquiratur.*

142 *Parochus, seu Rector veræ* Collegiatæ *nequit sine consensu* Canonicorum *negotia Ecclesiæ pertractare, eo quod cum* Canonicis *unum, idemque corpus constituat.*

143 *Episcopus nequit irrequisitis* Canonicis *Cathedralis Ecclesiæ negotia Ecclesiam tangentia pertractare.*

144 *Episcopus, & Capitulum Cathedrale promiscue habent administrationem, & dominium Ecclesiæ.*

145 *Et unum, idemque corpus constituunt.*

146 *Itidem probabitur* Collegialitas, *si ad Abbatem, seu Præpositum, vel alium Canonicum Summus Pontifex litteras suas Apostolicas pro illarum executione direxerit.*

147 *Vel si Ordinarius* Collegialem *Ecclesiam enunciaverit in actibus feriis consulto, prudenterque emissis.*

149 *Dicitur actus consulto, serio, prudenterque emissus si, v.g., Episcopus Ecclesiam in elencho aliarum* Collegialium *diœceseos descripserit.*

Vel si in actu visitationis, aut in relationibus Ecclesiarum totius diœcesis ad Sacram Congregationem Concilii, *Ecclesiam nominaverit Collegialem.* Ibidem.

150 *Si tamen Ecclesia aliunde probetur* Collegialis, *& Episcopus, ejusve Antecessores illam Presbyteralem simpliciter nominaverint etiam tempore visitationis, talis enunciativa non potest auferre jura* Collegialitatis.

151 *Amplia, etsi ab Ordinario quandoque fuerit provisa ut simplex Parochialis.*

152 *Provisiones factæ ab Ordinariis absque designatione qualitatis Ecclesiæ* Collegialis, *& Præpositure ut primæ Dignitatis a Summo Pontifice erectæ, non possunt immutare* Collegialis *Ecclesiæ qualitatem.*

153 *Quando simplex Parochialis in* Collegiatam *a Summo Pontifice fuit conversa, novam assumit qualitatem, novamque induit naturam, quæ auferri illi amplius nequit, quam contraria ejusdem Summi Pontificis auctoritate.*

154 *Parochialis Ecclesia in* Collegiatam *erecta alias etsi antea superiores præcedit, illisque dignior evadit.*

155 *Adeoque Ecclesia major, & Matrix amittit suas prærogativas.*

156 *Quam-*

156 *Quamquam non amittat jura parochialium functionum, tituli tamen majoritatis, & Matricitatis pro antiquatis habendi sunt.*

157 *Probatur insuper Collegialitas ex testimonio Historici, referentis Ecclesiam esse Collegialem, Dignitatibus, vel Dignitate constare, cum specifica personarum, bonorum, & qualitatum designatione.*

158 *Plenam fidem sibi apud homines conciliat Historicus, cum praesumatur de Ecclesiarum origine, & qualitatibus instructus.*

159 *In conflictu Testium, quorum alii de* Collegialitate, *alii de illius exclusione deponunt, iis est deferendum, quibus alia favent adminicula.*

160 *Testes deponentes de* Collegialitatis *praerogativa, quae ex variis enunciativis eruitur, a libris Baptismatum, vel Matrimoniorum mutuatis, ubi Ecclesia uti parochialis, &* Collegialis *semper fuit habita, plenam fidem merentur.*

161 *Testes, qui deponunt de*Collegialita*tis exclusione, sed signa, & rationes illam excludentes non proferunt aptas, & idoneas, rejici omnino debent in affirmantium concursu.*

162 *Si deponant v.g. Ecclesiam non esse Collegialem, eo quod in ipsa communis arca, vel commune sigillum deficiat, hujusmodi depositiones conjecturis ita insubsistentibus innixę nullam promerentur fidem.*

163 *Communis arca, vel commune sigillum, per se sunt omnino aequivoca signa.*

Si enim existant, probare possunt Col*legialitatem, si vero deficiant, illam nequeunt excludere.* Ibidem.

164 *Ex simplici Capituli, Collegii, vel Canonicorum denominatione, necessariis requisitis destituta, non vera, sed impropria, & abusiva Collegialitas desumitur.*

165 *Simplex verborum formula attendi minime debet, sed substantialia concurrant necesse est ipsam* Colle*gialitatem necessario inducentia.*

A fortiori si Ecclesia, quae Collegia*lis praetenditur, Communitatis, vel Congregationis nomine donari soleat.* Ibidem.

AGitari frequenter solent in Ecclesiastico foro de Collegialitate controversiae a parochialibus Ecclesiis ut plurimum excitatę, jurium, ac prerogativarum, quas sibi competere blandiuntur, vindicandarum gratia. Po- 1
test Ecclesiarum Collegialitas ad duo genera reduci.
Alia enim saecularis dicitur, cum videlicet saeculares Ecclesiasticae Personę Ecclesiae servitio, atque regimini addicuntur: alia vero re- 2
gularis, quando Regulares in illius gubernio constituuntur: juxta doctrinam *Card. de Luca in miscell. disc.* 1. *num.* 30. Et hęc regularis 3
Collegialitas in Conventuali Ecclesia semper inest, cum omnibus exploratissimum sit, Conventualem Ecclesiam idem esse ac Col- 4
legiatam, quae de sui natura in Ecclesia actualis Monasterii semper existit per *textum in cap. Nobis de jurep. ibique Glossa verbo Conventualis, ac Hostien., Cardin. num.* 3., *Card. de Luca de praemin. in summa num.* 22., *Lambertin. de jurep. part.* 1. *quaest.* 5. *lib.* 2. *num.* 2. & 3., *Card. Petra ad Constit.* 7. *Innoc. IV. sect.* 2. *num.* 3., *Rota decis.* 140. *num.* 9. *part.* 7. *rec.*

Hę duę Collegialitates jure attento dari simul minime possunt, vide-

5 videlicet seculares, & regulares: quamquam admittatur in eadem
regulari Collegiata fundari etiam posse beneficia sæcularia: eo quod
aliud sit Ecclesia, aliud beneficia in eadem Ecclesia existentia: ut
optime observat *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.34. num.71. & 72.*
nullaque insit incompatibilitas, quemadmodum adesse videtur in
6 eadem mixta Collegialitate ob personarum, & professionis diversitatem:
cum unum corpus compaginari nequeat ex partibus, sive
membris diversę naturę, per *text. in Clem.1. de elect.*, *Abb. quæst.6.
num.2.*, *Card. de Luca de benefic. disc. 63. num. 5.*, *Rota decis. 84.
num.3. part.1. recent.*

Quandoque tamen contra juris dispositionem contingit, ut sęculares
cum regularibus in eadem vel sęculari, vel regulari Eccle-
7 sia admittantur, unicum tantum constituentes Collegium: Quo in
casu dici non potest sęcularis & regularis Ecclesia, quę deformitatem
importaret, sed sęcularium, & regularium permixtio, existente
tamen sęculari, vel regulari Ecclesia. Exemplum primę habetur
in Ecclesia Cæsaraugustana, ubi datur Clericorum, seu Sa-
8 cerdotum secularium, & regularium unio in uno, eodemque Capitulo,
teste *Card. de Luca de benef. disc.63. num.7.*, *Card. Petra ad
dict. Constit.7. Innoc. IV. sect.2. sub num.59.*, ac *Rota in Cæsaraugustana
jurisdictionis, decis.1021. cor. Emerix juniore*. Exemplum secundæ
habetur in Ecclesia Montisfregalis, quę est regularis, ubi ad-
9 sunt seculares Clerici, seu Ecclesiastici, cum Monachis in eodem
Choro, *Rota decis.79. & 84. part. 1. rec.*, *decis. 179. cor. Coccino*.
Sed hic notandum, quod Sęculares debent sese conformare, quoad
recitationem officii, Regularibus: ex ea ratione quod quilibet se de-
10 bet uniformare moribus Ecclesiæ, in qua conversatur, *can. Illa
vers. Si etiam tu dist.12.*, *can. Recolentes vers. Cæterum, ubi Glossa,
verbo Coaptent de statu Monach.*, *cap. fin. vers. Præcipimus, ubi
glossa eod. tit.*, *Vitalinus in Clem. fin. num.52. 53. de celeb. Missæ*.

Movere fortasse poterit exemplum Collegiatæ S. Ambrosii
majoris Mediolani, ubi adsunt Canonici, & Capitulum sęculare,
atque Abbas, & Monachi Cistercienses, qui diversis fruuntur ju-
11 ribus, diversisque utuntur ritibus, atque officiaturis. Sed hæc inani
exitu adducerentur: nam ibi Canonici, & Monachi non constituunt
unum, idemque Collegium, sed duo Collegia, in una tamen
Ecclesia, formaliter inter se distincta: cum in uno latere adsint
12 Sæculares, in alio Regulares: ut videri potest resolutio S. Congregationis
Concilii in *Mediolanen. Visitationis 28. Novemb. 1705.*,
lib.55. decret. fol.420. a tergo. Unde hoc Collegium facit corpus
subalternum corpori constituenti Ecclesiam in sui esse, ut notat
Card. de Luca dict. disc.63. num.7. & sic nulla datur implicantia corporis
cum diversis membris, ut observat *Card. Petra dict. sect. 58.*

Ex

Ex quo sequitur allatum exemplum nihili esse in præsenti casu habendum : cum exempla attendi non debeant , ubi clara , expressa- 13
que militat diversitatis ratio, ad *textum in L. Licet ff. de officio Præsid.*, *L. Papinianus ff. de minor.*, *L. Nemo cod. de sent. & interl.*, Rota *decis.* 309. *num.* 21. *coram Merlines* , *& in Bononien.* , *seu Ferrarien. Terratici* 5. *Jul.* 1757. §. 16. *cor. Card. Caprara* . Sed insuper addendum , quod minime repugnat in una , eademque Eccle-
sia duo adesse Collegia , & utrumque suos titulos , sua beneficia , 14
suaque privilegia retinere , ex animadversis *a Peck. de repar. eccles. cap.* 20. *num.* 2. , *Bellett. disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de cleric. debit.* §. 14. *num.* 1. *& seq.* , *Vvames de jure Pontific. constit.* 113. *num.* 4. , *Velasc. consult.* 189. *num.* 16. *& seq.* , *ac* Rota *cor.* Paracciano *in Moguntina reparationis Ecclesiæ* 13. *Febr.* 1758. §. 6.; Et hoc in casu , etsi una existat Collegialis Ecclesia , attamen veluti duæ considerantur : juxta observationem Rotalem in *dict. Moguntina* §. 5. , ibi : *Perinde ac si vice fungeretur duarum Ecclesiarum* .

Dantur insuper non solum Collegialitates mixtę personis ejusdem sexus , sed diversæ professionis , diversique status , verum etiam Collegialitates mixtæ personis diversi sexus , & status , quarum 15
varia habentur vestigia in Germanica , & Belgica regione , ubi Canonici , & Canonissæ unum , idemque Capitulum , & Collegium efformant in una , eademque Ecclesia , sed diverso in loco divina persolvunt officia , iisdemque juribus , ac privilegiis perfruuntur : quibus omnibus pręest vel Ordinarius , vel Abbatissa , ad *cap. Indemnitatibus de elect. in* 6. , *Thomassin. de benefic.* , *seu de vet. & nov. discipl. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 63. *num.* 3. , Rota *decis.* 17. *num.* 7. *post Tamburin. de jure Abb.* , *& cor. Cerro in Monasterien. Abbatissatus* , 25. *Jun.* 1725. §. *Altero* , *& in eadem* 9. *Jun.* 1727. *cor. Aldrovando* .

Juvat autem distinguere in hisce Canonissarum Cœtibus Abba-
tissam , Priorissam , Decanissam , Sacristam , aliasque similes a cæ- 16
teris Canonissis . Nam illæ vota emittunt , regularem vitam profi-
tentur , pręebendasque possident , quæ vera dicuntur Ecclesiastica 17
beneficia : ut notat Rigant. *ad* Regul. *Cancell.* 9. §. 2. *num.* 419. , Rota *in Colonien. Canonissatus* 21. *Jan.* 1729. §. *Absque* , confirmata 22. *Jun. ejusd. anni cor. Calcagnino* . E contrario aliæ Canonissæ , modo *Damigellæ* nuncupatæ , modo Canonissæ , nullam convictus , & clausuræ legem servant, nullo regulari voto sese devincunt , propriis non renunciant , & quando eis libuerit ad nuptias queunt tran-
sire . Adeoque inter personas Ecclesiasticas , quemadmodum prio- 18
res , non nisi improprie , latoque modo recensentur ; *Cap. Indemnitatibus de elect. in* 6. *vers. Sunt juxta* , *Vitriac. in histor. occid. cap.* 31. , *Guicciardin. in descript. Belgii apud Vanespen in jus Eccles. univ. part.* 1. *tit.* 33. *cap.* 2. *num.* 16. *& seq.* , *Piton. discept. eccles.* 82. *n.* 19.

& seq., *Thomassin. d. lib.*3. *cap.*63., aliique apud *Rigant. loc. cit. sub num.*418. *vers. Aliæ vero*, ac Rota *in dict. Colonien. Canonissatus* 21. *Jan.* 1729. §. *Hujusce*. Ac per consequens præbendæ, quas ipsæ pos-
19 sident, non sunt beneficia Ecclesiastica, sed temporalis tantum recognitio in præmium servitii Ecclesiastici, recitationis divini Officii, aliorumque pietatis & christianæ religionis munerum, ex *Rigant. locis citatis*, *ac num.*413. *tom.*2.

Dices fortasse hujusmodi Collegia Canonissarum esse improbata in Concilio Lateranensi II. sub *Innoc. II.* relato *in Cap. Perniciosam*
20 *caus.*18. *qu.*2. ubi prohibetur ne Sanctimoniales simul cum Canonicis, vel Monachis in eadem Ecclesia in uno Choro conveniant ad psallendum. Sed animadvertas Lateranensis Concilii Sanctionem non esse applicabilem Collegiis Canonissarum in Germania, Bra-
21 bantia, Belgio, Hispania, aliisque id generis locis, ut tenent *Rigant. loco cit. sub num.*417., *Azor. instit. moral. tom.*1. *lib.*13. *tit.*9. §. *Sciendum*, *Thomass. d. part.*1. *lib.*1. *cap.*68. *n.*2., *Zypp. consil.*17. §. *Sciendum lib.*3. §. *Prout*, ubi advertit, quod istæ Canonissæ non psallunt in uno, eodemque Choro cum Canonicis, sed diverso loco, quamvis non ferratis Cancellis, ut Moniales, pro honesta locorum libertate, quam non omnium aliarum nationum genium æque admitteret; *Miræus*, ubi plene *in libello de Collegiis Canonicorum cap.*19., ac Rota *cor. Cerro in Monasterien. Abbatissatus*, 6. *Maii* 1726. §. *Porro*. Unum libenter admittam, videlicet Canonissarum Col-
22 legia non habere expressam Sedis Apostolicæ approbationem: sed tamen fatebor ejusdem Sedis Apostolicæ tacitam non deesse approbationem, ac publicam illius tolerantiam efficere, ut Cœtus, & Collegia Ecclesiastica possint nuncupari, *Thomassin. dict. tom.* 1. *lib.*3. *cap.*63., *Vanespen. d. part.*1. *tit.*33. *cap.*2. *num.*30., *Corrad. in praxi lib.*1. *cap.*15. *n.*145., Rota *cor. Molines decis.*74. *num.*13., ac pluries alibi apud *Rigant. d.* §.2. *num.* 416. *tom.* 2.

Sed hæc delibasse sufficiat circa hujusmodi Collegia: nunc ad propositum serio descendamus. Regula igitur tenenda est hac in materia, quod Collegialitas vera & propria semper inesse præsu-
23 mitur in Ecclesiis tantum Cathedralibus, vel Regularibus, non vero in reliquis; *Cap. Ne pro defectu de electione*, *Corrad. in praxi lib.*2. *cap.*9. *num.*34., *Mascard. conclus.*584. *num.*8., *Tondut. resol. benefic. part.*2. *cap.*2. §.2. *num.* 7. In Ecclesiis enim Cathedralibus semper
24 inesse dicitur: cum Cathedralis Ecclesia sit etiam Ecclesia Collegiata: ratione vero Episcopalis Cathedræ, & dignitatis, tale nomen vulgo non retinet, sed Cathedralis semper nuncupatur, ut notat *Lotter. de re benef. lib.*1. *quæst.*14. *n.*42., *Franc. de eccl. cathed. cap.*14. *n.*92., *Card. Petra d. sect.*2. *n.*2. Unde cum Collegialitas in reli-
25 quis Ecclesiis non præsumatur si prætenditur, debet concludenter pro-

probari,ut prẹter modo citatas auctoritates deducitur a *Rota decis. 341. num.6. cor. Royas , decis.41. num.7. cor. Carillo , Adden. ad Buratt. decis. 435. num. 5. & decis. 469. num. 39. part. 19. tom. 2. rec.,& in Posnanien. parochialis 14. April.1758. §.4. cor.Card. Bussio .*

Verum hæc juris prẹsumptio , quæ in Cathedrali , vel Conventuali Ecclesia habetur , in simplici prætertim parochiali Ecclesia excluditur : adeoque si parochialis aliqua Ecclesia hanc Collegialitatis prærogativam contendat, debent pro ea concurrere argumenta , & probationes , quæ nulli subjaceant exceptioni , sed undequaque prẹtensam Collegialitatem concludant per rationes , & signa univoca , & argumenta certa infallibiliter importantia unitatem ; *Abb. in Cap. Nobis num.8. de jurep.,Felin. in Cap. Accedentes num.5. de præscript., Rota decis.469. num.17. part.19. tom.2. rec. , decis.1. num.2. ad f. de benefic. cor. Falcon. , decis.240. num.5. cor. Ratto, in Bassinanen. præeminentiarum, 27. Jan. 1727. §.Firmiusque §. Cui accedit cor. Calcagnino , in Barchinonen. Collegii 7. Febrar. 1757. fere per tit. cor. Olivatio , & in d. Posnanien. parochialis* §.4. 26

Vera , & propria Collegialitas Ecclesiastica , & sæcularis , de qua hic loquimur, probari melius, nobilius, atque efficacius nequit , quam per Apostolicam Bullam , seu publicum erectionis decretum , & instrumentum , quod nullam quidem exceptionem habet , & primum tenet locum in hujusmodi probationibus , per ea , quæ tradunt *Abb. in dict. Cap. Nobis num.7. , Innoc. in c p. Postulasti num. 1. , Mascard. de probat. conclus.* 184. *num.1.* , ac præsertim R*ota in d. Posnanien. parochialis* §.4. Dixi : *Apostolicam Bullam* : ut intelligatis , quod Episcopus, hodierna attenta jurisprudentia , Collegiales erigere haud quaquam valet , sed expressa Sedis Apostolicæ auctoritas requiritur , *ex Card. de Luca de benefic. disc.14. n. 12. , Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.14. num.43. & 49., Barbos. de jure eccl. univ. lib.2. cap.6. n.1. , Card. Petra ad d. Constit.7. Innoc. IV. sect.2. num.11. 12. & seqq. , Capon. discept.288. n.2.* ex Sacra CongregationeConcilii *in Catanen. erectionisCollegiatæ 1. Septemb.1691.*, ex litteris ejusd. Sacrẹ Congregationis ad Episcopum Tridentinum *sub die 27. Feb. 1727. lib.20. litt. Visit. SS. Liminum pag.201.* , relatis in folio Sacræ Congregationis habitæ 16. *Decemb.* 1741. §. *Primo , in Nullius Terræ Pontiani , electionis Vicarii Capitularis , thesaur. resol. tom.10. pag.216. & seq.* , & ex *Rota decis.99. num.9. part.7. rec. , decis.1084. num.5. cor. Emerix jun. , in Gerunden. erectionis Canonicatus 11. Jan. 1726. §. Hæc totali cor. Calcagnino , & in Barchinonen. Collegii , 9. Maii 1755. §. 3. cor. Card. Bussio* , ubi ad excludendam a parochiali Ecclesia pretensam Collegialitatem , hæc habet : *Si quidem non modo deficiebat illius erectio Apostolica auctoritate peracta .* 27 28

Neque id, quod attinet ad Ordinarium, habere debet locum
29 in solis Collegiatis Sęcularibus, sed etiam in Regularibus: quia nec
istas erigere ipse potest: de qua re habetur *Constitutio* 99. *Clementis VIII.* incip. *Quoniam ad institutum*, & Constit. 50. *Innocentii X.* incip. *Instaurandæ*, §. *Verum quia*, tum Constit. *Bonifacii VIII.*, relata in *Cap. un. de excep. Præl. in 6.*, item Constit. 7.
Innocentii IV. incip. *Cum tamquam*, relata, & commentariis illustrata
a *Card. Petra in tom.* 3. *a pag.* 60. *ad* 77., sed pręsertim *in d. sect.* 2.
num. 6., ubi tamen notat, quod Episcopi ante Bonifacii Constitu-
30 tionem erigere poterant Collegiatas Regularium, & Mendicantium. Quin moveat Constitutio dict. *Innocentii IV.*, quæ etsi prodierit ante illam Bonifacii, tamen de Conventibus Minorum
31 Conventualium loquendo ait recurrendum esse ad Pontificiam auctoritatem. Equidem nemini ignotum est, quod Minores Fratres non
32 habebant Conventus formales, sed vivebant more Heremitarum:
nondum enim veram Collegialitatem constituebant: adeoque oportuit adhiberi Apostolica auctoritas non quidem in construendis novis Conventibus, quia sola Episcopi licentia ad id sufficiebat: sed ut Minores, qui prius vixerant tamquam Heremitæ, declararentur, & a sancta Sede approbarentur ut Cœnobitæ & Conventuales, seu Claustrales: ut ratiocinatur *Card. Petra loco cit. n.* 6., *ac in princip. Constit. num.* 3., & *Card. de Luca de* Regularibus *disc.* 5. *num.* 13.

Attenta autem veteri disciplina, quoad Ecclesias sæculares, certum est, quod etiam Episcopi Collegiatas poterant erigere ante
33 annum 1623., non vero post dictum annum: ut ait *Rota cor. Card. Crescentio in Thelesina Collegiatæ*, 4. *Jun.* 1736. §. *Quod attinet*, *seu dec.* 365. *n.* 6. Quod mirifice probatur ex variis S. Congr. Conc. resolutionibus, sed præsertim in *Cremonen*, *Collegiatæ* 7. *Septemb.* 1720.
ubi agebatur de erectione Ecclesiæ SS. Firmi, & Rustici, Oppidi Caravaggi, in Collegiatam ab Ordinario facta, 19. *Decemb.* 1617.
Etenim cum quatuor portionarii Parochi dictæ Ecclesiæ contendissent hanc erectionem non sustineri uti factam sine auctoritate Apostolica, delata causa ad sacrum Tribunal, propositoque dubio, an talis erectio sustineretur, fuit ab Eminentissimis Patribus affirmative responsum. Quamobrem simili in casu admittendæ sunt Do-
34 ctorum opiniones, & supremorum Tribunalium decisiones, per quas liquet Episcopos potuisse propria auctoritate erigere Collegiatas: ut in folio Sacræ Congregationis Concilii *in Ferentina distributionum* 24. *Semptemb.* 1718. §. *Absque eo quod*, *thes. resol. pag.* 121.

Secus vero si de erectionibus postea factis sermo habeatur, ubi
35 diversæ sunt Doctorum opiniones, diversaque Tribunalium praxis, ac disciplina, a qua proinde recedendum amplius non est, ut docet *Rota cor. Emerix jun. dec.* 1084. *n.* 5. Enim vero si tempora, quæ dictum

dictum annum sunt subsecuta, percurrantur, liquido apparebit,
hujusmodi facultatem Episcopis omnino fuisse denegatam: qua de
re videri potest *Card. Petra ad d. Constit. 7. Innoc. IV. sect. 2. tom. 3.
n. 8. & 11.* ubi varię afferuntur Sacræ Congregationis Concilii re-
solutiones, quæ illis temporibus accedebant. Profecto Collegia
creari, darique non debent, nec possunt, nisi munita proponantur
supremi Principis auctoritate, *ad l. 3. §. In summa ff. de colleg. illi-* 36
cit. præsertim si Ecclesiastica: ut observat *Lotter. de re benef. lib. 1.
quæst. 14. n. 38.*, cum agatur de re maximi momenti, cujusmodi est
Collegiatæ erectio, quæ, si insignis existat, Cathedrali æquiparatur; 37
quemadmodum notat *Glossa in cap. Statutum, verbo Cathedra-
ticum de rescript. in 6.*, *Corrad. in praxi benefic. lib. 2. cap. 4. n. 73.*
Juvat præ oculis habere Motum proprium *Clementis VIII.*, quo
Episcopis omnino interdicitur erigere parochiales præsertim Ec-
clesias in Collegiatas, ut testantur *Rebuff. in praxi de erect. in Colleg.* 38
*in fine vers. Quidquid, & Tondut. resolut. benef. part. 2. cap. 2. §. 2.
n. 10. ac Card. Petra sub d. n. 11. in fine*. Neque etiam valere pote-
rit hujusmodi erectio, si ab Episcopo facta fuerit pastoralis visita-
tionis tempore: juxta resolutionem sacræ Congregationis Concilii 39
in *Catanen. erectionis Collegiatæ 1. Septemb. 1691.* ubi proposito du-
bio: *An erectio Collegiatæ Oppidi S. Philippi de Argiro sustineatur*;
fuit ab Eminentissimis Patribus responsum, *Negative*, quæ refertur
in folio *Cremonen. Collegiatæ, 7. Septemb. 1740. tom. 9. thes. reso-
lut. pag. 37.*

Si casus contingat, quo Collegialitas per fundationis Bullam,
seu instrumentum probari nequeat, ad signa, conjecturas, aliaque
probationum genera recurri potest: ut præ cæteris tradunt *Lotter.* 40
ut sup. n. 54., *Card. Petra d. sect. 2. n. 16.*, *Card. de Luca de præemin.
disc. 8. n. 81.*, *Rota dec. 234. n. 2. & seq. part. 16. rec.* ac præsertim
coram *Vicecom. in Januen. Præpositura 16. Jun. 1757. §. 4. & 7.
in principio*, ubi in casu, de quo agebatur, hac habet: *In tanta
ergo probationum affluentia, & congerie, vanum propemodum est de-
cretum in executionem recensitæ Bullæ ulterius investigare*. Potuit
enim vel temporis injuria, & edacitate, vel incendio, aliave de
causa deperiri, & consumi: ut in specie Rotali *d. §. 4.* ubi, pręter
quam quod agebatur de re trium ferme sęculorum, notatur, quod
archivium fuerat passum incendium, per quod plurima protocolla,
& acta ab anno 1476. ad 1493. remanserunt consumpta. In hisce
autem signis univocis Collegialitatis tradendis, non semper potest
haberi certa regula, cum id summopere dependeat ex pręponde-
rantia circumstantiarum, adeoque Judicis arbitrio multoties sit de- 41
ferendum; *Barb. de Canonic. cap. 2. n. 16.*, *Rigant. ad Regul. 4. Can-
cell. §. 2.*, *Rota dec. 147. n. 7. part. 10. rec.*, *& cor. Ansaldo dec. 192.
n. 16.*

*n.*16. Animadvertendum insuper est, quod non exigitur, ut cor-
42 currant omnia signa Collegialitatem præseferentia; sed satis erit si varia afferantur, ex quibus pernecesse ipsa deducatur, ut notat *Zabarell. in Clem.*2. *n.*10.*vers. Non tamen de ætate & qual.*, *Corrad. in praxi cap.*9.*n.*28.*lib.*2., *Barb.de Canon.cap.*2. *n.*16., *Rota dec.*234. *n.* 4. *part.* 16. *dec.* 469. *n.*22.*part.* 19. *recentiorum*.

Primum itaque signum, & argumentum, per quod probatur Collegialitatis prerogativa, consistit in certo, sufficientique Cano-
43 nicorum numero; *Card. de Luca in miscell. disc.* 38. *n.* 13., *Card. Petra ut sup. n.* 51., *ac Rota in Barchinonen. Collegii* 7. *Feb.* 1757. *cor. Olivatio*, §. 2. ibi: *Sufficiens numerus ad componendum Collegium.* Dicitur autem sufficiens numerus, si ternarius saltem existat, dummodo Canonici, seu Beneficiati titulum habeant perpe-
44 tuum in Ecclesia, quę Collegialis pretenditur, *Felin. in cap. Accedentes sub n.*1.*de præscript.*, *Lotter. de re benefic. lib.*1.*quæst.*14.*n.*10., *Card. de Luca de Canon. disc.* 19. *n.* 2., *Rota dec.* 221. *n.* 11. *part.* 16. *dec.*192. *n.* 9. *part.* 19. *rec. dec.* 88. *n.* 19. *cor. Merlino*, *dec.* 277. *n.* 20. *cor. Crispo*, *& in d. Barchinonen. Collegii* §. 7. *&* 9. Per tres
45 enim personas constitui potest Collegium: *ad l. Notarius ff. de verb. oblig. & gloss. in cap.*1. *de elect.*, *Pax Jord. elucubr. part.* 2. *lib.* 7. *tit.* 4. *n.*8., *ac Rota in d. Barchinonen. citatis* §§. Excipe casum, quando agitur de Collegialitate jam constituta, & numerus Canonicorum ternarius non habeatur: tunc enim etiam uno superstite
46 Collegialitas in suo esse adhuc conservatur, *ad textum in l. Sicut* §. *fin. ff. Quod cujusque univ. nomine*, *Pax Jord. elucub. part.*2. *lib.*7. *tit.*8. *n.*8., *Barb.in summa Bull. verbo Collegiata post medium*, ubi refert ita fuisse a Sacra Congregatione Concilii resolutum 26. *April.* 1621., *Rota cor. Crispo dec.*277.*sub n.* 10. In quo casu adhuc censebitur Collegiata actu, & habitu, cum per unum adhuc retineatur,
47 & conservetur, & ad ipsum totum jus devolvatur; *ad cap.*1. *de elect. ibique Archid. n.*7. *Pax Jordan. ut sup. n.* 8. *in fine*, *Lambertin. de jurep. lib.* 2. *part.* 2. *art.* 11. *quæst.* 2. *n.*9., *Mascard. de probat. conclus.* 583. *n.*9. præter auctoritates jam adductas in *tit.*3. *de erectione Parochiarum n.* 34. *& seq.* Ex quibus sequitur adherendum haud
48 quaquam fore auctoritati *Card.Petræ in cit.constit.*7. *Innoc.IV.sect.*2. *n.* 51. ubi ait pro Collegialitate constituenda ad minus sex Canonicorum numerum requiri.

Hęc autem opinio mihi mediocriter adrideret quotiescumque
49 ageretur de erigenda insigni Collegiata: quo in casu ad minimum sex Canonici desiderarentur, argumento desumpto ex iis, quę habentur in folio Sacrę Congregationis Concilii *in Marianen. erectionis Collegiatæ* 6. *Septemb.* 1749. §. 2. *in fine*, *tom.* 18. *thes. resol. tom.*7.*pag.*103. *& seq.*, *tum in folio causæ Taurinen.*17.*Novemb.*1736. *thes.*

thes. resol. tom. 7. *pagina* 280. Quando autem dicatur Collegiata insignis in jure non est definitum : adeoque Judicis, seu Superioris arbitrio remittitur : quemadmodum defendit *Menoch. de arbitr.* 50
cons. 158. *n.* 4. aliique apud eundem. Attamen indicia insignis Collegialitatis desumi possent ab honoribus, & preeminentiis in functionibus, ab antiqua, & conspicua Ecclesię materiali constructione, a numerositate Canonicorum, Dignitatum, aliorumque ministrorum, a nobilitate, & numerositate populi, aliisque simi- 51
libus : ut tradunt *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 15. *n.* 4. *& seq.*, *Bart. de capit. & dignit. cap.* 2. *n.*18., *Corrad. in praxi benefic. lib.* 1. *cap.*1. *n.* 17., *Novar. consil.* 1. *alias* 3. *de verb. sign. apud Ventrigl. part.*1. *annot.* 8. §.1. *n.*17., *Rota dec.* 29. *per tot. part.*2. *divers.*

Quandoque evenire potest, ut absque Sedis Apostolicę auctoritate Collegialitas ad exitum perducatur : quod contingit, quando Collegiata habitu tantum remansit, non vero actu : v. g. quę ob 52
Canonicorum mortem, vel alia de causa defecerit : tunc enim potest Episcopus illam ad actum restituere : eo quod hujusmodi erectio non sit vera erectio, in qua sola Sedis Apostolicę auctoritas requiritur, ut de more suo bene consuluit *Pitonius tom.*1. *discept.* 8. *n.*24. *ex Tusc. de visit. lib.*2. *cap.*1. *n.* 3. *in fine* : proindeque Episcopus non excedit suę potestatis limites, nec Summi Pontificis lędit jurisdictionem : quod contingeret, si denuo v. g. erigeret Collegium illud, quod realiter actu, & habitu defecit ob suppressionem extin- 53
ctivam a Summo Pontifice legitime factam, ad terminos *decis.* 99. *part.*7. *rec.* ut tradit *Card. Petra ut sup. n.* 12.

Probari insuper potest Collegialitas ab onere residentię Canonicis injuncto pro quotidiana, aut festiva officiatura, communique choro, *per text. in cap. Quia nulli ed Cleric. non resident. & extrav.* 54
Execrabilis de præb., *Concil.Trid. sess.*24. *de reform. cap.*12., *Faguan. in cap.* Cum omnes *n.* 31. *& seq. de constit.* cum ibi adductis auctoritatibus, ac præsertim *Rot. cor. Vicecom. in Januen. Præpositura* 3. *Martii* 1755. §.11., *& in Posnanien. parochialis* 1. *Jul.* 1755. §. 5. *cor. Bussio*. Eo quod hęc residentia Beneficiatis Cathedralium, vel Collegialium a sacris Canonibus, & a Tridentinis Patribus injuncta appareat, ex citatis auctoritatibus, ac *Benedicto XIV.* in sua *Con-* 55
stitutione 103. incip. *Cum semper* §. 24. *tom.* 1. *sui Bull.* tum ex folio Sacræ Congregationis Concilii in *Nullius terræ Pontiani electionis Vicarii generalis*, 16. *Decemb.* 1741. §. *primo*, *tom.* 10. *thes. resol. pag.* 216. 217. ita ut ab ea eximi nequeant nec per contrariam quidem consuetudinem, ut docet *Fagnanus in d. cap. Cum omnes*, 56
n. 31. *& seq. d. constitut.* ubi varias adducit auctoritates.

Dixi : *pro quotidiana, vel festiva officiatura, communique choro* : nam inter cætera Collegialitatis constitutiva recensentur recitatio divi-

divini officii, certis, statisque temporibus in choro ad id destinato,
57 & communi, explenda; *Tusc. de visit. lib. 2. cap. 1. n. 4.*, *Barb. de Canon. cap. 2. n.*, 14., *Piton. discept.* 8, *n.* 13. ubi concordat folium Sacræ Congregationis Concilii in *d. Marianen. erectionis Collegiatæ 6. Septemb.* 1749. *tom.* 18. *thes. resol. pag.* 103., *ac Rota dec.* 584. *n.* 2. *part.* 4. *div. dec.* 87. *n.* 10. *coram Merlino*, *& in d. Posnanien. parochialis*, §. 6. Addas, quod Dignitates, & Canonici Cathedralium, vel Collegiatarum, non solum tenentur choro interesse, verum et-
58 iam psallere, ut fructus prębendales adquirant; *Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 12. ibi: *In choro ad psallendum instituto hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, distincte, devote laudare*: ac *Benedict. XIV.* in cit. *Constit.* 103. §. 24. Nulla in contrarium adducta consuetudine, quę
59 penitus removetur, atque rejicitur: *cit.* §. 24. Sed tantum refragabitur indultum a summo Pontifice legitime obtentum, non vero si abrogatum, & pręsumptum fuerit: ut prosequitur laud. Pontifex *in cit.* §. 24. *vers. Verum*.

Quam ob rem si Beneficiatis fuerit onus simpliciter injunctum recitandi in Ecclesia officium B. M. Virginis, id minime arguet veram Collegialitatis qualitatem, sed simplicem Presbyterorum
60 denotabit Congregationem, ut Rota observat *in cit. Posnanien. parochialis*, §. 6. *&* 7. Idemque dicas si plures Beneficiati ad sacrum peragendum simul conveniendi onus habeant pręscriptum: hoc enim, aliove simili in casu, erit quoque simplex Congregatio plurium personarum ad Ecclesiam extrinsecus accedentium, absque formali-
61 tate Collegii, & absque juribus, ac pręrogativis verę, & proprię communitatis: ut Doctores communiter *in cap. Dilecta de excess. Præl.*, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 17. *n.* 15. *& seq.*, *Franc. de eccl. cathed. cap.* 22. *n.* 71. *& seqq.* aliique plures, ac *Rota dec.* 147. *n.* 4. *& seq. part.* 10. *dec.* 152. *n.* 11. *& seq. part.* 14. *rec. & in d. Posnanien.* §. 10. Quarum simplicium Congregationum plura habentur vestigia in Hispanicis Parochialibus, ut liquet ex *Rota cor. Coccino dec.* 1089. *fere per tot.*, *& in Majoricen. juris amovendi musicos* 14. *Jan.* 1729. §. *Nec urget cor. Millino, & in d. Posnanien.* §. 10. *in fine*.

Id pari modo intelligas de Sacerdotibus iis, ac Beneficiatis, qui alicujus Ecclesię, vel Cappellę servitio addicti sunt, & residentię legibus etiam tenentur: qui si aliis pręrogativis non polleant,
62 verę Collegialitatis jura sibi vindicare haud quaquam poterunt: neque dici poterunt membra verum Collegium constituentia: per ea, quę habentur in dicto folio Sacrę Congregationis Concilii in *Nullius Terræ Pontiani electionis Vicarii Capitularis* §. *primo*, *pag.* 206. *& seq.*, ac *Rota in d. Posnanien. parochialis* §. *In cassum*. Ratio in hoc posita est, quia inter Collegas similitudo debet interesse qualitatis, & potestatis, omnesque habere debent titulum beneficii perpetuum

in

in eadem Ecclesia, in qua Collegium adesse contenditur: *Card. de Luca de Canonic. disc.* 19. *n.* 4. *vers.* Reliqui, Rota *dec.* 140. *n.* 4. *& seq. cor.* Ratto, *in Bisinianen. praeminentiarum* 1. *April.* 1729. §. *In cassum cor. Calcagnino*, & alibi *in d.* Posnanien. §. 9. 63

Res exemplo, ut cætera omittantur, illustratur, petito ex Cappellanis addictis servitio insignis Cappellæ Burghesianæ, quam Paulus V. Burghesius inexplicabili magnificentia, & impensarum profusione erexit, dedicavitque Beatissimæ Virgini Mariæ, cujus perantiquam Imaginem jam Gregorii magni temporibus in Basilica Liberiana, seu S. Mariæ ad Præsepe, vel Majoris nuncupata, fidelium cultu, & accessu celeberrimam, 6. *kal. Feb.* 1613. Pontificatus sui anno 8. transferri in dictam Cappellam jussit, & in Ara maxima collocavit. Quæ insignis Cappella ab inducto per vetustatem squallore, fuit Excellentissimi Patroni Sulmonensis Principis jussu, sumptuque liberali, sub anno Jubilæi 1750. vindicata, & pristino nitori restituta. Viginti tres numerantur hoc in insigni Sacello Cappellani, quorum tredecim, Priore, & Sacrista comprehensis, fixi sunt, atque perpetui, reliqui vero amovibiles. Tenentur singuli quatuor missas hebdomadarias celebrare, & in omnibus festis solemnioribus B.M. Virginis, nec non Sabbati diebus, tenentur Cappellani perpetui alternis vicibus una cum Sacrista interesse Litaniis, quæ, ut plurimum præsente Summo Pontifice, a Musicis, cum organo canuntur in honorem, & laudem miraculosæ Virginis, cujus imago hoc durante tempore detegitur, publicoque adspectui, cultuique proponitur. Post quas Litanias, dictus Sacrista Beatæ Virginis orationem recitans devoti obsequii actum concludit. Isti enim Cappellani, etsi dicto onere adstringantur, nullo modo dici poterunt Canonici, & Collegiales: cum hæc prærogativa, & qualitas soli Reverendissimo Capitulo dictæ Basilicæ, intra quam erecta est insignis Ecclesia, unice, jureque ac merito conveniat: adeoque nil aliud efformabunt, quam simplicem Ecclesiasticorum Congregationem, servitio, & honori immaculatæ Virginis in eadem Cappella addictorum: quod ex citatis auctoritatibus mirifice comprobatur.

64 (at "Pontificatus sui anno 8."); 65 (at "Congregationem")

Demonstrato, quod per simplex residentiæ onus non constituatur absque cæteris requisitis Collegialitas, dicendum erit, hanc merito quoque excludi, si Canonici, seu Beneficiati, facultatem habeant functiones Canonicales per se, vel per alios exercendi: ex traditis a *Rigant. ad regul. Cancellar.* 1. §. 8. *n.* 19., *Rota dec.* 160. *n.* 6. *part.* 15. *rec.*, *dec.* 411. *n.* 11. *cor. Lanc. dec.* 1229. *n.* 35. *cor. Molines, & in d. Posnanien.* §. 7. & 8. Nil enim magis repugnat statui, & constitutioni veræ Collegialitatis præcisam residentiam requirentis, quam exemptio a recitatione divini officii, in communi choro 66

peragenda, & facultas substituendi alios pro functionibus, & mu-
67 neribus Canonicalibus: *ad textum Tridentini capite* 12. *sess.* 24. *de reform.* ibi: *Omnes vero divina per se, & non per substitutos, compellantur obire officia*; *Rota in d.* Posnanien. *parochialis* 14. *April.* 1758. §. 5. *& seq. cor. Card. Bussio*. Multoque magis, si iidem Canonici, seu Beneficiati id ingenue fateantur, videlicet facultatem
68 vel per se, vel per alios exercendi functiones. Canonicis enim, seu Beneficiatis, quippe qui de statu, prerogativis, & qualitatibus propriæ Ecclesiæ apprime instructi præsumuntur, omnino est deferen-
69 dum: ut ratiocinatur *Rota dec.* 287. *n.* 10. *&* 11. *cor. Cerro*, *Adden. ad Ludovis. dec.* 274. *n.* 8. *dec.* 65. *n.* 16. *cor. Molines*, *& in d. Posnanien. parochialis* 1. *Jul.* 1757. §. 7. *cor. Bussio*. Fortiorique
70 jure si id Episcopus in actu visitationis declaraverit: ut prosequitur *Rota in cit. Posnanien.* §. 8. *in fine*. Quandoquidem nemo præsumitur melius Episcopo instructus de statu, & qualitate Ecclesiarum
71 diœceseos; Rota *in Tirasonen. jurisdictionis super reservatis*, 22. *Jun.* 1739. §. 12. *cor.* Canilliac, *in Tirasonen. processionum* 18. *Febr.* 1753. §. Resolutio *cor. eodem*, *& in d. Posnanien.* §. 8. *in fine*.

Argumentum probationis quoad Collegialitatem desumi poterit ab electione Canonicorum ad Canonicos, seu Beneficiatos pertinente: eo quod Canonicatus Collegialium attenta juris dispositio-
72 ne spectent ad electionem Collegii; *Cap.* 1. *de elect.*, *cap. Significatum de præb.*, *Garz. de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *n.* 58. *usque ad* 66., Rota *dec.* 157. *n.* 22. *par.* 3. *rec.*, *dec.* 72. *n.* 1. *cor.* Celso, *dec.* 784. *n.* 70. *cor. Molin.* Nisi appareat tale jus fuisse præscriptum favore Episcopi, seu
73 Ordinarii, *d. cap.* 1. *de elect.*, *cap. Ea noscitur de iis, quæ fiunt a* Prælatis, *Garzias de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *n.* 72., *Card. de Luca de benefic. disc.* 12. *n.* 13., Rota *cor. Emerix jun. dec.* 1084. *n.* 2. E contrario electio, & collatio Canonicatuum cathedralium spectat simul ad Episco-
74 pum, & Capitulum; Rota *cor. Cavaler. dec.* 390. *n.* 2., *& dec.* 1456. *n.* 11., *& cor. Molin. d. dec.* 784. *n.* 77. Hodie tamen istæ electiones fere omnes evanuerunt ob reservationes factas per Summos Pontifi-
75 ces, ultra eas clausas in juris corpore, in regulis Cancellariæ, ut videre præsertim est Rigant. *ad easdem regulas tom.* 1. *ad reg.* 4. 9. 11.

Aliud argumentum ex eo desumitur, si Canonici, seu Beneficiati in unum capitulariter congregati, singulis annis elegerint de eodem Canonicorum cœtu, Thesaurarium, Archivi-
76 stam, aliosque hujusce generis Officiales, ac Deputatos: cum id veræ Collegiali convenire proprie valeat, juxta resolutionem sacræ Congregationis Concilii in *Novar. præeminentiarum* 14. *April.* 1712. *ad* 4. *dub. lib.* 64. *decret. fol.* 33., *relat. in folio* Sacræ Congregationis *babitæ* 7. *Jun.* 1760. *in Neritonen. plurium*, *tom.* 29. *thes. resol. pag.* 103. *& seq.* §. *Quartum* Item si Canonici capitulariter

riter eligant Parochum ex Canonicorum cœtu, vel ex personis 77
extraneis: cum talis electio veris Collegiis, penes quæ cura animarum habitualis residet, conveniat; *ad text. in cap. Archipresbyter, cap. Officium de offic. Archid., Panormit. in cap. Nobis, ibique glossa verbo Conventuali eod. tit., Paul. de Cittad. post Lambertin. tom. 1. de jurep. n. 74.*, ubi ex hoc veram desumit Collegialitatem, & juxta tradita a *Rota cor. SSmo Clemente XIII. in Juvenacen. jurisdictionis, super aliis controversiis jurisdictionalibus, 2. Martii* 1736. inter ejus impress. *decis. 263. n. 21. & seqq.*

Probatur pari modo Collegialitas, si Sacerdotes Ecclesiæ servitio
addicti præbendam habeant distinctam, seu beneficium in titulum 78
perpetuum collativum ab eadem Ecclesia, quæ Collegialis prætenditur desumptum, per ea, quæ tradit *Fagnanus in cap. Postulasti n. 3. de jurep.*, ac præsertim *Rota cor. Ratto decis. 240. n. 5.*, præter jam hic adductas auctoritates *n.* 44., *&* 69. Hinc parochiales Ecclesiæ receptitiæ, in quibus præter Parochum, varii adsunt Sacerdotes Ecclesiæ servitio in Parochi adjumentum addicti, cum
jure percipiendi emolumenta ex anniversariis, aliisve similibus 79
provenientia, ut jam demonstravimus *in titulo 2. de diversis Parochiarum speciebus, & qualitatibus, a n. 69.*, nullo modo dici possunt Collegiatæ, eo quod nullum habeant distinctum beneficium, nullamque præbendam possideant: sed emolumenta non-
nulla in præmium laboris & servitii simpliciter retrahant; *Rota* 80
d. decis. 240. n. 1. 6. 7., in Pampilonen. dimidii beneficii de Lagana 27. Novemb. 1719. §. Ejusdemque cor. Nunez, in Castellanen. portionis 20. Jun. 1720. §. Absque, & seqq. coram Foscaro, in Calaguritana quartæ funeralis de Naxera 19. Febr. 1725. §. Ex his, cor. Cerro, & in Baren. statuti, 26. Martii 1753. §. 9. cor. Matthæjo; quod melius videri potest *in cit. tit. 2. a num. 69. ad 79.*

Parique modo excludetur Collegialitas, si Sacerdotes Ecclesiæ, quæ Collegialis prætenditur, servitio emancipati, beneficia possideant, sed hæc nullo tempore fuerint a sancta Sede provisa,
& collata: multoque magis si de prima, seu unica Dignitate ser- 81
mo habeatur; cum ista, si peculiares casus excipias a concordatis, vel alio speciali jure mutuatos, in quibuscumque veris
Collegiatis reservata semper esse debeat Sedi Apostolicæ ex *re-* 82
gula 4. Cancellariæ, de qua *Rigant. tom. 1. §. 1. fere per tot.*, & in d. folio Sacræ Congregationis Concilii in *Nullius Terræ Pontiani electionis Vicarii Capitularis, 16. Decemb. 1741. §. Primo, tom. 10. thes. resol. pag. 216.*, ac *Rota cor. Ansaldo decis. 14. num. 2., cor. Lancetta decis. 728. num. 6., & in dict. Posnanien. parochialis, 1. Jul. 1757. §. 6. in princip., & in Nolana Primiceriatus 28. April. 1758. §. 2. cor. Card. Bussio.*

Aliud signum, quo indicatur Collegialitatis qualitas, ex eo desumitur, quod Sacerdotes Ecclesiæ propriæ inserviant ex lege fundationis Ecclesiastica auctoritate ad hunc finem facta, ut vi-
83 delicet talis personarum cœtus unum corpus intrinsecum, & reale cum ipsa Ecclesia efformet; *Innoc. in cap. Dilecta n.10. de excep. Prælat.*, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. glossa* 19. *n.*15., Rota *decis.*382. *n.*12. *part.*16. *rec.*, *decis.*240. *n.*6. *&* 7. *cor. Ratto*, *& in Barchinonen. Collegii* 7. *Feb.*.1757. §.8. *cor. Olivattio*. Secus si alienæ inserviant Ecclesiæ, neque ad dictum finem fuerit hujusmodi cœtus designatus, erit simplex Congregatio extrinsece ac-
84 cedens ad ipsam Ecclesiam absque vera Collegii formalitate; *Innoc. ut sup.*, *Gonzal. d. n.*15., *Lotter. de re benef. lib.*1. *quæst.*14. *n.*56. *& seq.*, Rota *cor.* Ratto *d. decis.*240. *n.*7., *& cor. Calcagnino in Bisinianen. praeminentiarum* 1. *April.*1729. §. *In cassum*.

Notetis velim illa verba: *unum corpus intrinsecum, & reale cum ipsa Ecclesia efforment*: nam quandoque plures dari possunt Canonici, seu Beneficiati, & tamen non efformare Collegialitatem: quia etiam pluralitas Canonicorum est signum æquivocum
85 Collegialitatis. Quamquam enim Collegium nequeat efformari sine pluribus, possunt tamen plures quandoque intervenire non uti Collegium, sed uti singuli; *Fagnan. in cap. Nullus n.*29. *de elect.*, *Lotter. d. lib.*1. *quæst.*14. *n.*6., *Corrad. in praxi lib.*2. *cap.*9. *n.*17.. *De Graff. decis.*10. *n.*2. *de præb.*, Rota *decis.*469. *num.*41. *part.*19. *tom.*2. *recent.* Sed fortiori jure excludetur Collegialitas, quamquam plures habeantur una cum Parocho, vel Rectore in Ecclesiæ ser-
86 vitio destinati, quando excepto Parocho, vel Rectore cæteri simplex habent officium deservitorium: ut Rota observat *in d. Barchinonen.* §. 8., videlicet Monachiam, vel aliud simile officium. Monachiæ enim nomine non beneficium, sed simplex
87 deservitorium officium intelligitur: ut explicat *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæst.*26. *n.*2. *relatus* in cit. *Rotali* §.8. *in principio*.

Collegialitas pari modo argui poterit ex eo, quod Ecclesia
88 pro pluribus Sacerdotibus fundata fuerit, & congruis dotibus provisa: ut notat *Innoc. in cap. Postulasti de jurep. Abb. in cap. Nobis* 146. *num.*8. *vers. Nam primo eod. tit.*, *Card. Petra ad d. Constit.* 7. *Innoc. IV. sect.*2. *n.*46., Rota *cor. Falcon. decis.* 1. *num.*2. *de benef.*, *decis.*240. *n.*5. *cor. Ratto*, *in Melevitana erectionis* Col*legiatæ* 22. *Febr.* 1737. §. P*erlustratis cor.* C*alcagnino*, *& in Januen.* P*rapositura* 16. *Jun.*1755. §.5. *cor. Vicecomite*. Debet au-
89 tem ista dos pro erectione Collegiatæ omnino necessaria, esse certa, fixa, atque libera: *Card.* P*etra ut supra n.*16., *&* Sacra Congregatio Concilii in *Camerinen. commutationis voluntatis*, *& erectionis* C*ollegiatæ* §. *Quod si*, 27. *Septemb.*1758., *tom.* 27. *thes. resol.*

resol. pag.73., *ac Rota decis.297. num.4. part.17. rec.* Adeoque si oneribus obnoxia appareat, non calculatur nisi prævia eorundem deductione, ut docet *Card. Petra d. n.16.*, *ac Rota d. decis.297. num.4.* Neque pro Collegiali Ecclesia erigenda, congruaque illius dote assignanda, commutari debent piæ Defunctorum volunta- 90
tes: quemadmodum Sacra Congregatio Concilii declaravit in d. *Camerinen.*, ubi proposito dubio: *An sit locus commutationi voluntatis quondam Fatii Ponelli pro erectione in Collegiatam Ven. Prioralis Ecclesiæ parochialis S. Eustachii Terræ Belfontis cum bonis hæreditariis dicti Fatii in casu?* prodiit resolutio: *Negative, & Episcopus incumbat ad implementum onerum præscriptorum a Testatore singulis annis, & amplius*. Istæ enim commutationes non nisi ex justissima causa, & necessitate ita urgente fieri possunt: 91
quod videtur alienum ubi agitur de Collegialis Ecclesiæ erectione, quæ inter actus mere voluntarios recensetur: ut eruitur ex d. folio Sacræ Congregationis §. *Contra*, *pag.72.* Accedat, quod ne Summus quidem Pontifex solet derogare piis Testatorum voluntatibus, ne fideles retrahantur ab erogandis propriis 92
bonis in Ecclesiarum utilitatem, & dominium, ut optime observat *Koebier ad reg. Cancell. tit. de derogat. jurisp. in addit. litt. E*, *ac Card. Petra ut supra sub num.50.*

Si in statutis Capitularibus, seu Ecclesiæ, quæ Collegialis prætenditur, præscribatur modus præstandi juramentum a novis Canonicis, tum de servandis statutis, ac constitutionibus, & or- 93
dinationibus factis, & faciendis, tum de promittenda obedientia Præposito, id contemnendum minime erit in Collegialitatis probationem: ex traditis a *Rigant. ad regul. Cancell. 4. §.2. n.79. & seq. tom.1.*, *Rota cor. Falcon. d. decis.1. a n.2. ad 9.*, *& in Placentina prætensæ Collegialitatis 27. Jun.1703. §. Cicumstantiæ cor. Ratto*. Argumentum quoque probationis suppeditabit commune sigillum, nempe proprium ipsius Collegii, per *text. in* 94
cap. Dilecta de excep. Prælat., *cap. Significavit de appell. Rigant., d. §.2. num.68.*, *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.14. n.73.*, *Pax Jordan. elucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 5. num. 11.*, *Corrad. in praxi lib.2. cap.9. n.28.*, *Card. Petra ut supra n.19.*, ac Sacra Congregatio Concilii in *d. Nullius Terræ Pontiani electionis Vicarii Capitularis, 16. Decemb.1741. §. primo, tom.10. thes. resol. pag.216.*, *ac Rota d. decis.1. cor. Falcon. de benefic. sub n.4. vers. Sigillum*, *& cor. Lancetta decis.357. n.1. & 2.*, *& in d. Barchionen. Collegii, 7. Febr.1757. §.2. & 5. cor. Olivatio*. Etenim publicum, & authenticum sigillum non nisi Capitulis, & Collegiis de jure po- 95
test convenire, ut observat *Gonzal. ad d. cap. Dilecta n.5.*

Notatu autem est necessarium, quod sigillum debet ad omnes Cano-

96 Canonicos uti Collegium, non uti singulos pertinere: quodque eo usi fuerint Canonici ad faciendam fidem pro toto Collegio, ut tradunt *Hostien. in cap. Nobis vers. Et notandum de jurep.*, *Rigant. d.* §.2.*n.*72. *& seq.*, *Mascard. de probat. conclus.*584. *n.*12., *Rota dec.*41. *num.*13. *cor. Carillo*, *decis.* 197. *n.*8. *part.* 10. *recent.* Secundo,
97 quod sigilli existentia Collegialitatem probare potest, illius vero defectus hanc minime excludere: ratione per se manifesta, quia evenire multa possunt, quibus illud deficiat; *Lotter. ut sup. n.*80., *Card. Petra ad d. Constit.* 7. *Innoc.IV. sect.*2. *n.*26., *Card. de Luca de praemin. disc.*51. *in fine*.

Argumentum quoque suppeditabunt communis arca, in qua omnium Ecclesiasticorum reddituum, & communis massa, in
98 qua omnium proventuum, & emolumentorum ad Canonicos, seu Beneficiatos pertinentium, includuntur, asservanturque, ad tradita a *Card. Petra d. sect.*2. *n.*19., *Rigant. ad d. reg.*4. *Cancell.* §.2. *n.*89. 70. 74., tum in folio Sacrae Congregationis Concilii in *d. Nullius Terrae Pontiani* §. *Primo*, ac *Rota decis.*136. *n.* 16. *part.*6. *rec.*, *d. decis.*1. *n.*4. *& cor. Falcon. decis.*332. *n.*1., *&* 357. *n.* 3. *cor. Lancetta*, *in Barchinonen. Collegii*, 9. *Maii* 1755. §.4.5.10. *cor. Card. Bussio*, *in d. Posnanien. parochialis*, 14. *April.*1758. §.4. *cor. d. Bussio*. Si vero arca communis sit ad conservanda videlicet
99 tum Capitularium, tum extraneorum redditum deposita, haud quaquam apta erit ad designandam Collegialitatem; *Rigant. loco cit.*, ac *Rota in d. Barchinonen. Collegii* 9. *Maii* 1755. §.4. *& seq.*, & *in alia*, 7. *Febr.* 1757. §. 3. *cor. Olivatio*. Idemque dicas de massa communi, in qua redditus omnes pro missis, anniversariis, & choro, fallentiis non interessentium, aliisve id gene-
100 ris, in manibus Rectoris deponi solent, cui in Visitationis actu, vel alio tempore, ab Episcopo Punctatoris officium, aliudve simile fuerit commissum, ex notatis a *Rota in dict. Barchinonen. Collegii*, 7. *Febr.* 1757. §. 4. *coram Olivatio*. Quandoquidem haec massa non dicitur communis ad effectum de quo agimus, neque hoc officium Rectori commissum potest con-
101 venire officio alicujus ex Canonicis, seu Beneficiatis verum Collegium constituentibus. Nam massa communis dicitur illa, qua redditus omnes, omniaque emolumenta communi Capitularium nomine in unam conveniunt manum Depositarii collegialiter electi: quaeque inter ipsos Canonicos, seu Collegiales ullo
102 absque extraneorum consortio aequa proportione dividuntur; *Rota decis.*192. *n.*12. *& seq. part.*14. *rec.*, *& in d. Barchinonen. Collegii* §.4. In quo consonat resolutio sacrae Congregationis Concilii in *Neritonen. plurium*, 7. *Jun.*1760. §. *quintum*, *&* 12. *Jul. ejusd. anni ad* 18. *dubium*; ubi cum quaereretur: *An, & a quibus reti-*

retineri debeant claves capsæ nummulariæ, & archivii in casu &c. responsum fuit: *Servetur solitum*. Solitum autem erat, quod singulis annis a Canonicis capitulariter eligebantur Deputati, & Officiales ex Canonicis, & Portionariis, qui curam haberent, & 103 claves retinerent capsæ nummulariæ, & archivii: quod in simili facti specie jam fuerat resolutum in *Novar. praeminentiarum*, 14. *April.* 1712. *ad* 4. *dub. lib.* 64. *decret. fol.* 33., *relat. in d. folio* 7. *Jun.* 5. *Quartum*, *pag.* 103. *tom.* 29. *thesaur. resol.*

Probari pariter poterit Collegialitas ex possessione Canonicatuum capitulariter facta, ex assignatione stalli, & loci in Capitulo, seu Collegio, aliisque id generis actibus; *Rigant. d.* §. 2. *n.* 63., *Barb.* 104 *jur. Eccles. univ. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 7., *Capon. discept.* 288. *n.* 6., *Piton. discept.* 116. *n.* 25., *Tancredin. consult.* 79. *n.* 46., *Rota cor. Falcon. d. decis.* 1. *n.* 5. *de benefic. dec.* 243. *n.* 13. *cor. Crispo*, *in Tridentina Archipresbyteratus* 4. *Junii* 1727. §. *Accedebat*, & 3. *Decemb. ejusdem anni* §. *Hinc cor. Gamarbes*. Et hæc adeo exiguntur, ut si deficiant, omnino valeat Collegialitas excludi; *Rigant. loco cit. n.* 64., 105 *Rota in Placentina parochialis* 27. *Jan.* 1636. §. *Nec relevat cor. Pancirolo*, & *in Placentina prætensæ Collegialitatis*, 27. *Jun.* 1703. §. *Circumstantiæ cor. Card. Scotto*. Juvat quoque ad probandam Collegialitatem præ oculis habere, si communis Syndicus, seu Œconomus, & Administrator in Ecclesia, quæ Collegialis asseritur, fuerit capitulariter designatus ex gremio Capituli, seu Collegii, ad 106 omnia bona administranda, & ad omnia Collegii negotia gerenda; *Card. Petra ad d. Constit.* 7. *Innoc. IV. sect.* 2. *n.* 19., *Rigant. ad d. reg.* 4. *Cancell.* §. 2. 68. & 77., *Rot[illegible] in d. Barchinonen. Collegii* 9. *Maii* 1755. §. 11. *cor. Bussio*, & *in eadem* 7. *Febr.* 1757. §. 2. & 6. *cor. Olivatii*. Hinc si pro nonnullis negotiis gerendis Procurator, seu Administrator, & Syndicus deputetur: hæc deputatio veram Collegialitatis prærogativam exulabit: nulloque modo dici poterit vera 107 Communitas illa, quæ hujusmodi Syndicum, seu Administratorem habeat; *Hostien. in cap. Nobis col.* 2. *vers. Quid quod de jurep.*, *Felin. in cap. Accedentes de præscription.*, *Rota dec.* 147. *n.* 3. *part.* 10., *dec.* 469. *n.* 39. *part.* 19. *rec.*, *d. Barchinonen.* 9. *Maii* 1755. §. 11. Vel etiam si communis Syndicus eligatur pro gerendis communibus & Ecclesiæ, seu prętensi Collegii, & aliarum Ecclesiarum negotiis: ex no- 108 tatis *cor. Falcon. in d. Rotali decis.* 1. *sub n.* 4. *vers. Electio Syndaci*, & *in d. Barchinonen.* §. *Inutiliter*.

Contemni non debet, in concursu pręsertim aliorum adminiculorum, aliud argumentum, ex eo desumptum, quod commune retineatur archivium, custodiendis Ecclesiæ scripturis destinatum, cujus claves Archivistæ collegialiter electo, vel Rectori simul, & Beneficiatis sint commendatæ: ex Sacra Congregatione 109 Con-

Concilii in *d. Neritonen. plurium* 7. *Jun.* 1760. §. *Quartum*, *&* 12.
Jul. ejusd. anni ad 18. *dubium*, *tom.* 29. *thes.resol.pag.* 102. *& seq.*,
preter alias jam superius adductas *n.* 103., & R*ota in d. Barchinonen.* §. 2. *&* 5. Dicitur autem commune archivium, ad effectum,
quo de agimus, quando antiqua Ecclesię emolumenta, omniaque
110 bonorum & contractuum instrumenta, nulla cum aliis dependentia, & communione conservantur: *ex Rota in d. Barchinonen. Collegii*, §. 7. 9. *& seq. & in ead.* 7. *Feb.* 1757. §. 5. *cor. Olivatio.*
Locum quoque habere potest in hisce probationum generibus
communis aula Collegialis, seu locus certus, & solitus, ubi Canonici, seu Beneficiati congregantur campanę sono, pro expediendis
111 negotiis ad Ecclesiam pertinentibus; *Card. Petra ut supra* §. 2. *n.* 19.,
Scarfanton. ad Ceccoper. tom. 1. *dec.* 59. *n.* 5. *&* 6., R*igant. ad d. reg.* 4.
§. 2. *n.* 66., R*ota in Barchinonen. distributionum super* 2. *dubio*; 15.
Decemb. 1739. §. 8. *cor. Nunez*, *& in d. Barchinonen. Collegii* 7. *Febr.* 1757. §. 2. *&* 7. Notanda sunt illa verba: *locus certus & solitus*;
nam si Capitulum diversis in locis soleat congregari pro peragendis capitularibus negotiis, hęc mutatio veram respuit Collegiali-
112 tatis qualitatem: *ex* R*igant. loco cit. n.* 67., *ac* R*ota in d. Placentina*
§. R*ursus*, *& in d. Barchinonen. Collegii* 9. *Maii* 1755. §. 8. *cor. Emo*
Bussio. Cæterum velim animadvertatis, quod sonus campanę, au-
113 la communis pro pertractandis Ecclesię negotiis, & similia, sunt
omnino ęquivoca: cum hæc possint etiam convenire parochiali Ecclesię, prędsertim si matrix sit, & aliæ in illo loco non habeantur Ecclesię Collegiales, ut observant *Abb. in cap. Nobis n.* 8. *de jurep.*, *Pax Jordan. tom.* 2. *elucubr. canon. lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 9., *Card. de Luca de benef. disc.* 14. *n.* 7., *Capon. discept.* 287. *n.* 6. *&* 7., ac pluries Rota
hęc argumenta uti ęquivoca reprobavit: *ut in dec.* 147. *n.* 6. *& seqq. part.* 10. *rec.*, *dec.* 469. *n.* 42. *& seq. part.* 19. *rec.* Hęc enim signa, si
sola sumantur, nullo modo sunt apta ad Collegialitatem inducendam, probandamque; sunt tamen pro ea demonstranda penitus
necessaria: ita ut si non adsint, illorum defectus ad illam excluden-
114 dam aptus judicetur: ex adductis, aliisque pluribus auctoritatibus.
Insignia quoque, honores, & pręeminentię, quibus ad ceterorum
discrimen Beneficiati perfuuntur, valere quidem poterunt ad Colle-
115 gialitatem probandam: juxta ea, quę deducuntur ex folio Sacrę Congregationis Concilii *in d. Neritonen. plurium* 7. *Jun.* 1760., *tom.* 29.
thes.resol.pag. 102. *& seq.*, *tum ex Sacra* R*ota in Januen. Præpositura*,
3. *Martii* 1755. §. 11. *cor. Vicecomite*. Inter alia signa, quibus solent a
reliquo Ecclesiasticorum cœtu Canonici distingui, sunt vestes, quibus induuntur, dum processionibus, aliisque intersunt functionibus,
vel communi in choro divinas laudes, & horas persolvunt, videlicet
Almutia, & Mozzetta. Sed notandum, quod Almutię, & Mozzettę
indui

indui a Canonicis nequeunt sine Apostolico indulto, ut per *text. in l. 2. cod. de vestib. holober. & aurat.* firmant *Card. de Luca de praemin. disc. 8. n. 6. Pignatell. consult. 59. n. 8. & 13. tom. 3.* ac S. Congregatio Concilii *in d. Neritonen. plurium 7. Jun. 1760. §. Altera, & Rota post Ceccoper. tom. 3. decis. 35. n. 2. & seq.* Nullo autem modo potest Episcopus concedere, ut Canonici, vel Portionarii, vel etiam Dignitates deferant preſertim Mozzettam, quamquam illi subobscuram, isti vero violaceam: quia, cujuscumque coloris sit, semper 117 118
est Canonicis, ac Dignitatibus, multoque magis Portionariis interdicta Mozzettę delatio ex sola Episcopi permissione, ut notat *Scarfanton. elucub. Canon. lib. 1. tit. 7. n. 20.*, ac declaravit Sacra Congregatio *in d. Neritonen. plurium 7. Jun. §. Altera, & 12. Jul. ejusd. anni 1760. ad 14. dubium* ita conceptum: *An liceat Dignitatibus deferre Mozzettas violaceas, & Portionariis subobscuras, in casu &c.* cui responsum fuit: *Negative in omnibus*, ut videre est *in d. tom. 29. thes. resol. pag. 130.* Neque in contrarium adduci potest consuetudo, illam deferendi ex permissione Episcopi, sive super brachium, sive super scapulam deferatur: ex citata Sacra Congregatione in *Neritonen. plurium ad 14. & 15. dubium*. Si vero a Dignitatibus adducatur immemorabilis pro delatione Mozzettę, eos sese defendere posse existimarem, innixus auctoritate *Card. de Luca disc. 22. n. 7. de Canon. ac Scarfantonii elucubr. lib. 1. tit. 7. n. 17. ad 19.* in quo consonat folium *d. Neritonen. 7. Jun. §. Altera vers. Mozzettas*; quin refragetur resolutio ejusdem Sacrę Congregationis loco citato: quia agebatur de consuetudine longe minoris temporis. 119 120 121 122

Quæ cum ita sint, dicendum est, quod horum insignium in Sacerdotibus Ecclesiæ, quæ Collegialis prætenditur, defectus in causa esse valeat in concursu aliarum etiam levium probationum, cur prætensa Collegialitatis qualitas sit explodenda: ut liquet ex folio Sacræ Congregationis Concilii in dicta *Nullius Terræ Pontiani, electionis Vicarii Capitularis 16. Decemb. 1741. §. Primo*, ubi de chori continui, & communis, & insignium defectu hæc habentur: *& aliorum quorumcumque insignium Canonicalium, nec non continui servitii chori*. Idque multo fortiori jure admittitur, si testes plures, ac præsertim ejusdem loci incolæ, de tali defectu deponant: ut habetur in citata *Neritonen.*; in cujus folio §. *Primo*, ita prosequitur: *pro ut ad ultima hæc duo probanda testimonium exhibet plurium incolarum ejusdem Oppidi Pontiani, ajentium nusquam vidisse Archipresbyterum, atque Canonicos ulla gestare insignia, quibus a clericis aliis distinguantur, nec non alia divina officia in choro peragi, præter Missarum solemnia, ac vesperas festis tantum diebus, & completorium quadragesimæ tempore*, ut videre est *in tom. 10. thes. resolut. pag. 216.* 123 124

Quod de insignium Canonicalium defectu dictum fuit, extendi minime potest felici exitu ad defectum Laureæ Doctoralis, ac Ma-
125 gisterii in illo, qui prima Dignitate insignitus est in Ecclesia, quæ Collegialis dicitur. Quandoquidem ignorat nemo, quod Laurea Doctoralis, aut Magisterium requiritur tantum in Collegialibus in-
126 signibus, quæ, ut alibi jam vidimus, Cathedralibus comparantur: quemadmodum demonstrat Tridentinum Concilium *in sess. 22. de reform. cap. 2. & in sess. 24. pariter de reform. cap. 12. vers. Hortatur, §. Cum Dignitates, in fine*, ac *Rota cor. Vicecomite in Januen. Præpositura 3. Maii §. 10. & in eadem 16. Jun. d. anni* §. 9. In his enim Collegialibus Ecclesiis simplicibus requiritur sola fidei profes-
127 sio in Præposito, seu prima Dignitate: ut præscribit forma, & stylus Datariæ, teste *Corrad. in praxi lib. 2. cap. 9. n. 72. & cap. 16. n. 3. & 41.*, *ac Rota in d. Januen.* §. 9. & 10. ubi refert exempla id mirifice illustrantia, status videlicet anni 1690. & 1711. ubi provisi in Collegiali, de qua agebatur, dignitate Præpositure, solam fidei professionem emiserunt, quin Laurea Doctorali, vel Magisterio fuerint insigniti.

Hęc autem fidei professio a proviso Dignitate, seu Pręposituera in Ecclesiis Collegialibus, fieri debet ante adeptam possessionem
128 sub pœna privationis; R*ota in d. Januen. Præpositura* 16. *Jun.* 1755. §. 9. ubi refert, ita fuisse injunctum in litteris Apostolicis Joanni Baptistę Spinulę ad Pręposituram Ecclesię S. Lucę Civitatis Januensis, & sic quoque fuisse in sequentibus provisionibus hujusmet Pręposituræ anno 1760. & 1711. ad praxim reductum. Ad differentiam simplicis parochialis Ecclesię, cujus Rector intra duos menses illam
129 potest a die captę possessionis explere; quin aliqua multetur Parochię amissione: ut liquet ex *Concilio Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. Provisi*, ibi: *Provisi etiam de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus, teneantur a die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram Generali ejus Vicario, seu Officiali, orthodoxam suæ fidei publicam facere professionem, & in Romana Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac jurent*; quod etiam a Rota comprobatur in cit. *Januen.* §. 9.

A loci conspicuitate, & populi multitudine, si aliæ validiores
130 non concurrant conjecturę, desumi perperam potest Collegialitatis probatio. Nam quamquam Collegialium Ecclesiarum erectio-
131 nes fieri semper debeant in conspicuo Ecclesiæ loco, *Corrad. in praxi lib. 2. cap. 1. num. 6., & cap. 10. num. 75., Card. Petra ad Constitut. 7. Innoc. IV. sect. 2. num. 40., Rota decis. 469. num. 20. part. 19. tom. 1. rec.*, ac *in Melevitana erectionis Collegiatæ*, 22. *Febr.* 1737.
132 §. *Perlustratis cor. Card. Calcagnino*: Tum etiam in loco, qui sit refertus populi quantitate: per *text. in Clem. Gravis de sent. excommun.*,

mun., *Corrad. ut sup. num.*6. *&* 7., *Card. de Luca de praemin. disc.* 9. *num.*11., *Rota cor. Cerro decis.*685. *num.*1., *& cor. Kaunitz decis.*57. *num.*10. Nihilotamen secius non potest ex hoc deduci Collegialitas, quippe quæ a simplicibus, & inefficacibus conjecturis desumpta, quæ proinde per se solæ, nullaque alia probationis specie 133
adminiculatæ, attendi minime debent, ex notatis per *Rotam coram Card. Bussio in dict. Barchinonen. Collegii* 9. *Maii* 1757. §.12. Agitur enim de materia, quæ juris præsumptione minime fulcitur: nimirum de inducenda qualitate Collegiali Ecclesiæ parochiali, vel alteri simplici, quæ, ad Cathedralis, vel Conventualis exclusionem, contrariam habent juris assistentiam, & præsumptionem, ad tradita 134
a *Mascard. de probat. concl.*584. *num.*8., *Tondut. resol. benefic. lib.*2. *cap.*9. *num.*34., *Rota decis.*240. *num.*5. *cor. Ratto*, *& in Bisinianen. praeminentiae*, 27. *Jan.* 1727. §. *Firmiusque cor. Calcagnino*.

Hinc est, quod ad Collegialitatis exclusionem facilius admittuntur contrariæ conjecturæ, nisi urgentioribus excludantur. 135
Quamobrem si de Collegialitate non appareat, atque interim constet, v. g. quod Episcopus tempore pastoralis Visitationis, vel alia occasione non visitavit Beneficiatos uti Corpus intrinsecus, & reale Collegium Ecclesiasticum, sed illos uti singulos, id satis superque 136
erit ad rejiciendam prætensam Collegialitatem: ut observat *Rota cor. Card. Bussio*, *in dict. Barchinonen. Collegii*, 9. *Maii* 1755. §.13. Vel, si Episcopus soli Parocho decreta dirigit, ut illa Presbyteris communicet, illique soli præscribat, committatque onus regendi Ecclesiam, omniaque peragendi, quæ ad illius officia, functiones, 137
& gubernium Ecclesiæ pertinent. Vel, si Beneficiati, dum decedunt, funeralia solvant Ecclesiæ, illiusque Rectori, perinde ac cæteri extranei Clerici, & Sacerdotes. Vel, si cum agitaretur ali- 138
qua controversia judicialis de ipsamet Ecclesia, quæ Collegialis prætenditur, a lite vel incipienda, vel prosequenda varii ex Beneficiatis recesserunt: Hæc, & alia similia Collegialitatis attributum 139
omnino explodunt, quippe quæ veri Collegii essentiæ, & qualitati penitus sunt contraria, ex *Rota in cit.* §. 13.

Idem est intelligendum, quotiescumque adparet, quod Parochus ulla absque dependentia cæterorum, plures actus exercet Ecclesiæ jura tangentes, v. g. si Missas solus distribuit, si piorum fundationes solus acceptat, si bonorum, & redditaum Ecclesię libros 140
solus retinet, si Vicarios solus deputat, unoque verbo, omnia solus gerit, quæ ad Ecclesiæ parochialis dominium, & regimen pertinent: hæc enim omnia ita a Parocho peracta exercitia omnino excludant necesse est verę Collegialitatis qualitatem ex Rectoribus & Beneficiatis compositæ, ut ait *Rota decis.*59. *num.*10. *part.*5., *decis.*147. *num.*11. *& seqq. part.*10. *rec.*, *in Majoricen. juris amovendi*

vendi Musicos, 14. *Jan.* 1729. §. *Pro eo*, *cor. Card. Millino*, *& in dict. Barchinonen. Collegii* §.11. *&* 12. *in fine*. At e contrario, ve-
141 rà designari poterit Collegialitas, si Parochus, seu Rector in negotiis Ecclesiam, illiusque jura tangentibus, nil aggrediatur sine consensu, & dependentia Beneficiatorum: eo quod, Parochus, seu Rector, & Beneficiati verę Collegiatæ unum, idemque constituunt Corpus, adeoque nequit ille sine istorum nutu, & consensu, Col-
142 legii, & Ecclesiæ negotia gerere; *Lotter. de re benef.c. lib.*1.*q.*14. *num.*19. *& seq.*, *Card. de Luca de Canon. disc.*19. *num.*20., *disc.*21. *fere per tot.*, *Rota in Neritonen. juris admittendi Presbyteros*, 3. *Jul.* 1739. *per tot. cor. Vajo*, *&* 6. *April.* 1742. *per tot. cor. Lana*, *& in dict. Barchinonen.* 7. *Febr.* 1757. §. 12. *cor. Olivatio*. Eodem
143 modo, quo Episcopus in negotiis tangentibus Ecclesiam, debet consensum Canonicorum Cathedralis exquirere: propterea quia Episcopus, & Capitulum promiscue habent administrationem, &
144 dominium Ecclesiæ, per *text. in cap. Relatum de testam.*, *cap. Cum omnes de constit.*, *Tondut. quæst. benefic. tom.*1. *cap.*1. *num.*9., *Pignatell. consult.*49.*n.*2.*tom.*6., *Rota decis.*146. *n.*1. *cor. Lancetta*;
145 atque unum idemque corpus constituunt, ex cit. auctoritatibus, tum ex *Rota decis.*530. *num.*42. *part.*4. *rec.*, *& decis.*78. *num.*2. *cor. Ratto*.

Collegialis insuper probari poterit illa Ecclesia, ad cujus Abbatem, seu Præpositum, vel alium Canonicum Summus Pontifex lit-
146 teras suas Apostolicas pro illarum executione direxerit, juxta doctrinam *Rigant. ad reg. Cancell.* 4. §.1. *n.*81. Item si Ordinarius talem Ecclesiam Collegialem enunciaverit in actibus seriis, consulto,
147 prudenterque emissis: cum hujusmodi enunciativæ non levem habeant vim ad Collegialitatis probationem inducendam, ut ait *Rota in cit. Januen. Præpositura* 16.*Jun.*1755. §. *Insuper cor. Vicecomite*. Eo quod, ut alibi diximus, præsumitur Episcopus informatus, at-
148 que instructus de qualitate suæ diœcesis, ejusque Ecclesiarum, *Cap. Præsumitur de reg. jur. in* 6., *Felin. in Cap. Ad aures num.*15. *de rescript.*, *Rota decis.*158. *num.*4. *cor. Kautnitz*, *decis.*729. *n.*6. *cor. Lanc.*, *decis.*843. *num.*15. *cor. Crispo*, *dict. Januen. Præpositura* §.5. Dicitur autem actus consulto, serio, prudenterque emissus, si v.g. Episcopus talem Ecclesiam in elencho aliarum Collegialium diœ-
149 ceseos describat, vel in actu visitationis illam sic enunciaverit, vel in relationibus Ecclesiarum totius diœcesis ad Sacram Congregationem Concilii transmissis, juxta præscriptum Sixtinæ Constitutionis, illam nominet, asseratque Collegialem, *Rigant. ad dict. reg.*4. §. 1. *num.* 81., *ac Rota in dict. Barchinonen. Collegii* §. *Insuper*.

Si e contrario Episcopus, ejusve etiam Antecessores, Ecclesiam Presbyteralem, quæ Collegialis est, simpliciter dixerint, tempore etiam

etiam visitationis : hæc enunciativa non potest auferre jura Ec- 150
clesiæ , quæ Collegialis aliunde probatur : quemadmodum *Rota*
observat *in dict. Januen. Præpositura 16. Jun. 1755. cor. Vicecomite*
§.8. Nam quamquam duo Archiepiscopi Ecclesiam, de qua agebatur, Presbyteralem tantum nominaverint tempore Visitationum; attamen istæ enunciativæ fuerunt a Sacro Tribunali exclusæ: quandoquidem constabat ex adductis documentis, quod talis Ecclesia, nempe S.Lucę Civitatis Januen., fuerat in Collegialem erecta, quodque Præpositura antea simplex, fuerat in primam Dignitatem conversa. Immo addatur, quod Ecclesia Collegialis esse non desinet, quamquam ab Ordinario quandoque fuerit provisa ut simplex
Parochialis, quemadmodum docuit *Rota in dict. Januen.* §. 8. non 151
obstante quod talis Præpositura fuerit ab Ordinariis provisa *anno*
1528., 1604. 1690. 1711. Quia tales provisiones factæ ab Ordinario absque designatione qualitatis Ecclesiæ Collegialis, & Præpositurae uti principalis Dignitatis a Summo Pontifice sic erectæ, nullo modo
immutare possunt ejusdem Ecclesiæ Collegialis qualitatem, ut Do- 152
ctores communiter, ac præsertim *Rota de exequution. litter. Apostolic. cap.6. num.116., Piton. discept. eccles.8. num.21., Rota cor. Buratto decis.851. num.4., cor. Bichio decis.665. num.7. & seq., & in dict. Januen. Præpositura §. 8. in fine*.

Etenim postquam simplex Parochialis in Collegiatam fuit per Summum Pontificem conversa, novam omnino qualitatem assumit, novamque induit naturam, quæ auferri illi amplius nequit,
quam contraria ejusdem Summi Pontificis auctoritate, *arg. Cap.1.* 153
de reg. juris, ac L.36. ff. eod. Hujus erectionis effectus erit, ut Eccle-
sia in Collegialem sic conversa prærogativis, atque juribus, quibus 154
cæteræ Collegiales, perfruatur: adeoque alias Ecclesias etsi antea superiores, indubitate præcedet, illisque dignior evadet, *Alexand. in Cap. fin. §. Episcopus dist.17., Corrad. in praxi benefic. lib.2. cap.14. num.67. & seq.*, ubi aliæ auctoritates adducuntur, & sic decisum *in una Calaguritana praeminentiarum, & in Illerden. praeminentiarum, Henrich. Boich. de synod. Episc. part. 3. in princ. num.28., Rota cor. Card. Millino in Taurinen. praeminentiarum* 8. *Martii* 1743. §. *Neque*, ubi ait, Ecclesias majores, & Matrices amittere suas prærogativas per erectionem Ecclesiæ inferioris in
Collegiatam: adeoque, quamquam Ecclesia olim Matrix non amit- 155
tat jura parochialium functionum, attamen tituli majoritatis,
& Matricitatis pro antiquatis habendi sunt: ut notat eadem *Rota in* 156
dict. Taurinen. §. Et hinc, & §. Congrue.

Testimonium quoque Historici referentis Ecclesiam, quæ Collegialis prætenditur, esse revera talem, dignitate, vel dignitatibus constare, cum specifica personarum, honorum, & jurium

157 rium qualitatum designatione, ad Collegialitatis probationem conducere poterit: ut monet Rota in *dict. Barchinonen. Collegii §. Insuper in fine*. Quandoquidem præsumitur Historicus de Ecclesia-
158 rum origine, vetustate, & qualitatibus instructus, plenam fidem sibi apud homines merito concilians, ut tradit *Gratian. discept.* 893. *n.6.,& Rota cor.Coccino decis.*1867. *n.*19. *& in d. Barchinonen.* §. *Insuper in fine*. Ubi vero agatur non de Historici, sed de aliorum testimonio, quorum alii de vera Collegialitate, alii e contrario de illius exclusione deponant, iis erit deferendum, quibus alia favent
159 adminicula. Hinc si nonnulli ejusdem Ecclesiæ Capellani, vel extranei sustineant Ecclesiam esse Collegialem, & Collegialibus prærogativis pollere, si id ex alio capite erui quoque potest v.g., ex pluribus enunciativis a libris baptismatum, vel matrimoniorum mutua-
160 tis, ubi Ecclesia uti parochialis & Collegialis semper fuerit habita: isti sic adminiculati testes plenam fidem mereri debent: juxta speciem, de qua in *dict.* J*anuen. Præpositura* 3. *Martii* 1755. §.11. *cor. Vicecom., &* 16.*Jun.dict.anni* 1755.§.7. *in fine, cor. eodem Vicecomite.*

Viceversa si alii testes deponant de Collegialitatis exclusione, sed signa, & rationes illam excludentes non proferant aptas, &
161 idoneas, rejici omnino debent in affirmantium conflictu; v.g. si pauci Capellani, vel alii asserant, & deponant Ecclesiam non esse Collegialem, eo quod in ipsa communis arca, vel commune sigillum, vel quid simile deficiat: hujusmodi depositiones conjecturis
162 ita insubsistentibus innixæ nullam fidem promerentur: quia communis arca, vel commune sigillum per se sunt omnino æquivoca signa: quæ etsi existentiam probare valeant, & indicare Collegiali-
163 tatis qualitatem; si tamen deficiant, illam minime excludunt, *Card. de Luca de præemin. disc.* 57. *in fine*, *Card. Petra ad dict. Constit.* 7. *Innoc. IV. sect.*2. *n.*26., ac præsertim Rota *cor. Vicecom. in d.* J*anuen. Præpositura* 3. *Martii* 1755. §.10. ibi: *Licet enim existentia communis sigilli, & arcæ probet Collegialitatem Ecclesiæ, eorundem tamen deficientia neutiquam illam excludit*: & in *ead.* J*anuen.* 16.J*un. dict. anni* §.7., ibi: *Ac spernendi procul dubio sunt tres testes ejusdem Ecclesiæ Capellani asserentes in eadem Ecclesia nullum esse commune sigillum, vel arcam communem: ultra quamquod enim hæc sunt signa penitus æquivoca, quæ licet qualitatem* Collegiatæ *indicant, si adsint, eam tamen, si deficiant non excludunt.*

Tandem, ut cætera minoris momenti omittamus, notandum erit, quod simplex Capituli, Collegii, Canonicorum denominatio, necessariis requisitis destituta, haud quaquam apta, & habilis est ad veram Collegialitatis probationem inducendam, sed impropriam
164 Collegialitatem designabit, ut in folio S. Congr. Concilii in *Nullius Terræ Pontiani electionis Vicarii Capitularis*, 16. *Decemb.* 1741. §. *Primo*,

Primo, thes. resol. tom.1. pag.216., ac *Rota in dict. Barchinonen. Collegii*, 7. *Febr.*1757. §.14., & 9. *Maii ejusdem anni* §.11. & 12., *in utraq. coram Olivatio*. Non enim simplex verborum formalitas in hac tanti ponderis materia attendi debet, sed substantialia concurrant necesse est, ipsam Collegialitatem necessario inducentia : ad 165
notata a *Rigant. ad reg.* 4. *Cancell.* §.2. *num.* 59. *ac* 85., & *Rota decis.* 192. *n.* 15. & 16. *part.* 14. *rec.*, *in Thelesina Collegiatæ* 4. *Jun.* 1739. §.11. & 12. *cor. Card. Crescentio*, & *in d. Barchinonen. cit.*§§. 11. & 12. Quamobrem multo fortiori jure erit amandanda prætensa
Collegialitatis qualitas, quotiescumque Ecclesia, seu locus, de quo 166
agitur, Communitatis, vel Congregationis nomine donari soleat, ad *Rotam decis.* 469. *num.* 36. & *seq. part.*19. *rec.*, *decis.*311. 7. & *seq. cor. Royas*, *decis.*357. *num.*16. *cor. Lancetta*, & *in dict. Barchinonen.* 7. *Febr.* 1757. §.13. *cor. Olivatio*.

TITULUS VIII.

De erectione, seu ædificatione Parochialium Ecclesiarum.

SUMMARIUM.

1 *Ut populus a proprio Parocho divina audiat, & Sacramenta suscipiat, necessario est ab Episcopo constituenda Parochialis Ecclesia.*

Absurdum enim est dari posse populum, & Parochum absque Ecclesia parochiali. Ibidem.

2 *Ecclesia parochialis, ab ædificio sumpta, est locus publicus, sacer, ac religiosus ad divini cultus exercitium legitima Episcopi auctoritate fundatus, in quo ad rem divinam audiendam, & ad Sacramenta a propria Pastore, illiusve ministris suscipiendis, Christifideles congregantur.*

3 *Ut locus aliquis publicus, sacer, ac religiosus ad divini cultus exercitium destinatus dici, considerarique valeat, requiritur, quod publica Episcopi auctoritate fundatus existat.*

4 *Secus enim erit locus privatus, & si opus fuerit, in profanos usus adhuc poterit converti.*

5 *In Ecclesiarum etiam simplicium erectionibus auctoritas nequit interponi a Prælatis Episcopo inferioribus, nullo privilegio, vel jure, nullave Episcopali jurisdictione donatis.*

6 *Simplex Abbas nequit Ecclesiam ruralem inscio Episcopo ædificare, ac benedicere, vel sacra, aliave similia in ea peragere.*

7 *Potest Episcopus interdicere, & de jure procedere contra Sacerdotes, vel Regulares celebrantes in tali Ecclesia ab Abbate, inscio Episcopo diœcesano, ædificata, ac benedicta.*

8 *In quacumque Ecclesiæ constructione licen-*

licentia Episcopi non solum expediens, sed necessaria omnino judicatur. & n. 207.

9 *Ecclesia fundari potest ubicumque non est prohibitum.*

10 *Si Ecclesia in loco exempto sit fundanda, requiritur Sedis Apostolicæ auctoritas.*

11 *Si prædium pro Ecclesiæ erectione destinatum, servitutem, & onus patiatur, primum debet a tali servitute, & onere liberari.*

Debet enim hujusmodi locus ab omni servitute esse liber, & exemptus. Ibidem.

12 *Si locus pro Ecclesiæ erectione destinatus, sit Principi tributarius, debet a Principe eximi, & liberari.*

13 *Qui fundum pro Ecclesiæ erectione assignat, dominium amittit, istudque in Ecclesiam transfert.*

Nullum censum, & onus potest dicti fundi dominus reservare. Ibidem.

14 *Fundus per Ecclesiæ erectionem legitime factam evadit res nullius, sacra, & religiosa.*

15 *Res nullius, sacræ, ac religiosæ sunt extra commercium, & consequenter in dominio, & occupatione privatorum esse nequeunt.*

16 *Auctoritas* Leg. Adeo, §. Cum in suo, ff. de adquir. rer. dom., & §. Ex diverso Instit. eod. tit., *ubi dominus fundi dicitur dominus ædificii*, & §. Cum in suo solo Instit. d. tit. de rer. div. *ubi ædificii constructor sit ejusdem dominus, nihili consideranda est in materia erectionis Ecclesiæ; Et affertur ratio.*

17 *Argumentatio a diversis petita nullo modo est admittenda.*

18 *Dominium, de quo* Rota decis. 217. n. 6. part. 9. recent., & Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 1. sub n. 14., *non sumitur in sua propria, & rigorosa, sed impropria, & lata significatione.*

Adeoque fundus, in quo Ecclesia fuit constructa, liber omnino, atque sacer evadit, & libera, & sacra constructa Ecclesia, sed unice fundatoris, seu constructoris jurisdictioni, & patronatui subjicitur. Ibidem.

19 *Simplex benefactor non adquirit dominium, idest juspatronatus Ecclesiæ, nisi concurrant ea, quæ requiruntur* a glossa in cap. 3. de jurep.

20 *Fundi dominus cogi potest ad illius venditionem pro Ecclesia parochiali, vel ædificanda, vel amplianda.*

21 *Divini cultus augmentum privato præjudicio est anteponendum.*

22 *In designanda Ecclesiæ constructione diligenter primum considerabit Episcopus loci qualitatem, sinempe in aperto sit, si sub aere salubri, si pura fruatur luce &c.*

23 *Episcopus curare debet, si id temporum, ac locorum circumstantiæ patiantur, ut parochialis Ecclesia in nobili, decentique forma erigatur.*

Tum ad excitandam fidelium devotionem. Ibidem.

Tum ad Civitatis, vel Oppidi, ubi erigitur, ornatum, & pompam: cum publice intersit Ecclesias nobiles, sumptuosas, ac custoditas retinere. Ibidem.

24 *Ecclesiarum structuræ summo religionis studio consueverunt a majoribus erigi, non absque intelligentia spirituali, ita ut qualibet structuræ pars aliquid mysticum præsignet.*

25 *Si id circumstantiæ ferunt, curabit Episcopus, ut cum atrio erigatur Ecclesia, ut oblonga potius, quam rotunda, & in modum crucis construatur, ut ad orientalem potius, quam ad occidentalem Solis plagam respiciat.*

26 *Antequam ad Ecclesiæ erectionem deveniatur, debet Episcopus crucem figere, primumque lapidem benedicere, & sic benedictum imponere.*

Benedictio tamen, & impositio primi lapidis, quippe quæ Episcopali Ordini minime reservata, potest ab Episcopo etiam simplici Sacerdoti committi. Ibidem.

27 *Pri-*

27 *Primi lapides pro erigendis Ecclesiis fuerunt benedicti, & impositi quandoque a Summis Pontificibus.*

28 Clemens XI. *primum lapidem benedixit, & imposuit pro reædificanda Basilica, & parochiali Ecclesia SS. XII. Apostolorum de Urbe.*

Grati animi monumentum a PP. Minoribus Conventualibus erigitur. Ibidem.

29 Benedictus XIV. *primum lapidem benedixit, & jecit Parochiali Ecclesiæ S. Apollinaris, Germanico Collegio annexæ.*

Monumentum lapideum ad rei gestæ memoriam inscribitur. Ibidem.

30 *Solet primus lapis benedici, & imponi in erigendo aliquo loco pio, aut religioso: de hac tamen benedictione, & impositione nec Pontificale, nec Rituale Romanum ullam specialem formam præscribit: secus ac pro erigenda Ecclesia.*

31 Clemens XIII. *primum lapidem jecit pro reædificatione Cœnobii Patrum Ordinis Carmelitarum ad Portam Flaminiam.*

Publicum grati animi monumentum posteritati relinquitur. Ibidem.

32 *Antea quam primarius lapis benedicatur, imponaturque pro Ecclesiæ ædificatione, debet* Episcopus *certus fieri de fundatore.*

33 *Requitur congrua dotis assignatio pro decenti* Ecclesiæ *manutentione, illiusque ministrorum sustentatione.*

Hujusmodi assignatio requiritur, ne Ecclesiæ *sine decenti dote remaneant, & ne cuiquam præjudicium inferatur.* Ibidem.

34 *In matrimonio carnali ad illius onera ferenda debet dos congrua, atque opportuna constitui.*

Ita etiam in conjugio spirituali inter Christum, & Ecclesiam *debet illa constitui, ad ejusdem* Ecclesiæ, *eorumque ministrorum sustentationem, & conservationem.* Ibidem.

35 *Concilii Tridentini Patres* in sess. 24. de reform. cap. 13. §. Ad hæc, *unice præcipiunt, ne parochiales* Ecclesiæ, *quæ summam 100. ducatorum secundum verum annuum valorem non excedunt, ullis pensionibus, aut reservationibus fructuum graventur.*

36 *Potest ergo* Episcopus *dotem parochialem præfigere in minori summa ducatorum 100., dummodo quinquoginta scuta annua, vel attingat, vel excedat ad normam* Pianæ Constitutionis.

37 *Prudentis erit* Episcopi *illam permittere dotis assignationem, quæ apta sit ad sustinendam* Ecclesiam *in statu congruenti, & pro Parochi, seu ministri* Ecclesiæ *servitia addicti, honesta sustentatione.*

38 *Assignatio unius mansi sufficit pro dote simplicis* Ecclesiæ.

39 *Mansi nomine intelligitur prædium quoddam, pro quo elaborando, arandoque duo boves in anno sufficiunt.* Ibidem.

40 *Unus mansus erat olim necessarius pro dote* Ecclesiæ *de novo fundatæ.*

41 *Mansus in sua stricta significatione sumptus, est locus, & situs, in quo* Ecclesia *fundatur, tum habitatio pro ejus ministris: cum talis situs sit prima dos, uti solum ejusdem* Ecclesiæ.

Tum etiam situs, qui pro adjacentibus Ecclesiæ *inservit, videlicet hortus, & area domus ejusdem* Ecclesiæ. Ibidem.

42 *In designandis tamen hisce congruis arbitrium, & prudentia* Episcopi *erit attendenda: cum id secundum diversitatem* Ecclesiarum, *& locorum sit regulandum.*

43 *In parochiali Ecclesia ad minus tria Altaria pro populi commoditate exiguntur.*

44 *In qualibet enim* Ecclesia, *seu in quolibet publico Oratorio constituendo tria saltem Altaria pro sacris peragendis figi debent.*

45 *Altaria sunt in qualibet* Ecclesia *omnino necessaria.*

46 *Templum, seu* Ecclesia *est locus Altarium:*

tarium: Altaria vero sunt loca sacrificii.

47 *Absque vero Altari etiam in* Ecclesia *non potest missæ peragi sacrificium: quandoque tamen absque Templo valet in Altari sacrificium offerri.*

48 *In Ecclesia parochiali rite recteque fundata, debet Altare majus, vel aliud specialiter designari, suo cum decenti tabernaculo ad Eucharistiæ Sacramentum asservandum.*

49 *Ad solam parochialem* Ecclesiam *de jure, & absolute pertinet retentio, & ministratio* Eucharistiæ.

50 Ecclesia *Collegiata, vel alia, pro servitio Parochiæ ipsi unitæ, debet Sacramentum retinere.*

51 *Parochus debet retinere in parochiali* Ecclesia Eucharistiam.

52 *Aliis* Ecclesiis *non parochialibus, non nisi ex speciali privilegio Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii, competit retentio Sacramenti.*

53 *Vel etiam ex consuetudine immemorabili, aut saltem quadragenaria cum titulo putativo inducente bonam fidem.*

54 *Sacramentum* Eucharistiæ *regulariter asservari debet in Altari majori, velut cæteris digniori.*

55 *Attamen in alio quoque Altari, ita* Episcopo *judicante, potest illud retineri: quod præsertim contingit in* Ecclesiis *Collegialibus.*

56 *Immo in* Ecclesiis *Cathedralibus ob frequentes Pontificales functiones ab* Episcopo *versis renibus peragendas, debet Sanctissimum Sacramentum retineri in alio Altari.*

57 *Antiquitus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum retinebatur extra Altare, seu in tabernaculo per quatuor columnas eminenter elevato, sub quo erectum reperiebatur Altare; ita dispositum, ut Sacerdos, conversa facie ad populum, celebraret.* & sub num. 108.

58 *Hodie debet* Eucharistia *asservari in tabernaculo, quod sit in medio Altaris collocatum.*

59 *Id tamen excipe in Basilica Sessoriana, vulgo S. Crucis in Hyerusalem de Urbe, ubi* Eucharistia *asservatur in tabernaculo in medio apsidis mediocriter, decenterque collocato.*

60 *In qualibet parochiali* Ecclesia *erigi necessario debet Sanctissimi Sacramenti Confraternitas.*

61 *Neque ab ea discedere potest, aliamque ad* Ecclesiam *transferri.*

62 *Reliquæ Confraternitates ad aliam* Ecclesiam *queunt sese transferre.*
Limita si contraria lex fuerit apposita in primo erectionis actu. Ibidem.

63 Episcopus *nec directe, nec indirecte prohibere potest hujusmodi translationem, & discessum.*

64 *Jus erigendi, & reintegrandi Confraternitates spectat privative ad* Episcopum *diœcesanum.*

65 *Confraternitates Ordinarii auctoritate erectæ, eidem Ordinario de jure subjiciuntur.*

66 *Confraternitates sub eodem nomine, & institutione in uno, eodemque loco erigi minime possunt ex* Constitutione Clementis VIII.

67 *Id limita quoad Confraternitates SSmi Sacramenti, quæ sub tali* Constitutione Clementina *minime comprehenduntur.*

68 *Erectio Confraternitatis Sanctissimi Rosarii, ad differentiam cæterarum spectat ad Reverendissimum Patrem Magistrum Generalem Ordinis Prædicatorum privative quoad Episcopos etiam, seu Ordinarios, in quibuscumque vel regularibus, vel sæcularibus Ecclesiis.*

69 *Si hujusmodi erectio facta fuerit absque interventu, vel delegatione dicti Patris Generalis Ordinis Prædicatorum, dici haud quaquam poterit Ecclesiastica Confraternitas.*

70 *Sed non aliter erit consideranda, quam in linea mere laicalis Societatis.*

71 *In erigenda parochiali Ecclesia, pos-*

possunt quoque in ejusdem Altaribus, & Capellis erigi, & fundari beneficia, seu Capellaniæ.

72 *Si in Altari, vel Capella proprius Rector constituatur, debent necessario concurrere auctoritas Ordinarii, & congruæ dotis assignatio.*

Nullum enim beneficium Ecclesiasticum sine Ordinarii auctoritate, & perpetua, congruaque dote erigi potest. Ibidem.

73 *Si nullus Rector constituatur, sed fundator velit, quod tot celebrentur missæ hebdomadariæ, & quis pro his celebrandis sit institutus, debet dos assignari, quæ competens sit, ut tot annui redditus sufficiant pro qualibet missa.*

74 *Hoc erit simplex beneficium, seu simplex Capellania.*

75 *Dummodo Episcopi interveniat auctoritas: eo quod qualibet fundatio sine Episcopi approbatione facta, non habet vim beneficii* Ecclesiastici.

76 *Si fundator onus missarum præscribat a quolibet Sacerdote celebrandarum absque ulla Ordinarii auctoritate interponenda, nulla dos assignari debet, nisi ea, quæ pro Altaris, vel Capellæ manutentione est necessaria.*

Hæc tamen non dicitur vera dos, sed simplex subventio, & subministratio: eo quod non perpetua in patrimonium sacrum adscita, sed temporalis habeatur. Ibidem.

77 *Simplex missarum celebrandarum onus, & constitutio, dici non potest Ecclesiastica Capellania, sed simplex erit laicalis Capellania.*

78 *Laicalis Capellaniæ capaces efficiuntur infantes, mulieres, ac cæteri laici, dummodo per Sacerdotem oneri missarum satisfaciant.*

79 *Patronus quemadmodum alios a Fundatore designatos ad laicalem Capellaniam potest nominare, ita & se ipsum, dummodo capacem, & idoneum.*

80 *Erectio facienda in certo Altari repugnat legato pio, seu laicali Capellaniæ.*

Hinc, ob non expressum prohibitionem interventus Ordinarii, videtur dicendum, quod Testator voluerit designare Capellaniam Ecclesiasticam, *Ordinarii auctoritate erigendam.* Ibidem.

81 *Si ignoretur ex mente testatoris, an laicalem, vel Ecclesiasticam Capellaniam voluerit erigere, & res amplius integra non sit, sed jam Ordinarii auctoritas intervenerit, suumque effectum jam fuerit sortita Capellania, dici debet Ecclesiastica, non laicalis, velut conformis menti fundatoris.*

82 *Cum* Ecclesia, *& Altaria provideri debeant sacris supellectilibus, aliisque necessariis, debet pro his asservandis, custodiendisque, constitui Sacrarium, seu Secretarium, vulgo* Sacristia.

83 *Duo solebant antiquitus construi Secretoria, quæ* Pastophoria *nuncupabantur.*

84 *In primo ad dextram apsidis sacræ vestes solebant conservari, quod proinde* Vestiarium *quoque dicebatur.*

In altero ad sinistram sacri libri, & Evangelia servabantur. Ibid.

85 *In parochiali Ecclesia necessario est designandus locus, in quo decenter, religioseque olea sacra custodiantur.*

86 *Retentio, & usus sacrorum oleorum inter jura parochialia recensetur.*

87 *Olim solebant olea sacra, atque reliquiæ in eodem Eucharistiæ tabernaculo retineri.*

88 *Sed hac consuetudine, & praxi abrogata, debent prope Altare majus in alio decenti, tutoque loco reponi.*

89 *In locis Infidelium, & hæreticorum permittitur, ut a Parochis in propria domo olea sacra asserventur.*

90 *Eucharistia e contrario nec in Ecclesia*

clesia quidem ob periculum irreverentiæ, & profanationis.

91 *In Ecclesia parochiali constitui, retinerique debet fons baptismalis.*

92 *In casu necessitatis quicumque potest Sacramentum baptismatis velut minister extraordinarius conferre, dummodo catholicæ Ecclesiæ præscriptum adamussim servetur.*

93 *Limita extra casum necessitatis, ubi de jure talis administratio ad Parochum pertinet.*

94 *Solemnis baptismatis minister ordinarius est solus Episcopus, vel Parochus.*

95 *Solet hodiernis temporibus fons baptismalis in fine Ecclesiæ prope januam collocari: antiquitus vero prope Ecclesiam, seu illius vestibulum.*

96 *Erat baptisterium peculiare quoddam per se ædificium, in quo porticus, seu vestibulum reperiebatur, ubi Catechumeni primum renunciabant diabolo, fidemque Christo profitebantur.*

Exempla hanc ad rem afferuntur. Ibid.

97 *Sacramentum pœnitentiæ iis, qui post baptismum in peccatum letale lapsi sunt, non minus est necessarium, quam illud baptismi nondum ad gratiam generatis.*

98 Dicitur secunda post naufragium tabula.

99 *Episcopus curare debet, ut pro populi commoditate aliquot pœnitentiæ tribunalia, vulgo Confessionalia, constituantur, ut pii, doctique ab eo approbati Sacerdotes ad audiendas pœnitentium confessiones incumbant.*

100 *Si loci, & Parochiarum modicitas id non exigat, unum saltem pro Parocho absolute construi debet Confessionale: cum illud in qualibet parochiali Ecclesia penitus exigatur.*

Illudque Parochi Confessionale visitari ab Episcopo debet in Ecclesiis parochialibus etiam exemptis, ac regularibus. Ibidem.

101 *Onus, & officium Parochi est ministrare Sacramentum pœnitentiæ suo populo, quoties subditi illud petant, etsi quotidie velint confiteri.*

102 *Episcopi monere debent populum teneri unumquemque Parochiæ suæ, ubi id commode fieri possit, ad audiendum verbum Dei.*

103 *In qualibet vera parochiali Ecclesia pulpitum exigitur.*

Quod ab Episcopo visitari quoque debet. Ibidem.

104 *Ad solam parochialem Ecclesiam retentio pulpiti de jure pertinet: eo quod divinæ prædicationis munus post Episcopum ad Parochum pertineat.*

105 *In aliis* Ecclesiis *non nisi ex privilegio competit pulpiti retentio: cum Sacerdotes nec sæculares, nec regulares absque Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii approbatione valeant de jure prædicare.*

106 *Divinæ prædicationis officium temere usurpantes ex sacrorum Canonum dispositione in excommunicationem incidunt.*

107 *In designando choro pro parochiali, aliave Ecclesia, nil pro certo statui hodie potest: cum id a loci qualitate, & a fundatoris, vel Episcopi arbitrio dependeat.*

108 *Antiquitus Altare majus non erigebatur prope murum, sed mediocri distantia ab eodem, seu apside remotum, ita ut sanctuarii, & chori spatium discretum remaneret.*

Erat autem ita dispositum, ut illius facies versus apsidem, in cujus medio erecta erat Cathedra Episcopalis, respiceret, atque Sacerdos ibidem celebrans faciem versus populum continuo retineret. Ibidem.

Altaria Pontificia trium Basilicarum Romæ, aliaque plura ita disposita adhuc conspiciuntur. Ibidem.

109 *Inter Ecclesias, quæ veterem formam meliori modo adhuc retinent; recensetur illa S. Clementis Papæ,*

& Mar-

& Martyris prope Romanum Amphitheatrum : quae ut pretiosum antiquitatis, & disciplinae Ecclesiasticae monumentum diligenter manutenetur, & asservatur.

110 *In bene ordinatis* Ecclesiis Clerus *a populo secernitur, neque huic functionum praesertim* Ecclesiasticarum *tempore liber aditus patere potest ad Sanctuarii locum.*

111 *Antiquitus non solus* Clerus *a populo secernebatur, sed etiam populus a populo.*

112 *Peculiarem habebant locum* Catechumeni, *& ii, qui in crimen lapsi poenitentiam peragebant.*

113 *Fiebat virorum a mulieribus separatio.*

114 *Tum etiam virginum a nuptis.*

115 *In vera parochiali* Ecclesia *requiritur coemeterii designatio, pro Parochianorum absque sepulturae electione decedentium cadaveribus tumultuandis.*

Hinc in erigenda nova parochiali Ecclesia *curabit* Episcopus,*ut congrua, decentique coemeterio illa provideatur.* Ibidem.

116 *Coemeterium construi potest intra propriam* Ecclesiam, *communi ad id excavato sepulchro.*

Vel plura in eadem Ecclesia *excavari possunt sepulchra pro recipiendis Parochianorum cadaveribus, habita etiam sexus, & conditionis decedentium qualitate.* Ibidem.

117 *Coemeterium construi quoque potest extra* Ecclesiam, *& hoc verum dicitur Coemeterium.*

118 *Sepulchra communia, quae in* Ecclesia *existunt, dici nequeunt, nisi improprie Coemeterium.*

119 *Coemeteria alia sunt* Ecclesiae *contigua, alia autem remota.*

120 *Turris campanaria pro populi convocatione omnino est necessaria in vera parochiali* Ecclesia.

121 *Quandoque contingit, ut campanae inserviant parochialis* Ecclesiae *usui, ad istam tamen minime pertineant.*

122 *Campana, quae parochialis* Ecclesiae *habet titulum inscriptum, ad istam pertinet, quamquam alteri* Ecclesiae *addicta sit, & alieno aere conflata.*

123 *Parochialis* Ecclesia *plures campanas habere potest.*

Divus Carolus Borromaeus *exoptavit, ut duae saltem assignarentur.* Ibidem.

124 *Si sit sonora, ut a longinquis audiri valeat, unica etiam sufficiet ad convocandum populum ad divina officia.*

125 *Campana nondum benedicta ad usum redigi nequit, &* Episcopus *prohibere potest, ne illa pulsetur.*

126 *Parochialis* Ecclesia, *antequam in ea persolvantur divina officia, debet ab* Episcopo *consecrari.*

127 *Fundatoris vocabulum aequivocum est.*

128 *Fundare, generaliter loquendo, nil aliud est, quam fundum dare.*

Unde fundare Ecclesiam *dicitur, qui fundum tradit pro ea construenda.* Ibidem.

129 *Proprie loquendo, fundatio* Ecclesiae, *fundum, constructionem, & dotem continet.*

130 *Fundator debet* Ecclesiam *constructam congruenter dotare; secus ab* Episcopo *ad id potest compelli.*

Vel fundatoris haeredes, & successores, si dos in actu fundationis non fuerit assignata. Ibidem.

131 *In beneficiis simplicibus fundatio solam dotationem continet; ita ut beneficii fundator dici jure valeat, qui dotem congruam pro eo erecto assignat.*

132 *Fundationis vocabulum copulative prolatum solam fundi assignationem designabit, & sic impropriam* Ecclesiae *fundationem: simpliciter vero prolatum, & sumptum, veram fundationem continebit undequoque perfectam.*

133 *Fundatio, constructio, & dotatio sunt tres modi, quibus de jure, & justitia adquiritur juspatronatus,*

tur, ita ut reservationibus Apostolicis, & regulæ 9. Cancellariæ minime subjaceat, & num. 136.

134 *Præter hos tres modos nullus alius a jure traditus est.*

135 *Per æquiparationem tamen, & ex æquitate etiam adquiritur de jure, & justitia per reædificationem, redotationem, & augmentum dotis ad medietatem antiquæ ascendens.*

137 *Fundatio, constructio, & dotatio non constituunt juspatronatus, nisi consensus, & auctoritas Ordinarii interveniat.*

138 *Prior fundatio absque Ordinarii auctoritate peracta nihili est habenda, secunda vero effectum sortiri debet, si in ea Ordinarii auctoritas intervenerit.*

139 *Ordinarii assensus est causa efficiens, & constitutiva jurispotronatus.*

140 *Fundatio, constructio, & dotatio copulative requiruntur ad effectum jurispatronatus adquirendi.*

141 *Si quis Ecclesiam libere fundatam, & constructam dotaverit, non adquirit juspatronatus, nisi Apostolico intercedente privilegio.*

142 *Item, si quis Ecclesiam ex fidelium oblationibus fundatam, & dotatam construxerit, nullum adquirit juspatronatus sine Apostolico beneplacito.*

143 *Talis adquisitio facta sola Episcopi auctoritate erit ipso jure nulla.*

144 *Episcopus in Ecclesia libera nullo modo constituere potest juspatronatus.*

145 *Limita in Altari, vel Capella expensis Ecclesiæ, vel benefactorum constructa, ubi simplex dotator juspatronatus adquirit.*

146 *Si in Ecclesiæ fundatione, constructione, & dotatione plures concurrant, singuli in solidum juspatronatus adquirent, quasi unius vice fungantur.*

147 *In quo casu locum habet regula, quæ docet juspatronatus adquiri vel fundatione, vel constructione, vel dotatione.*

148 *Limita si plures concurrant v. g. ad fundationem, deficiant autem constructio, & dotatio, vel alterutra; ubi Ecclesia libera remanebit.*

149 *Adeoque simplices erunt benefactores, ac proinde juspatronatus incapaces.*

150 *Ad adquirendum juspatronatus non requiritur expressa fundatoris declaratio.*

151 *Etsi enim sibi, suisque illud non reservaverit, sufficit, si illud expresse non remiserit.*

152 *Adquiritur juspatronatus absque hominis ministerio; quia lex ipsa ministerio suo hanc patrono tribuit facultatem.*

153 *Contrarium allegantes tenentur concludenter probare, quod fundator vel non habuerit animum adquirendi juspatronatus, vel illud semel adquisitum consulto remiserit.*

154 *Fundator non dicitur remisisse jus suum in perpetuum, si una tantum vice passus fuit beneficium uti liberum conferri.*

155 *Limita, quod supra diximus, in Ecclesia Collegiata sæculari, vel regulari: ubi debet fundator juspatronatus, seu jus præsentandi Prælatum, seu Parochum, sibi specialiter reservare: & Sedis Apostolicæ auctoritatem impetrare.*

156 *Prælatus, & Parochus eligi debent a Capitulo regulari, vel sæculari.*

157 *Cætera tamen jura honorifica retinet fundator Collegialis Ecclesiæ.*

158 *Fundatores possunt in limine fundationis apponere quascumque conditiones sibi benevisas, etiam juri communi contrarias.*

159 *Limita, si honestæ non sint, & bonis moribus, aut beneficii substantiæ adversentur.*

160 *Conditio a fundatore adjecta, quod* Paro-

Parochus sit ad nutum amovibilis, nulla est, atque irrita: quia in titulum perpetuum conferri debet parochialis Ecclesia.

161 *Adeoque debet intervenire Summi Pontificis auctoritas.*

162 *Conditiones turpes, inhonestæ, vel contra beneficii substantiam appositæ, non efficiunt fundationem ipso jure nullam, sed habentur pro non appositis.*

163 *Conditio adjecta post limen fundationis, attendi amplius non meretur, velut sacris Canonibus contraria.*

164 *In beneficiis præsertim parochialibus adjici non potest extra fundationem onus jurispatronatus passivi beneficio jam erecto.*

165 *Juspatronatus dici solet jus honorificum, onerosum, & utile.*

166 *Laudabilis semper fuit* Ecclesiæ *consuetudo, ut exhibitione amplioris honoris patroni afficerentur.*

167 *Non solum patronis hujusmodi specialis honor est rependendus, sed filiis etiam, & familiæ.*

168 *Patronus habet jus præsentandi Parochum, vel* Beneficiatum *Episcopo, ut eum instituat, illique Parochiam, vel beneficium conferat.*

169 *Hæc præsentatio dici solet fructus ejusdem jurispatronatus.*

170 *Potest patronus in* Ecclesia, *vel Capella patronali ad sui, suæque familiæ usum retinere sepulchrum.*

171 *Tum etiam arma, & insignia gentilitia ad indicandam, servandamque personalem pertinentiam.*

Hæc enim plerumque explicant dominium, seu jurisdictionem in re, favore cujus sunt insignia. Ibid.

172 *Nefas est patronis invitis arma, & insignia delere, vel ab Ecclesia, aut Capella removere.*

173 *Item retinere potest in* Ecclesia, *vel Capella ad sui, suæque familiæ usum, scamnum, vel sedile.*

174 Benedictus XIV. *prohibuit usum sedilium in Ecclesiis Romanæ Urbis, dum solemne festum musicalibus concentibus peragitur.*

175 *Musicales quoque concentus modificavit, illorumque licentiam coercuit.*

Edictum exhibetur Summi Pontificis, seu ejus Cardinalis Vicarii de evitando scamnorum, & sedilium usu tempore musices in Ecclesiis peractæ. Ibidem.

176 *Retinere quoque potest patronus fenestram, vel januam, quæ in Ecclesiam emittat.*

177 *Aliis vero id denegatur: eo quod servitutem inducat a sacris* Canonibus *interdictam.*

178 *Limita in Baronibus locorum, qui unam fenestram, vulgo* Choretto, *retinere possunt, ad effectum audiendi sacrum e Baronali palatio.*

179 *Amplia si Baro sit in possessione centenaria.*

180 *Limita in Ecclesia Cathedrali, vel* Collegiata, *in qua talis retentio nec Baronibus quidem absque Beneplacito Pontificio permittitur.*

181 *Quandoque a Summo Pontifice permittitur, ob sacella, vel insignia beneficia, ut illustris aliqua familia, retineat dictam fenestram, vulgo* Choretto, *e quo prospectus habeatur in Ecclesia non patronata, quamvis Cathedrali, vel* Collegiata.

Tale privilegium concessum fuit clar. Principi Pamphilio, *illiusque Successoribus, habenti palatium contiguum insigni Basilicæ, &* Collegiatæ *S. Mariæ in Via-Lata: cujus duo sacella Altari majori lateralia ad illius pertinent juspatronatus*. Ibidem.

Pavimentum dictæ Collegialis *Ecclesiæ fuit ex integro refectum, ac finissimis marmoribus indutum, jussu, & sumptibus* clar. mem. Card. Pamphilii: *cui grati animi monumentum a* Canonicis *fuit erectum*. Ibidem.

182 *Patronus tenetur Ecclesiam, ejusque bona, atque jura tueri, & defen-*

defendere, quotiescumque opus fuerit.

Qui proinde Advocatus, & defensor a sacris Canonibus nuncupatur. Ibidem.

183 *Tum etiam Ecclesiam manutenere, & necessariis providere, quotiescumque ad id non sint redditus specialiter designati, vel alio modo consuli nequeat.*

184 *Potest patronus ab Ecclesia patronali pro se, suæque familiæ honesta sustentatione petere alimentorum subministrationem.*

185 *Dicitur pauper, quando nequit ex propriis redditibus secundum suam conditionem modeste, ac condecenter vivere.*

186 *In materia tamen alimentorum respectus habendus est qualitati personæ patroni, & redditnum patronatæ Ecclesiæ.*

187 *Sine probatione paupertatis, & inopiæ, nulla assignatio alimentorum fieri debet, non obstante redditnum Ecclesiæ exuberantia.*

188 *Episcopus potest Ecclesiam jam erectam in Parochialem convertere.*

189 *Amplia, non obstante quod talis Ecclesia fuerit absque Ordinarii auctoritate constructa.*

190 *Ecclesia sine Ordinarii auctoritate constructa potest ab eodem, si id expedire judicaverit, solo æquari.*

191 *Limita in constructore, quia pro Dei servitio, & cultu fuit Ecclesia constructa.*

192 Consensus *Episcopi etsi ab initio non intervenerit pro Ecclesiæ erectione, satis tamen est, si ille subsequatur erectionis actum.*

193 *Ex superveniente Episcopi consensu perinde est, ac si ab initio fuerit interpositus, ob ratihabitionis naturam.*

194 *Et tunc juspatronatus a fundatore, ejusve hæredibus adquiritur.*

195 *Cum Pontificale, vel Rituale Romanum prohibens Ecclesiæ constructionem sine benedictione, & impositione primi lapidis, decretum irritans non apponat, talis omissio efficiet actum illicitum, non autem invalidum.*

196 *Etsi quis ædificium aliquod construxerit non eo animo ut Ecclesia fiat, potest Episcopus illud in Ecclesiam convertere.*

197 *Varii Summi Pontifices fana Gentilium in Ecclesias converterunt.*

198 *Basilica S. Mariæ Trans Tyberim, insignisque Collegiata, erat olim magna cujusdam militis taberna.*

Inscriptiones, & monumenta hac de re inseruntur. Ibidem.

199 *Solet dicta Basilica nuncupari* Basilica fontis olei, *ob fontem olei, quod in Christi Domini nativitate scatere visum fuit.*

Inscriptiones inseruntur in rei gestæ memoriam. Ibidem.

200 *Ecclesia S. Mariæ ad Pacem, vel pacis nuncupata, erat olim insigne templum a Gentilibus Paci erectum.*

201 *Omnibus admirabilius est templum illud, quod olim* Pantheon, *nunc Basilica, insignisque* Collegialis, *& parochialis Ecclesia, nuncupatur S. Mariæ ad Martyres, vulgo* Rotunda.

202 *Fuit hoc templum a Marco Agrippa Jovi, cæterisque mendacibus Diis consecratum; quod proinde e græco vocabulo* Pantheon *nuncupabatur, seu Deorum Templum.*

203 *Deinde ab Imperatore Phoca dono datum fuit D. Bonifacio IV., & ab eodem Bonifacio fuit solemni ritu consecratum D. O. M sub invocatione, & patrocinio S. Mariæ ad Martyres, seu omnium Sanctorum Martyrum Reginæ.*

Authentica ad rei confirmationem referuntur monumenta. Ibidem.

204 *Tempore D. Bonifacii IV. tria fuerunt operata insignia miracula ab hac augustissima Sanctorum Martyrum Regina.*

205 *Responsorium, quod ab Ecclesia cani-*

canitur: Gaude Maria Virgo cunctas hæreses sola interemisti &c. *fuit compositum a quodam cæco, dum lucis corporalis beneficium per intercessionem d. M. Virginis miraculose obtinuit.*

206 *Celeberrimi Templi Pantheon vetusta, & autentica descriptio.*

208 *Consensus, & auctoritas Ordinarii olim requirebatur etiam in privati Oratorii pro sacro audiendo erectione*, & sub n. seq.

209 *Limita tamen in locis exemptis, ubi Pontificia auctoritas exigebatur.*

210 *Hodie vero ad solum Summi Pontificis beneplacitum recurri debet pro Oratorio privato.*

211 *Episcopus a Sede Apostolica delegatus pro Oratorii privati erectione, hanc potest facultatem subdelegare.*

212 *Cum Episcopus permittere valeat erectionem publici Oratorii, repugnat eum non posse permittere illam privati, eo quod major in illa, quam in ista erectione adesse videatur.*

213 *Argumentum a majori ad minus firmissimum in jure judicatur.*

214 *Hoc tamen non habet locum in præsenti casu: eo quod argumentum a majori ad minus non extendatur ad ea, quæ non nisi peculiari concessione transferri possunt.*

215 *Præses provinciarum habebat jus gladii, non autem illud, etsi minoris ponderis, in insulam deportandi.*

216 *Vicarius generalis habens facultatem administrandi generaliter, & libere omnia negotia ecclesiastica, non tamen illam retinet conferendi beneficia ecclesiastica, vel alia id generis peragendi.*

217 *Quilibet potest absque ulla Ordinarii, vel Summi Pontificis auctoritate, retinere privatum oratorium ad orandum, etiam cum altari, & imaginibus Sanctorum, dummodo sacra mensa non adsit, nec ibi celebretur.*

218 *Privatum Oratorium concedi solet Prælatis.*

219 *Hujusmodi privilegio pro unius missæ celebratione fruuntur Episcopi Assistentes, Archiepiscopi, & Patriarchæ Capellæ Pontificiæ.*

220 *Item Auditores Cameræ.*

221 *Tum etiam Votantes Signaturæ.*

222 *Item Cardinales, cum per Concilium Tridentinum non fuerit istud revocatum.*

223 *Tali privilegio fruuntur Episcopi etiam jure proprio sine speciali indulto, etsi nondum consecrati, & in aliena diœcesi.*

Palatium enim Episcopi non est domus privata, sed publica. Ibid.

224 *Audientes missam in Capella Palatii Episcopalis, satisfaciunt Ecclesiastico præcepto.*

Idemque dicendum de Capellis Cardinalium. Ibidem.

226 *Quod concessum est Episcopis, eorumque Superioribus, concessum quoque intelligitur Cardinalibus.*

226 *Indultum privati Oratorii concedi solet supremis, aliisque Principibus, Titulatis, Baronibus, Magistratibus, Nobilibus, eorumque uxoribus.*

227 *In concedendis hisce indultis favore secularium personarum, apponi solet clausula*: qui, ut asseris de nobili genere procreatus.

228 *Nil refert utrum ex parte patris, vel ex parte matris hæc nobilitas proficiscatur.*

229 *Filii sequuntur patris, non vero matris originem.*

230 *Mulier per contractas nuptias ad civilitatem mariti transit.*

231 *Etsi originem propriam ad aliquot juris effectus retineat, hæc personam illius non egreditur, neque ad filios porrigitur.*

232 *Limita hæc tamen omnia, ubi non agitur vel de interpretanda testatoris voluntate, vel de effecti-*

bus civicis, sed unicè de interpretanda Apostolici privilegii gratia, ullo absque tertii præjudicio exequenda, deque Summi Pontificis mente in re indifferenti interpretanda.

Adeoque sufficit, ut de Oratoris nobilitate adpareat, quocumque ex latere, & fonte proficiscatur. Ibidem.

233 *Filius ab omnibus ascendentibus nobilitatis prærogativam assumit.*

234 *Adeoque, etsi ignobilis sit ex parte patris, sufficit si nobilitatem desumat ex materno latere.*

235 *Limita, si Orator expresserit nobilitatem suam a patre agnoscere, & hoc a veritate alienum adpareat.*

236 *Gratia Pontificia obreptitie, vel subreptitie obtenta ipso jure nulla est, nullamque promeretur executionem.*

237 *Indulta pro privatis Oratoriis sunt ut plurimum personalia.*

238 *Adeoque tale indultum non potest transire ad hæredes illius, cui fuit concessum, sed cum designata persona debet expirare.*

Cum enim sit personale, non egreditur personam privilegiati. Ibidem.

239 *Idem dicendum, quando Summus Pontifex utitur hac clausula*: atque de ipsius Ordinarii licentia, ejus arbitrio duratura.

Tantum enim conceditur Episcopo, ut in casu, quo non expediat privatum Oratorium permitti, illud prohibeat. Ibidem.

240 *Hujusmodi indultum non expirat morte Pontificis, qui illud concessit, eo quod concessisse illud intelligatur, ut post ejus mortem in successores quoque continuetur.*

241 *Amplia etsi in indulto exprimatur:* usque ad beneplacitum nostrum: *Eo quod hæc verba non ad personam Pontificiam, sed ad Dignitatem referantur.* Ibidem.

UT populus a proprio, perpetuoque Pastore, cujus curæ, atque regimini specialiter fuit commissus, divina, sacraque audiat, & a Christo Domino instituta Sacramenta suscipiat, locus, sive Ecclesia necessario est per
1 Episcopum designanda, constituendaque, ut quisque etiam invitus fateri debet, ne eo deveniat, ut sustinere audeat, populum, & Parochum sine Ecclesia dari posse, quod esset absurdissimum, juxta Rotalem doctrinam in *decis.228. n.1. & seqq. part.2. rec.*, sed presertim *cor. Card. Bussio in Camerinen. Prioratus*, 24. *Jan.* 1757. §.11. *post med.* Ecclesię igitur parochialis nomine, si ab ædificio sumatur, nil aliud intelligo, quam locum publicum, sacrum, ac religiosum ad divini cultus exercitium legitima Episcopi auctoritate fundatum in quo ad rem divinam audiendam, & ad
2 Sacramenta a proprio Pastore, illiusve ministris suscipienda Christifideles congregantur.

Dixi: *legitima Episcopi auctoritate fundatum*: quandoquidem ignorat nemo, ad hoc ut locus aliquis publicus sacer, religiosus, ad divini cultus exercitium destinatus dici, considerarique valeat,
3 absolute requiri, quod publica proprii Episcopi auctoritate fundatus, & erectus proponatur, per *textum in cap. Ad hæc de relig. dom.*, *gloss. in can. In Ecclesiastico, verbo Si terram caus.13. quæst.1.*, *Fusch.*

de

de visit. lib. 2. cap. 12., *Dec. cons. 148. num. 1. vol. 1.* Rot. *decis. 30.
num. 8, part. 2. rec.*, *ac in Sancti Severini celebrationis Missarum*,
5. Maii 1752. §. cor. Matthæjo, ubi id ait præsertim respectu Eccle- 3
siæ publicæ militare; ita ut si Episcopi, seu Ordinarii auctoritas in
fundatione, seu ædificatione haud intervenerit, locus privatus dici
valeat, & si opus fuerit in profanos usus adhuc converti; *cap. Au-* 4
ctoritate de censib., *Fagnan. in cap. Ecclesiæ num. 25. de immunit.
Eccles.*, *Card.* Petra *ad const. 7. Honorii III. sect. un. tom. 2, num. 56.*,
Pignatell. consult. 98. num. 37. tom. 6.

Etenim nec in Ecclesiarum quidem simplicium erectionibus
auctoritas interponi potest a Prælatis Episcopo inferioribus nullo
speciali privilegio vel jure, nullave Episcopali jurisdictione dona- 5
tis: juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in Elven.
9. Febr. 1754.*, *ut in thesauro resol. pag. 16. & seq. ad 1. dub.*, ubi de-
claratum fuit ab Emis Patribus Abbatem nequivisse inscio Episcopo
ruralem Ecclesiam ædificare, neque benedicere, vel sacra, aliave 6
similia in ea peragere; Immo *ad 2. dubium* fuit resolutum potuisse
Episcopum interdicere, ac de jure procedere contra Sacerdotes,
& Regulares celebrantes in tali Ecclesia ab Abbate absque ejus licen-
tia ædificata, ac benedicta. Quandoquidem in quacumque Ecclesiæ 7
constructione licentia Ordinarii Episcopi nedum expediens, sed
necessaria omnino judicatur ex *Can. Nemo de consecr: Eccl. dist. 1.*, 8
§. Si quis 2. auth. de, *Eccles. ædific.*, *§. Sancimus auth. ut nullus,
Genuen. in praxi Cur. Neapol. quæst. 344. num. 1.*, *Catalan. Comment.
ad Pontific. Roman. tom. 2. tit. 1. de benedictione, & impositione primi
lapidis pro eccles. ædific. §. 1. num. 34.*

Quoad locum, sive situm, in quo parochialis Ecclesia fundan-
da erit, hæc regula teneri debet, dictam videlicet Ecclesiam fun-
dari posse ubicumque non est prohibitum; *Lambertin. de jurep.* 9
part. 1. lib. 1. art. 3. quæst. 9. num. 1. Hinc si Ecclesia erigi velit in
loco exempto, tunc Sedis Apostolicæ auctoritas erit necessaria,
per *can. Nemo de consecr. distinct. 1.*, *ibique Gloss. & Doctores, cap.
Auctoritate de privil. in 6.*, *d. §. Si quis autem auth. de eccl. ædif.*, 10
Pax Jord. elucubr. canon. tom. 1. lib. 5. tit. 8. num. 13. Si prædium
pro Ecclesiæ erectione destinandum, servitutem, & onus patiatur,
debet a tali servitute, & onere antea liberari: quia liber omnino 11
esse debet ab omni servitute locus ille, in quo Ecclesia fundatur,
arg. L. 1. §. Eam rem ff. quæ res pign., *Abb. in cap. 1. de censib.*, *Fe-
lician. de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 1.*, *ac Rota apud Card. Pe-
tram Constit. 2. Paschal. II. sect. 2. num. 5. tom. 1.* Si Principi sit tri-
butarius, debet a Principe eximi, & liberari, atque is, qui fundum 12
assignat, amittit dominium, istudque in Ecclesiam transfert, *Card.
Petra loco cit. num. 28.*, *Rota decis. 339. num. 40. part. 6. rec.* nul- 13

lumque censum, & onus potest fundi dominus reservare, *Abb. dict. cap.* 1. *num.* 6. *de censib.*, *Lambertin. de jurep. dict. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 9. *art.* 3. *num.* 2. *per tot.*, *Calderin. cons.* 1. *num.* 1. *de relig. domib.*, *Bursat. cons.* 178. *num.* 16.

Enim vero fundus per Ecclesiæ erectionem legitime factam
14 evadit res nullius, sacra, & religiosa, *Card. Petra dict. Constitut.* 2. *Paschal. II. sect.* 2. *num.* 4. *tom.* 1. *&* *num.* 28. *in fine*, *Calderin. cons.* 5. *num.* 1. *de relig. domib.*, *Pignatell. consult.* 125. *num.* 4. *tom.* 1.
Res autem nullius, sacræ, ac religiosæ sunt extra commercium, &
15 consequenter in dominio, & occupatione privatorum esse nequeunt, §. *Nullius Instit. de rer. divis.*, *Bellett. disquisit. clerical. tit.* 6. §. 9. *num.* 2., *Ceccoper. lucubr. canon. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 36. *& seqq.*, *Card. Petra ut supra sub num.* 11., *Franc. de eccles. cathed. cap.* 12. *num.* 38., *Calderin. loco cit.*, *Bursatt. cons.* 178. *num.* 16. *vers. Cum*, *Rota decis.* 339. *num.* 40. *part.* 6. *rec.*, *decis.* 352. *num. fin. cor. Ubago*, *in Maceraten. jurispatronatus Ecclesiæ* 5. *Maii* 1751. §. 13. *cor. Canilliac*, *&* 19. *Jan.* 1753. §. 15. *cor. Card. Caprara*.

Neque refragatur *L. Adeo* §. *Cum in suo ff. de adquir. rer. dom.*, §. *Ex diverso Instit. de rer. div.*, *Mantica de tacitis lib.* 21. *tit.* 1. *sub num.* 14., *ac Rota decis.* 217. *num.* 6. *part.* 9. *rec.* ubi dominus fundi dicitur quoque dominus ędificii, seu Ecclesiæ: quemadmodum etiam nec §. *Cum in suo solo Instit. dict. tit. de rer. div.*, *ac Rota dict. dec.* 217. *n.* 7. ubi ædificium, seu Ecclesiam construens fit ejusdem dominus. Primum enim contemnenda omnino est auctoritas de-
16 sumpta a Justinianeis §§. *Ex diverso*, *&* *Cum in suo solo*, tum Jurisconsulti in *L. Adeo*; cum præsenti, in quo versamur, themati, nullo modo aptari valeat: propterea quia sive solum ædificio, sive ædificium solo cedat, semper sequitur id in privatorum dominio remanere, sub unico tantum discrimine mutationis dominii ab una ad aliam personam, salva semper remanente rei profanæ substantia: at nostro in casu agitur de re, quæ non solum dominii, sed qualitatis etiam, & substantiæ e profana in sacram recipit mutationem: proindeque ex notissima regula a diversis petita non ad-
17 mittitur hujusmodi argumentatio, *Rota cor. Lancetta decis.* 427. *num.* 11., & alibi passim, ac in *Verulana juris pascendi*, *&* *lignadi super transactione anni* 1736., 2. *Martii* 1757. §. 3. *cor. Borull.*

Respectu aliarum auctoritatum, Manticæ nempe, atque Rotæ, animadvertendum est, quod dominium non sumitur in sua
18 propria, & rigorosa, sed in impropria, & lata significatione: ita ut fundus in quo Ecclesia fuit constructa, liber omnino, atque sacer evadat, & libera, & sacra simul constructa Ecclesia, sed unice fundatoris, seu constructoris jurisdictioni & patronatui subjiciatur: per ea. quæ tradit *Rota in Feretrana cor. Paracciano* 22. *April.* 1757.

§. 7.

§.7. ubi ait, quod simplex benefactor non adquirit dominium, idest 19
jus patronatus Ecclesiæ, nisi concurrant ea, quæ requiruntur a *glossa in Cap.3. de jurepat.* in quo simul conveniunt *Lotter. de re benef. lib.1. quæst.8. num.19.*, *Lambertin. de jurep. lib.1. part.1. quæst.6. art.3.*, *ac Rota decis. 510. num.4. part.3. rec.* quod infra, & in seq. titulo melius videbitur.

Si dominus fundi, ubi Ecclesia debet ædificari, fundum Ecclesiæ donare renunciat, neque istum justo pretio vendere, ex hac Ecclesiæ ædificandæ, vel etiam ampliandæ causa, cogi potest ad
venditionem, *ad L. si quis sepulchrum, ubi glossa verbo Compellere ff.* 20
de relig. dom., *Franc. Leo Thesaur. for. eccles. quæst.6. n.6.*, *Menoch. cons. 1206. tom.6.*, *Cyriac. controv. forens., lib.1. contr. v. 1. per. tot., controv. 231. num.8. & 11.*, *ac Rot. apud Card. Petram loco cit. sub num.19.* Nullum enim detrimentum patitur fundi dominus, cum pecuniam ex venditione retractam in alterius prædii adquisitionem valeat erogare, vel alio fructifero modo impendere. Quod si aliquod leve prejudicium pateretur, animadvertendum est, quod agitur de construenda Ecclesia tendente ad majus divini cultus augmentum
cuicumque privato præjudicio semper anteponendum: per adducta 21
a Rota cor. Molines decis. 1068. num.2.

In designanda Ecclesiæ constructione primum diligenter Episcopus considerabit loci qualitatem, si nempe sit in aperto, sub aere salubri, si pura fruatur luce, si ab immunditiis, a popularibus rumoribus, ac strepitibus decenter remotus adpareat: si populo com-
modus, si in eminenti, & aquarum inundationibus minime subje- 22
ctus, & alia id generis, de quibus *Pax Jord. elucubr. canon. tom.1. lib.5. tit.8. n.14.* Curabit insuper prudens Episcopus, ut Ecclesia, si id fieri temporum, ac locorum circumstantiæ permittant, in no-
bili, decentique forma erigatur; *Pax Jordanus d. tit.8. num.14.* 23
tum ad excitandam fidelium devotionem, juxta ea, quæ a *Thomass.* afferuntur *de vet. & nov. Eccl. discipl. tom.3. part.3. lib.1. cap.4. num.4.* de restauratione Ecclesiarum agente, relato in folio Sacræ Congreg. Conc. in *Lisbonen. 23. Maii* 1760. §. *Et quoniam tom. 29. thes. resol. pag.176. & seq.* tum etiam ad civitatis, vel oppidi ornatum, & pompam, cum publice intersit Ecclesias nobiles, sumptuosas, ac custoditas retinere, *Lara de anniverf. & cappell. lib.1. cap.21. num.1.*, *Novar. quæst. forens. cap.18. num.10. part.2.*, *Rota cor. Crispo decis.277. num.21.*

Ecclesiarum structuræ summo religionis studio consueverunt a majoribus erigi, non absque intelligentia spirituali, ita ut quelibet
structuræ pars aliquid mysticum præsignet, ut ex elegantissima *Eu-* 24
sebii Pamphil. oratione in dedicatione Ecclesiæ Tyri a Paulino Episcopo excitatę, *Euseb. in histor. lib.10. cap.4.*, *Baron. ad annum 51. num.98.*

*num.*98. *& seqq., & tom.*3. *ad annum* 314. *num.*17. *& seq., Durand.*
*in rational. divin. offic. lib.*1. *cap.*1., *Pace Jordano dicto lib.*5. *tit.*8.
*n.*12. Quamobrem, si id circumstantiæ temporum, locorum, ac per-
sonarum patiantur, curabit Episcopus, ut cum atrio erigatur Eccle-
sia, ut oblonga potius, quam rotonda, & in modum crucis con-
25 struatur, ut ad orientalem potius, quam ad occidentalem plagam
respiciat, *Cap. Nemo de consec. Eccl. dist.*1., *Clem. lib.*2. *constit.*2.
*cap.*6. *apud Baron. tom.*1. *ad annum* 57. *num.* 103., ibi: *Primum sit*
longa, & ad orientem consona: *S. Paulin. Episcop. Nolan. epist.*12.
ad Sever, *ex Aristæa lib. de* 72. *Interpret., Tertullian. adverf. Valent.*
*cap.*1., *Card. Baron. loco cit.* ibi: *Nostræ Columbæ domus simplex etiam*
in editis semper, & apertis ad lucem: amat figuram Spiritus Sancti,
Orientem Christi figuram: *tum Durand. d. lib.* 1. *cap.* 1., *Pax Jor-*
*dan. dict. tit.*8. *n.* 14., *Catalan. Comment. ad Pontific. Roman. dict.*
*tom.*2. *tit.*1. §.1. *num.*2. 4. *ad* 9., *& n.*39. *&* 40.

Antequam tamen ad Ecclesię parochialis, vel non parochialis,
constructionem deveniatur, debet Episcopus crucem figere, pri-
26 mumque lapidem benedicere, & sic benedictum imponere, juxta
pręscriptum *Pontificalis Romani in tit. de benedictione, & impositione*
primi lapidis, ut communiter doctores conveniunt, ac pręsertim *Pax*
*Jordanus elucubr. canon. part.*1. *lib.*5. *tit.*7. *num.*1., *Catalan. in suo*
*recent. Comment. ad idem Pontificale, tom.*2. *tit.*1. *de benedictione,*
& impositione primi lapidis pro eccl. ædific. a §.2. *ad* 14. *cum appendice*,
ubi hac de re diserte, & docte disserit; sed præcipue *in* §.1. *n.*14.
Hęc autem benedictio, & impositio primarii lapidis cum Ordini
Episcopali non sit specialiter reservata, plano veluti alveo profluit
posse ab eodem Episcopo simplici etiam Sacerdoti delegari, *Archid.*
*in dict. Cap. Nemo de consecr. eccl. distinct.*1. *Azor. instit. moral.*
*part.*2. *lib.*9. *cap.* 3., *Catalan. d. tit.*1. §.4. *num.*35. quod cuique
etiam patebit solam Ritualis Romani dispositionem prę oculis ha-
benti.

Fuerunt primi lapides pro erigendis Ecclesiis benedicti, & im-
27 positi quandoque etiam a Summis Pontificibus, teste *Catalano in*
*cit. tit.*1. §.1. *n.*24. Duo tamen vobis suppedito exempla, quorum
primum petitum est a Basilica, & parochiali Ecclesia SS. duodecim
Apostolorum ad Patres Minores Conventuales in alma Urbe perti-
28 nente: quæ tanto honore dignata fuit per *Clementem XI.* Sum-
mum Pontificem, quemadmodum legitur in sequenti monumento
super ostium majus ejusdem Basilicæ ad æternam rei memoriam
publico aspectui proposito.

D.O.M.

D. O. M.

BASILICAM HANC A CONSTANTINO MAGNO
IN HONOREM SS. XII. APOSTOLORUM CONSTRUCTAM
BARBARORUM INDE AC TEMPORUM INJURIA
SQUALLENTEM
A SUMMIS PONTIFICIBUS ET PRÆCIPUE A JULIO II.
REPARATAM
ET A CARD. F. LAURENT. BRANCATI DE LAUREA EXORNATAM
FATISCENTEM RURSUS AC RUINOSAM
MINORUM CONVENTUALIUM D. FRANCISCI FAMILIA
CLEMENTIS XI: PONT. MAX. AUSPICIIS
QUI PRIMUM LAPIDEM SACRO RITU OPERI ADMOVIT
IN ELEGANTIOREM AMPLIOREMQUE FORMAM
A FUNDAMENTIS
RESTITUIT
ANNO SALUTIS MDCCII.

Aliud exemplum vobis recentius ſuppedito, petitum a Parochiali Eccleſia, inſigni Germanico Collegio annexa, S. Apollinaris Epiſcopi, & Martyris, quam ſanct. mem. *Benedictus XIV.* prima
lapidis impoſitione illuſtravit, quamque in nobiliorem formam e 29
fundamentis excitatam ſolemni ritu conſecravit: quemadmodum eruitur ex ſequenti monumento, quod in pretioſo porphyretico lapide ad ſiniſtram Altaris majoris erecto, ita conceptum poſteritati relinquitur.

D.O.M.

D. O. M.

BENEDICTUS XIV. P. M.

ÆDEM

S. APOLLINARIS EPISCOPI ET MARTYRIS

IN ELEGANTIOREM FORMAM

PRIMO LAPIDE

PONTIFICIA MANU POSITO

A FUNDAMENTIS RESTITUTAM

SOLEMNI RITU DEDICAVIT

XXI. APRIL. OCTAVO POST PASCHA DIE

A. MDCCXLVIII.

AD RECOLENDAM DEDICATIONIS MEMORIAM

DIE XXIV. OCTOBRIS CONSTITUTO.

Solet hujuſmodi formula benedicendi, imponendique primarium lapidem ſervari in erigendo loco religioſo, ac pio; de qua tamen benedictione, & impoſitione nec Pontificale, nec Rituale Ro-
30 manum loquitur, nullamque ſpecialem formam præſcribit, quemadmodum in erigenda Eccleſia. Summi quoque Pontifices non deſunt, qui hiſce in caſibus primo jacto lapide locum ædificio deſtinatum pręſentię ſuę impleverunt majeſtate. Sic *Clemens XIII.* Pontificatus ſui anno primo, ut amoris, ac beneficentię erga Carmelitarum Ordinem publicum prçberet ſpecimen, cum erigendum foret
31 in nobiliorem, ampliorem que formam Cœnobium Patrum Ordinis Carmelitarum ad Portam Flaminiam, vulgo *de Populo*, primum lapidem imponere dignatus fuit, ut legitur in ſequenti monumento, quod marmoreo in lapide ita conceptum adſervatur.

CLE-

CLEMENTI XIII. P. O. M.

QUOD

VETERI, IGNOBILIQUE COMPLANATO CŒNOBIO

NOVUM HOC

CARMELITANÆ FAMILIÆ COMMODIORI DOMICILIO

URBIS ORNAMENTO

A FUNDAMENTIS ELEGANTIUS ERECTUM

PRIMO JACTO LAPIDE AUCTA LOCI DIGNITATE

PRÆSENTIÆ SUÆ IMPLEVERIT MAJESTATE

CARMELITARUM ORDO POSUIT

ANNO DOMINI MDCCLXI.

Sed antequam locus pro Ecclesię ædificatione destinatus benedicatur, primariusque lapis benedictus imponatur, debet Episcopus certus fieri de fundatore, ex doctrina *Pitonii alleg.* 73. 32
*num.*11. Requiritur enim congrua dotis assignatio pro decenti Ecclesię manutentione, & illius Ministrorum sustentatione, *Concil.* 33
*Bracharense III. can.*5.,*cap.*5. *de vita, & honest. Cleric.*, *Concil. Lateran. sub Benedicto XIII. in tit.*27. *cap. un.*, *Catalan. Comment. ad Pontific. Rom. dict. tit.*1. §.1. *n.*2. & 3. Id enim omnino exigitur, ne Ecclesiæ sine decenti dote remaneant, & ne cuiquam præjudicium inferatur, *Barb. de offic. & potest. Episc. part.*2. *alleg.* 20. *n.*2., *Pax Jordan. elucubr. canon. part.*1. *lib.*5. *tit.*8. *num.*15., *Mantic. decis.* 131. *num.*11. Quemadmodum enim in matrimonio ad illius
onera ferenda constitui debet dos congrua, atque opportuna, *L.*3. 34
76. *ff. de jure dotium, Nov.*74.*cap.*4. & passim, ita in conjugio spirituali inter Christum & Ecclesiam, constitui quoque illa debet ad Ecclesiæ, illiusque Ministrorum sustentationem, & conservationem; *Arcbid. in dict. Can. Nemo de consec. dist.*1., & *Abb. in Cap. Cum sicut num.*2. *de eccl. ædific.*

Si ad Tridentini Concilii dispositionem *in sess.* 24. *refor. cap.*13. §. *Ad hæc*, animus convertatur, illiusque contextus primo obtutu habeatur præ oculis, judicandum foret hanc congruæ dotalis assignationem, ducatorum 100. annuorum summam debere saltem attingere. Sed re, pro ut decet, attente considerata: quemadmodum Tridentini Patres unice prohibent ne parochialis
Ecclesia, quæ summam 100. ducatorum secundum verum an- 35
nuum valorem non excedit, ullis pensionibus, aut reservationibus

fructuum gravetur: ita nullum est dubium, quin etiam in minori summa, dummodo quinquaginta scuta annua vel attingat,
36 vel excedat, ad normam Pianæ Constitutionis *Ad exequendum*, valeat Episcopus illam permittere, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in Dertbonen. dismembrationis* 14. *&* 28. *Jan.* 1736. *ad* 3. *dubium, thesaur. resolut. pag.* 158. *& seqq., & Rotalem decisionem* 22. *num.* 3. *coram SSmo feliciter regnante Clemente XIII.* quod melius videri poterit in superiori *titulo* 3. *de erectione Parochiarum n.* 121. *& seqq.* Unde prudentis erit Episcopi officium permittere illam dotis assignationem, quæ apta sit ad sustinendam Ecclesiam in statu congruenti, & pro Parochi, seu
37 Ministri Ecclesiæ servitio addicti sustentatione, ut Doctores in *cap.* 1. *de censibus, Lambert. de jure patr. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 1. *art.* 21., *Vivian. eod. tract. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 32., *Pax Jord. elucub. canon. part.* 1. *lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 23.

Si de simplici agatur Ecclesia, nonnulli Doctores asserunt pro
38 illius dote sufficere mansi unius assignationem, ut *Abbas post Hostiensem in cap. Cum sicut n.* 4. *de Eccles. ædific.* Mansi nomine nil
39 aliud intelligitur, quam prædium quoddam, pro quo elaborando, arandoque duo boves in anno sufficiunt, *Gloss. in cap.* 1. *de censib. verbo Mansus, & in Can. Secundum Canonicum cav.* 23. *qu.* 8., *Card. Petra ad Constit.* 2. *Paschal.* 2. *sect.* 2. *n.* 25. Unus quo-
40 que mansus erat necessarius pro dote Ecclesiæ de novo fundatæ. *Gonzal. in d. cap.* 1. *n.* 4. *de censib. ibique Abb., & Card. Petra loco cit., Rota cor. Muto in Romana locorum montium* 20. *April.* 1693. *§. Nec titulum, & in Romana quindenniorum super dubio affrancationis*, 6. *Jun.* 1687. *n.* 7. *&* 8. *post Card. de Luca de servit. disc.* 52. Si vero mansus in sua stricta significatione sumatur, est locus & situs, in quo Ecclesia fundatur, tum habitatio pro ejus Ministris, cum talis situs sit prima dos, uti solum ejusdem Ecclesiæ, tum
41 etiam situs, qui pro adjacentibus Ecclesiæ inservit, videlicet hortus, & area domus ejusdem Ecclesiæ: ut tenet *Card. Petra loco cit. sub n.* 25. *in fine.* Cæterum in hisce designandis congruis arbitrium,
42 & prudentia Episcopi est attendenda: cum id secundum diversitatem Ecclesiarum, & locorum regulandum sit; *Pax Jord. d. tit.* 8. *numer.* 16.

Nunc gradum faciamus ad ea, quæ in parochiali erecta Ecclesia, pro illius perfectione necessario exiguntur. Ac primum, si hodierna disciplina respiciatur, debent in parochiali Ecclesia ad
43 minus tria constitui Altaria, ut pro populi commoditate sacrum peragatur: quandoquidem ad constituendam Ecclesiam, seu publicum Oratorium trium saltem Altarium numerus figi debet pro sacris peragendis, per ea, quæ habentur in folio Sacræ Congrega-

tionis

tionis Concilii *in Parmen. hoſpitalis*, 12. *Jul.* 1755. §. *Parmen. verſ. Oratorium*. Sunt equidem Altaria in quacumque Eccleſia omnino 45
neceſſaria: quemadmodum plura Concilia decreverunt, inter quæ Aquiſgranenſe, Hipponenſe, & Agathenſe, relata ab *Amoſtazz. de cauſis piis lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 1. *Suarez de Euchariſt. diſp.* 81. *ſeſſ.* 5. §. *ult.*, *Paſqualig. de Sacrificio miſſæ quæſt.* 669. *n.* 4., *Card. Petra ut ſup.* Templum enim, ſeu Eccleſia eſt locus Altarium: Altaria vero ſunt loca ſacrificii; *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 30. *n.* 9., 46
Franc. de Eccleſ. Cathed. cap. 5. *n.* 118., *Card. Petra loco cit. ſub n.* 2. *in fine*: quandoquidem non poteſt abſque vero Altari etiam in Eccleſia Sacrificium miſſæ confici: quandoque tamen abſque Templo valet in Altari ſacrificium offerri; *Card. Petra loco citato*. 47
Sed de Altaribus pleniſſime in ſecunda parte differemus, ubi de illorum conſecratione tractabimus.

Poſt rite, recteque fundata Altaria, debet vel Altare majus, vel aliud ſpecialiter deſignari, ſuo cum decenti tabernaculo ad Euchariſtiæ Sacramentum aſſervandum. Ad ſolam enim parochia- 48
lem Eccleſiam de jure, & abſolute pertinet retentio, & miniſtratio Euchariſtiæ, per *tex. in Can. Presbyter de conſec. diſt.* 1., ibi: 49
Presbyter (ideſt Parochus) *Euchariſtiam ſemper habeat paratam, ut quando quis infirmatur ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur*: *Clem. 1. de privil.*, *Card. Petra ad Conſtit.* 20. *Eugenii IV. num.* 13. *tom.* 4.; ac Sacra Rituum Congregatio *in Tuſcanen. præeminentiarum* 19. *Aug.* 1619. *ad* 4. *dubium*, quam refert *Pignatell. conſult.* 29. *n.* 10. *tom.* 4., ubi abſolute reſolutum fuit, Collegiatam, de qua qua agebatur, debere pro ſervitio Parochiæ ipſi unitæ, ſanctiſſimum Sacramentum retinere: ac Sacra Congregatio Concilii *in* 50
Fulginaten. 1. *Aug.* 1752., *theſ. reſol. pag.* 83. ubi declaratum fuit debere Parochum retinere Euchariſtiam in Eccleſia parochiali: ac 51
Rota *cor. Molines deciſ.* 706. *n.* 7. Aliis vero Eccleſiis non niſi ex ſpeciali privilegio Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii; *cap. Tribus* §. *Tanta de conſec.*, *Piaſec. in praxi Epiſc. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 7., *Genuen. in* 52
praxi cap. 110. ubi refert ita fuiſſe a ſacra Concilii Congregatione reſolutum, *Panimolt. deciſ.* 5. *annot.* 1. *n.* 17. *& ſeqq.*, *Rota dec.* 386. *n.* 28. *part.* 5. *rec.*, *& d. deciſ.* 706. *n.* 7. *cor. Molines*. Vel ex conſuetudine immemorabili, aut ſaltem quadragenaria cum titulo 53
putativo inducente bonam fidem; *Card. Petra tom.* 2. *ad Conſtit.* 6. *Alex. III. ſect.* 1. *n.* 67., *& tom.* 3. *ad Conſtit.* 1. *Urbani IV. ſect. un. n.* 35., *& ad tradita a Rota deciſ.* 731. *num.* 12. *& ſeqq.*, *& deciſ.* 764. *n.* 14. *cor. Emerix juniore*.

Dixi: *Altare majus*, *vel aliud*: nam quamquam regulariter aſſervari debeat Sacramentum in Altari majori, velut cæteris 54
digniori, ut Sacra Congregatio Epiſcoporum declaravit *in Ca-*

falen. ad 72. dub. 16. Maii 1708., regiſtrata in ſecretaria Sacræ Congregationis Concilii una cum aliis reſolutionibus ejuſdem cau-
55 ſæ, teſte *Card. Petra loc. cit. n.*16. Attamen non eſt dubitandum, quin alio quoque in Altari valeat, ita Epiſcopo judicante, retineri: quod rarum non eſt in variis Conventualibus Eccleſiis, ſed præſertim in Collegialibus. Immo in Eccleſia Cathedrali, quæ prima Parochia diœceſis dicitur; *Card. Petra ut ſup. ſub num.*15., debet collocari extra Altare majus in alia decenti Capella, ob fun-
56 ctiones præſertim Pontificales, quæ ab Epiſcopo ad Altare verſis renibus faciendæ ſunt, tum etiam ne Epiſcopus, præcipue ſi ætate ingraveſcat, frequentibus neceſſariis genuflexionibus verſus Sacramentum, admodum defatigetur; *Pignatell. conſult.*31. *n.*12. *tom.*4., ac Sacra Congregatio Epiſcoporum *in Lucen.* 10. *Februar.* 1579., *in Aquilana* 29. *Aug.* 1594., *in Caſertana* 29. *Novemb. ejuſd. anni*, *verſ. Tabernaculum*, ibi: *Tabernaculum SSmi in Cathedralibus non debet eſſe in Altare majore propter functiones Pontificales, quæ fiunt verſis renibus ad Altare.*

Antiquitus retinebatur SSmum Euchariſtiæ Sacramentum prope altare, ſeu in tabernaculo per quatuor columnas, vel An-
57 gelos eminenter elevato, ſub quo erectum reperiebatur Altare, ita diſpoſitum, ut Sacerdos converſa facie ad populum celebraret; quemadmodum Romæ adhuc obſervatur in variis Eccleſiis; *Catalanus ad Pontificale Romanum d. tom.* 2. *tit.*1. §. 1. *n.*18. Sed
58 hodie retineri debet in tabernaculo, quod ſit in medio Altaris collocatum: ut præſcriptum legitur in *Concil. Turon. can.* 3., *Gonzal. in Cap.*1. *de. cuſtodia Euchar. n.*5., *Cabaſſut. in not. Eccl. ſæcul.*1. *differt.*10. *n.* 15., *Sauſſay in panop. Sacerd. lib.*9. *cap.*4., *Card. Petra loc. cit. n.*12. Quod etiam obſervatur in Baſilica Liberiana, ſeu S. Mariæ majoris, in Capella Sixtina, ubi retinetur ſub veteri forma celebre tabernaculum per quatuor Seraphinos elevatum; attamen in medio Altaris ſub eodem Tabernaculo erecti, habetur aliud tabernaculum, in quo Euchariſticum Sacramentum cuſtoditur. Adhuc una excipienda eſt Eccleſia in Urbe Roma, ubi Sanctiſſimum Sacramentum extra Altare aſſervatur,
59 in medio apſidis in loco elevato: videlicet Baſilica Seſſoriana a Conſtantino Magno, & S. Elena erecta, deinde a Benedicto XIV. in nobiliorem formam reducta, vulgo *Baſilica S. Crucis in Hieruſalem*, ad Monachos Ciſtercienſes pertinens. Duo habentur ſub eodem loco, ubi Sanctiſſimum aſſervatur, marmorei lapides, in quorum primo hæc verba leguntur.

HIC DEUM ADORA

In altero inferius erecto, Cardinalis Quignotii Benefactoris, atque Reſtauratoris monumentum poſteritati ita relinquitur.

FRANCISCUS QUIGNOTIUS TIT. S. CRUCIS
S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
NATIONE HISPANUS PATRIA LEGIONENSIS
SSMO CHRISTI CORPORI DICAVIT
ANMO MDXXXV. KAL. JUL.

Ut Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum decenti pompa ad infirmos deferri, debitis honoribus, atque obſequiis affici, religioſaque pietate, cura, ac diligentia a fidelibus valeat cuſtodiri, 60
Sanctiſſimi Sacramenti Confraternitas in qualibet parochiali Eccleſia neceſſario eſt erigenda, juxta litteras Sacræ Congregationis Indulgentiarum ad Archiepiſcopum Bononienſem directas, & a Paulo V. approbatas, de quibus *Monacell. formul. legal. lib.* 1. *tit.* 6. *annot.* 12. *n.* 1., ac in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Civitatis Plebis* 26. *Jan.* 1760. §. *De viribus*, *tom.* 29. *theſ. reſol. pag.* 26. Nulloque modo a parochiali Eccleſia diſcedere poteſt hujuſmodi Confraternitas, & ad aliam transferri, quemadmodum eadem 61
Sacra Congregatio Concilii declaravit in *Terra Lauri*, *ſeu Firmana diſceſſus Confraternitatis ad* 1. *dubium*, 27. *April.* 1730. *lib.* 70. *decret. pag.* 166. relata in folio *d. Civitatis Plebis* §. *De viribus*.

Reliquæ vero Confraternitates, quippe quæ non neceſſariæ, ut altera, poſſunt ad aliam Eccleſiam transferri, niſi de contra- 62
ria lege appoſita in prima erectione edoceatur, per adducta a *Baſſ. de Sodal. quæſt.* 9. *per tot.*, *Monacell. d. lib.* 1. *annot.* 11. *n.* 9., *Nicol. in floſc. verbo Confraternitas n.* 15. Neque ab Epiſcopo vel directe, vel indirecte poteſt prohiberi, ex *cit. folio Civitatis Plebis* §. *Cæteras*, 63
& §. *Nec indirecte*, tum ad dubium reſolutum ſub die 22. *Martii ejuſdem anni*, *d. theſ. pag.* 47. Nam inter cætera dubia, fuit ſequens propoſitum ſub *n.* 1.: *An liceat Vener. Confraternitati Mortis Caſtri Montis Juveni ſeſe transferre ab Eccleſia parochiali ad aliam B. M. de Quercu ad effectum in ea exercendi aſſueta pietatis opera, juxta illius inſtitutum, in caſu &c.* prodiit reſolutio: *Ad* 1. *affirmative*.

Hoc jus erigendi Confraternitates ſpectat privative ad Epiſco- 64
pum: ut declaravit Rota in *Caſſanen. translationis* 1. *Febr.* 1745. §. *Nec moment. cor. Card. Buſſio*. Quæ Confraternitates Ordinarii aucto-

65 auctoritate erectæ, eidem Ordinario de jure subjiciuntur, *ex cap.1. de Xenodoch.*, *cap. Ad hæc de relig. domib.*, *Concil. Trid. sess.22. de reform. cap.9.*, *ex Constit.*115. *Clementis VIII.* §.8., *Rota cor. Priol. in Hispalen. suppellectilium*, 28. *Novemb.* 1701. §. *Prætendebat*. Sed animadvertet Episcopus, seu Ordinarius, utrum jam aliqua Confraternitas erecta habeatur sub illo nomine, sub quo alia est
66 erigenda: quandoquidem Confraternitates sub eodem nomine, & institutione in uno, eodemque loco minime possunt erigi, ex *Constit.*115. *Quæcumque* Clementis VIII., *Rota cor. Millino in Taurinen. Confraternitatis*, 24. *Febr.*1744. §. *Constabilito.* Velim tamen
67 excipias Confraternitates Sanctissimi Sacramenti, quæ non comprehenduntur sub d. *Constitutione Clementis VIII.*, juxta doctrinam *Nicol. in flosc. verbo* Confraternitas *num.*2., *ac Card. Petra ad Constit.* 20. *Eugenii IV. tom.*4. *n.*13. cum istæ ex supra demonstratis erigi omnino debeant in singulis parochialibus Ecclesiis, quotquot habeantur eodem in loco.

Cæterum si agatur de Confraternitate Sanctissimi Rosarii erigenda, recurrendum est ad Reverendissimum Patrem Generalem
68 PP. Prædicatorum, ad quem privative spectat hujusmodi erectio, ex *Constit. S. Pii V.* incip. *Inter desiderabilia*, 19. *Jun.*1559. §. 2. *Bass. de Sodal. quæst.*1. *n.*4., *Passerin. de indulgen. quæst.*103. *n.*23., ubi refert, se instante, & procurante fuisse a Sacra Rituum Congregatione resolutum, erectionem Confraternitatis Sanctissimi Rosarii factam auctoritate Ordinarii in Ecclesia S. Laurentii Majoris Mediolani, fuisse nullam, & irritam. Cumque Præpositus, & Confratres dictæ Ecclesiæ obedire recusarent, habito recursu ad Auditorem Cameræ coacti fuerunt hujusmodi Confraternitatem habere ut nulliter erectam. Unde alio sub nomine, & titulo Confratenitatem eadem in Ecclesia erexerunt, ut prosequitur *Passerin. loco cit. vers. Et cum Præpositus*. Quapropter ut Sanctissimi Rosarii Confraternitas dici valeat Ecclesiastica, debet in ejus erectione intervenire auctoritas, & facultas dicti Rmi Generalis, vel ejus Vi-
69 carii, aut delegati, in quibuscumque Ecclesiis sive sæcularibus, sive regularibus; privative quoad alios etiam Episcopos, seu Ordinarios, *d. Constit. S. Pii V.*, *Passerin. loco cit. n.*823., *Bass. ut sup.*, *& Rota in Conversana jurisdictionis, super territorio separato*, 14. *Jun.*1755. *cor. de Vais* §. *Sepositi*, ubi ait, quod si dictæ Societatis erectio facta fuerit absque interventu, sine delegatione
70 d. Patris Generalis, non aliter erit consideranda, quam in linea Societatis mere laicalis.

Possunt eodem tempore in Altaribus, seu Cappellis parochia-
71 lis Ecclesiæ erigi, & constitui beneficia, seu Cappellaniæ. Sed hic notandum, quod si in tali Altari, vel Cappella proprius constitua-

ftituatur Rector, duo debent necessario concurrere, auctoritas videlicet Ordinarii, & congruæ dotis assignatio: eo quod nullum beneficium dici potest ecclesiasticum sine Ordinarii auctoritate, & perpetuæ, congruæque dotis assignatione, *Cap. Nemo, ubi Glossa verbo Veniat, cap. Nullus de consecr. Ecclesiæ distinct.* 1., *Gloss. in Clem.* 2. *de dec.*, *Abb. in cap. Significavit n.* 5. *de præb.*, *Lambertin. de jurep. part.* 1. *lib.* 5. *quæst.* 21. *art.* 5. *num.* 16. *vers. Septimus est casus*, *Calderin. cons. ult. de jurep.*, *Rota decis.* 157. *n.* 29. *part.* 6. *recent.* Si vero nullus constituatur Rector, sed fundator velit, quod tot celebrentur missæ in hebdomada, & aliquis pro illis celebrandis sit institutus, tunc dos erit constituenda, quæ competens sit juxta loci consuetudinem, ut tot annui redditus sufficiant pro qualibet missa 73
in hebdomada celebranda: *ex Lambertino d. n.* 16. *vers. At vero*. Atque hoc, vel aliud simile beneficium erit simplex beneficium, seu simplex Cappellania; *Cap. Quæsitum cau.* 1. *quæst.* 3., *cap. Re-* 74
colentes de statu Monach., *Rebuff. in praxi benefic. tit. de benefic. sæcul. n.* 15. Dummodo auctoritas Ordinarii quoque interveniat: quia quæcumque fundatio sine Episcopi approbatione facta non habet vim beneficii Ecclesiastici *Gloss. in d. Clem.*, *Abb. in d. cap.* 75
Significavit, *Gonzal. ad reg.* 8. *cancell. glossa* 5., *Vivian. de jurep. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 16., *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 5. *n.* 40., *Rota cor. Falcon. de jurep. decis.* 22. *n.* 9., *cor. Calcagnino in Hispalen. Cappellaniæ*, 29. *Novemb.* 1726. §. 7.

E contrario si fundator Altaris, vel Cappellæ onus missarum præscribat a quolibet Sacerdote celebrandarum, absque ulla Ordinarii auctoritate interponenda, tunc nulla dos erit assignanda, nisi 76
ea, quæ pro Altaris, vel Cappellæ manutentione erit necessaria: at hæc non dicitur vera dos, sed simplex subventio, & subministratio, quia non perpetua in patrimonium sacrum adscita, sed temporalis, ad tradita a *Card. Petra tom.* 1. *ad Constit.* 2. *Paschal. II. sub n.* 95. Neque simplex missarum celebrandarum onus, & constitutio, dici poterit Ecclesiastica Cappellania, seu beneficium, sed simplex laicalis Cappellania, *Felin. in cap. Ex parte* 2. *n.* 2. *de rescript.* 77
Lotter. de re benefic. lib. 1. *quæst.* 5. *n.* 56. 59., *Novar. cons.* 5. *n.* 1. *& cons.* 7. *n.* 1., *Card. de Luca de benef. disc.* 61. *n.* 6., *& disc.* 80. *n.* 17., *Rota cor. Priolo dec.* 119. *n.* 13., *coram Falcon. dec.* 22. *n.* 8. *de jurep.* Cujus capaces efficiuntur infantes, mulieres, ac cæteri laici, dummodo per Sacerdotem oneri missarum satisfaciant; *Gonzal.* 78
ad reg. 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 5. *n.* 25., *Card. de Luca d. disc.* 80. *n.* 17. *& seq.*, *Corrad. in praxi lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 2., *Rigant. ad regul.* 58. *Cancell. tom.* 4. *n.* 54., *Novar. d. cons.* 7. *n.* 1. ac Sacra Congregatio Concilii *in Dertbonen.* 19. *Aug.* 1730., *in Senogalien.* 17. *Novemb.* 1731.,

in

in Angelopolitana Capellaniarum 5. *April*. 1732., & aliæ relatæ in folio Sacræ Congregationis 12. *Aug*. 1741. *in Nullius Farfen. Capellaniæ* §. *De quæstione*, *thesaur. resol. pag*. 126., ac *Rota cor. Ratto in Urbevetana Capellaniæ*, 17. *Jun*. 1726. §. *Maxime*, *seu dec*. 118. *n*. 6., *& in Romana*, *seu Leodien. immissionis* 6. *Jun*. 1755. §. *Perperam cor. Emo Caprara*.

Immo, si fundator Capellaniæ certam designet personam, ad missarum celebrationem conficiendam, cum expressa prohibitione ne Ordinarii auctoritas in hujusmodi erectione interveniat, cum talis fundatio laicalis Capellaniæ metam haud quaquam evadat, po-
79 terit Patronus, quemadmodum alios, ita se ipsum, dummodo capacem, nominare, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in Auximana Cappellaniarum* 2. *&* 16. *Decemb*. 1702. *ad* 2. *dub. lib*. 52. *decret. pag*. 429. *a tergo*, *&* 449., impressa *in thes. resol. anni* 1740. *in supplem. pag*. 134. Si vero fundator absque expressa prohibitione interventus auctoritatis Ordinarii jusserit erectionem faciendam in certo Altari, tunc hujusmodi erectio repugnat legato pio, seu Capellaniç laicali, sed videtur dicendum, quod testator
80 voluerit designare Capellaniam Ecclesiasticam, Ordinarii auctoritate erigendam, ex notatis a *Corrad. in praxi benefic. cap*. 5. *n*. 110. *& seqq. lib*. 1., *Lotter. de re benefic. lib*. 1. *quæst*. 13. *n*. 10. *& seq*., *& quæst*. 30. *n*. 3., *Piton. alleg*. 31. *n*. 9. *alleg*. 49. *n*. 7., *ac Rota in Vercellen. Capellaniæ* 13. *Jun*. 1749. §. 5. *coram Vicecom*., *& in Civitatis Castelli Cappellaniæ*, 10. *Martii* 1758. §. *Præstantissime cor. Canilliac*. Quod si adhuc ignoretur de mente Fundatoris an laicalem, vel Ecclesiasticam voluerit erigere Capellaniam, si res amplius integra non sit, sed jam Ordinarii consensus, & auctoritas intervenerit, suumque effectum jam fuerit sortita Capellania, ne-
81 fas omnino esset dubitare, quin Ecclesiastica sit dicenda, velut conformis menti Fundatoris, *ex Rotali dec. cor. Canilliac in d. Civitatis Castelli Capellaniæ*, 10. *Martii* 1758. §. *Sic profligatis*.

Cum Ecclesia, & Altaria construi minime debeant, quin eodem tempore sacris provideantur suppellectilibus, aliisque ad Ecclesiç, & Altarium ornamenta necessariis, in legitimam, absolutamque consequentiam dimanat, constituendum esse locum pro
82 hisce suppellectilibus, aliisque ornamentis asservandis, custodiendisque idoneum, videlicet Secretarium, seu, a frequenti barbaro sermone, Sacristiam; *per text. in cap. un. de offic. Sacristæ*, *& in cap*. 1. *&* 2. *de offic. Custodis*. Duo solebant antiquitus construi Se-
83 cretaria, quç *Pastophoria* nuncupabantur: *Baron. ad annum* 57. *n*. 106. *tom*. 1. *Catalan. Comment. ad Pontif. Rom. tom*. 2. *d. tit*. 1. §. 1. *n*. 24. in quorum uno ad dextram apsidis sacrç vestes conserva-

vabantur, quod proinde Veſtiarium quoque dicebatur: de quo *S. Paulinus* meminit *in epiſt. 12. ad Severum*; ubi diſticon a ſe poſitum refert, ibi: 84

Hic locus eſt, veneranda penus, quo conditur, & quo
Promitur alma ſacri pompa miniſterii.

In altero ad ſiniſtram ſacri libri, & Evangelia ſervabantur: de quo idem *S. Paulinus* ita cecinit:

Si quem ſancta tenet meditandi in lege voluntas,
Hic poterit reſidens ſacris intendere libris.

Pręter Secretarium, vulgo Sacriſtiam, conſtitui, ac deſignari debet, pro parochiali Eccleſia omnino neceſſarius, aliquis locus, in quo decenter, ac religioſe olea ſacra cuſtodiantur: *Fuſcb. de viſit. lib. 1. cap. 5., Card. Petra ad Conſtit. 20. Eugenii IV. n. 14.* Etenim ſacrorum oleorum retentio, atque uſus inter jura parochialia ex ſacrorum canonum diſpoſitione recenſetur; *Cap. Quæſivit de verb. ſignif., Clem. I. de privil., Rota cor. Molines dec. 706. n. 10.* Olim ſolebant olea ſacra, atque reliquię in eodem Euchariſtię tabernaculo prope Altare majus retineri, at cum hęc conſuetudo, ac praxis fuerit omnino abrogata, reponi nunc debent prope Altare majus in alio decenti, tutoque loco; *Nicol. in floſc. verbo Euchariſtia, Barb. & Card. Petra* ut ſupra, ac *Rituale Romanum in præfat. hujus Sacramenti*. In locis autem infidelium, & hæreticorum, ob periculum irreverentię, permittitur, ut Parochi in propria domo retineant olea ſacra, ut fidelium opportunitati valeant conſulere. Euchariſtia e contrario nec in Eccleſia quidem retineri permittitur ad evitandum tale periculum irreverentię, & profanationis: quemadmodum ex relatione facta occaſione viſitationis ſacrorum liminum 11. *Septemb.* 1706. practicari dixerunt Epiſcopi Macharenſis, & Tribinienſis in diœceſi Tribinienſi ſub Turcarum ditione, *teſte Card. Petra loco ſupra cit. ſub n. 5. in fine*. 85 86 87 88 89 90

Fontis quoque baptiſmalis erectionem diligenter curabit Epiſcopus in parochiali conſtituenda Eccleſia: cum in illa hujuſmodi regenerationis lavacrum adeſſe expediat: *ex Concilio Vemenſe can. 7.* relato per *Royam in Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 14. de Parochis ſub §. Sicut matrix, Rota cor. Criſpo deciſ. 277. n. 23.* Quamvis enim in caſu neceſſitatis quicumque valeat ſacramentum baptiſmatis conferre velut extraordinarius Miniſter, dempto conditionis, ſexus, ac religionis diſcrimine, dummodo catholicę Eccleſię pręſcriptum adamuſſim ſervetur; *Cap. Qui non eſt baptizatus, & ſeq. diſt. 4., Cap. In neceſſitate 21. & paſſim de conſecr. diſt. 4., Clem. un. de baptiſ., Concil. Trid. ſeſſ. 7. de baptiſ. can. 4.* Attamen extra caſum neceſſitatis de jure adminiſtratio baptiſmatis ad Parochum pertinet; *Can. Clericos de conſecr. diſt. 1., Abb. in rubr. de Paroch., Franc. ac Eccl.* 91 92 93

cathed. cap. 19. *n.* 4. *&* 5. *& per tot.*, *Roman. Consil.* 356. *n.* 2.
& 3. Etenim solemnis baptismatis Minister ordinarius est ipse
94 Episcopus, vel Parochus; *Clem. un. de baptis.*, *d. cap. De necessitate
dist.*4., *Fagnan. in cap. Si quis puerum n.*9. *&* 15.*de baptis.*, *Gonzal.
in cap.*1. *de Presbytero non baptizato*, *Card. Petra loco cit. n.* 35.
Solet hodiernis temporibus fons baptismalis collocari in fine
95 Ecclesiæ prope januam: antiquitus vero prope Ecclesiam, seu Tem-
pli vestibulum; de quo *S. Cyrillus cathecheſi myſtagocica* relata a *Ca-
talano in Commentario ad Pontificale Romanum tom.* 2. *tit.* 1. §. 1.
n. 26., *Franc. de Eccl. cathed. cap.* 19. *n.* 22., ac *Rota in Ravenna-
ten. jurium parochialium* 11.*Martii* 1746. §. *Quemadmodum cor. Ca-
nilliac*. Testatur equidem *S. Cyrillus d. cathech. myſtagocica*, soli-
tum fuisse construi baptisterium extra Basilicas ad vicina ipsis atria,
& fuisse peculiare quoddam per se ædificium, in quo porticus, seu
96 vestibulus reperiebatur, ubi Catechumeni primum renunciabant
Diabolo, fidemque Christo profitebantur: *Primum*, inquit, *ingressi
estis in porticum domus baptisterii*, *& stantes versus occidentem man-
dari vobis audistis*, *ut prætensa manu tamquam præsenti Satanæ renun-
ciaretis*. Fuisse ab Ecclesia separatum, sed prope illam ędificium
baptisterio destinatum, declarat *Sidonius Apollinar. lib.* 4. *ep.* 15.,
ac Franc. de eccl. cathed. d. cap. 19. *n.* 2., ubi refert exemplum Ba-
ptisterii Constantiniani, quod prope Basilicam S. Joannis Latera-
nensis existit: ac *Catalanus loco cit.* ubi varia refert exempla, ac
Rota in d. Ravennaten. jurium parochialium, ubi Ecclesia S. Joannis
ad fontem dicta prope Basilicam & cathedralem Ravennatensem,
baptismatum usui destinata reperitur.
Quemadmodum Pœnitentię Sacramentum iis, qui post susce-
ptum Baptismum in peccatum lethale lapsi sunt, non minus est ne-
97 cessarium, quam illud Baptismatis nondum ad gratiam regenera-
tis: *ex Concil. Trid. seſſ.* 14. *cap.* 2. *in fine*, ibi: *Est autem hoc Sacra-
mentum* Pœnitentiæ *lapsis post Baptismum ad salutem necessarium*, *ut
nondum regeneratis ipse Baptismus*: ita ut ab iisdem Tridentinis Pa-
98 tribus merito nuncupetur eodem *in cap.* 2., *secunda post naufragium
tabula*; Ita prudentis erit Episcopi curare, ut pro populi commodi-
tate aliquot Pœnitentię Tribunalia, vulgo Confessionalia, juxta lo-
ci qualitatem construantur, ut pii, doctique ab eo approbati Sa-
99 cerdotes ad audiendas pœnitentium confessiones incumbant. Quod
si loci, & Parochianorum modicitas id non exigat, officium illius
erit ordinare, ut unum saltem pro Parocho absolute construatur
100 Confessionale: cum istud in quacumque parochiali Ecclesia penitus
exigatur: per ea, quæ tradit *Benedictus XIV. in sua Constit.* 109.
incip. Firmandis, *tom.* 1. *sui Bull.* §. 7. ubi mandat Episcopis, ut in
Ecclesiis Parochialibus etiam exemptis, ac regularibus, visitent
Con-

Confessionale ipsius Parochi, ibi: *Confessionale, in quo Parochus ad audiendas Sacramentales confessiones solet residere*, ac *Rota in Turritana parochialis*, 20. *Jan.* 1727. §. *Tantoque cor. Ratto*, ubi ait onus, & officium Parochi esse ministrare Sacramentum pœnitentiæ suo 101
populo, quoties subditi petant, etiamsi quotidie velint confiteri.

Præscribunt Tridentini Patres *in sess.* 14. *de reform. cap.* 4. ut Episcopi moneant populum teneri unumquemque Parochiæ suę interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei. 102
Hinc quamquam Parochus divinum verbum, ut multoties fit, ad Altare populo suo annunciet, solet tamen pro majori populi commoditate, & intelligentia illud explicari eminenti in loco ad id specialiter destinato, qui cathedra, seu pulpitum communiter nuncupatur. Atque hunc ad effectum in qualibet parochiali Ecclesia, vera, atque distincta, pulpitum exigitur, per ea, quæ tradit *Be-* 103
nedictus XV. in *cit. Constit.* 109. §. 7. ubi mandat Episcopo visitationem pulpiti parochialis ibi: *Pulpitum Ecclesiæ, e quo Parochus verbum divinum populo annunciat*.

Ad solam enim vere parochialem Ecclesiam pulpiti retentio de jure pertinet, eo quod divinæ prædicationis munus post Episco- 104
pum ad Parochum spectet: *Cap. Si Rector*, *cap. Inter cætera de offic.* §. *Quod, de statu Monach.*, *Concil. Trid. d. cap.* 4., *Franc. de eccles. cathed. cap.* 18. *n.* 221. ubi ex professo tractat de pulpito, *Rota decis.* 234. *n.* 50. *part.* 6. *rec.* & *cor. Molines dec.* 706. *n.* 12. In aliis vero Ecclesiis non nisi ex privilegio competit pulpiti retentio: quia nec Sæculares nec Regulares Sacerdotes possunt verbum divinum populo annunciare sine Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii approba- 105
tione; *Cap. Sicut de hæreticis*, *Card. Turrecrem. in cap. Placuit n.* 9. *cau.* 16. *qu.* 1., *Corrad. Brun. in tract. de hæretic. cap.* 4. *n.* 6. & *seqq.*, *Rota d. dec.* 234. *n.* 62. & *seq.* Ita ut hoc officium usurpantes ex sacrorum canonum dispositione, excommunicationis 106
censuram incurrant; *Cap. Excommun.* §. *Quia vero, de hæretic.*, *Rota d. dec.* 234. *n.* 60. & *seq.*

Ad chorum quod attinet pro divinis persolvendis laudibus constituendum, nil pro certo statui, ac determinari potest, cum id a loci qualitate, a Fundatoris, vel Episcopi arbitrio, hodierna 107
disciplina attenta, dependeat. Alicubi enim reperitur chorus a loco, qui Sanctuarium dicitur, omnino distinctus, regulariter extra Altare majus constructus: Alicubi e contrario, cum Altare majus sit prope murum erectum, in duobus Sanctuarii, vulgo *Sancta Sanctorum*, lateribus chorus efformatur, & a Clero per cancellos a populo distinctus, divinæ laudes persolvuntur. Dixi *hodierna disciplina attenta*: Nam antiquitus Altare majus non erigebatur prope murum, seu Apsidem, sed mediocri distantia ab eo- 108
dem

dem remotum, ita ut Sanctuarii, & Chori spatium discretum existeret. Erat autem Altare majus ita dispositum, ut illius facies non ad orientalem plagam, quemadmodum ut plurimum Ecclesia, sed ad occidentalem respiceret, videlicet versus Apsidem, in cujus medio prope murum Cathedra Episcopalis, seu Pontificalis retinebatur, ita ut dum Sacerdos ad Altare celebrabat, faciem versus populum continuo retineret. Quorum Altarium vestigia varia adhuc Romæ asservantur, ut videre præsertim est in Altaribus Pontificiis Basilicarum Patriarchalium S.Joannis Lateranensis, S.Petri in Vaticano, & S. Mariæ Majoris in Exquiliis.

Inter autem Ecclesias, quæ veterem formam meliori modo retinent, merito recensetur Ecclesia S. Clementis Papæ, & Martyris prope Amphitheatrum, ad Patres Ordinis S. Dominici, nationis Hybernæ pertinens, quæ ut pretiosum antiquitatis, & disci-
109 plinæ Ecclesiasticæ monumentum diligenter manutenetur, & asservatur: ubi inter navim Ecclesiæ, & Sanctuarium, quod muro ad hominis altitudinem ab anteriori Ecclesiæ parte dividitur, in loco eminentiori situm, conspicitur celebris Ambon, in plano Ecclesiæ constitutus, in forma parallelogrammi duabus hinc inde alis, seu muris ad altitudinem fere hominis divisus, continens duo pulpita, singula in utroque latere cohærentia.

In bene ordinatis Ecclesiis Clerus a populo secernitur, neque huic functionum Ecclesiasticarum tempore liber aditus patere po-
110 test ad locum Sanctuarii. Verum antiquitus non solum Clerus a populo secernebatur per ligneos cancellos, vel per muros medio-
111 cris altitudinis, ut in dicta Ecclesia S. Clementis videre est; sed etiam populus per distincta septa dividebatur. Primum enim, distinctumque locum retinebant Catechumeni, & ii, qui in crimen lapsi pœnitentiam peragebant, cujusmodi erant Audientes, Proci-
112 dentes, seu Substrati, vel publici Pœnitentes, dicti & Consistentes, de quibus agemus in 5. Parte: ubi de Pœnitentiæ Sacramento verba faciemus, & de quibus locorum separationibus loquitur *Catalanus loco supra cit.* §. 1. *n.* 10. *& seqq.*

113 Fiebat insuper virorum a mulieribus separatio, juxta illud *S. Cyrilli in præfat. Catechefeon n.* 8. ibi: *Separatio fiat, viri ut sint cum viris, mulieres cum mulieribus*: tum *D. Aug. de Civit. Dei lib.* 22. *cap.* 8., & alii plures, inter quos *S. Chryfostom. homil.* 84. *in Matth.* ubi ait ut pluries factam fuisse virorum, & mulierum distinctionem ligneis parietibus, *Durant. de rit. Eccl. cathol. lib.* 1. *cap.* 18., *Catalan. d.* §. 1. *n.* 13. Tum etiam a nuptis virgines separa-
114 bantur, ex traditis ab *Origene tract.*26. *in Matth.*, *& Catalan. ubi plene d.* §. 1. *n.* 14.

Requiritur insuper in qualibet vera, & independenti parochiali

li Ecclesia, Cœmeterii designatio, ut postquam fideles ab Ecclesia Sacramenta susceperunt, & in Christi Domini fidem mortui 115
sunt, idoneo loco ab Ecclesia provideantur, ut dulciter conquiescentes, futurum propriæ resurrectionis diem, & divini Judicis adveutum expectent. Adeoque curabit Episcopus, ut Ecclesia parochialis congruo, decentique cœmeterio provideatur: cum ad ipsum talis facultas ex sacris Canonibus pertineat: *Barb. de jure eccl. univ. lib.2. cap.9. n.7.* De cœmeterio jam abunde disseruimus *in titulo 3. de erectione Parochiarum a n.* 134., *& in titulo 5. de parochialitate num.* 142. *& seqq.* Sed longe diffusius agendum erit in secunda Parte, ubi de illorum consecratione tractabimus. Nonnulla hic breviter in medium attingemus, ad præsentem, in qua versamur, materiam attinentia.

Construi potest cœmeterium intra propriam Ecclesiam, communi ad id excavato sepulchro: quemadmodum plurimis in Eccle- 116
siis observatur, ubi præter sepulchra privatis familiis destinata, adest sepulchrum commune pro recipiendis Parochianorum cadaveribus in defectum electæ sepulturæ: quod sepulchrum ad cæterorum distinctionem requiritur, juxta ea, quæ tradit *Benedictus XIV. in d. Constit.* 109. §. 7. ibi: *Sepulchrum excipiendis subditorum Parochianorum corporibus addictum*; vel plura in eadem Ecclesia construi possunt sepulchra pro recipiendis Parochianorum cadaveribus, habita sexus, & conditionis decedentium qualitate: ita ut unum v. g. pro Clero, aliud pro masculis, tertium pro fœminis inserviat, vel alia etiam pro infantibus destinata, juxta speciem, quæ habetur in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Tusculana reparationis Ecclesiæ*, 14. *Decemb.*1737. *thes. resol. pag.*199. *& seqq.*

Vel construi potest cœmeterium extra Ecclesiam, quod revera cœmeterium dicitur, non vero priori in casu, arg. *d.* §. 7. *Constit.* 117
109. *Benedicti XIV.* ubi hæc leguntur: *Sepulchrum excipiendis subditorum Parochianorum corporibus addictum, ac cœmeterium Parochianorum humandis cadaveribus destinatum*; adeoque sepulchra communia, quæ in Ecclesia existunt, dici nequeunt cœmeterium, nisi improprie, secus vero illud, quod extra Ecclesiam est constructum. 118
Duplici autem modo construi possunt cœmeteria extra Ecclesiam, videlicet vel prope illam, vel ab illa remota: unde cœmeteria alia sunt Ecclesiæ contigua, alia remota; *Pacian. de probat.lib.*1.*cap.*26. 119
n. 29. quod Rituale, ac Pontificale Romanum de illorum consecratione, vel benedictione differentia, evidenter demonstrant.

Unum parochiali Ecclesiæ necessarium, ut cætera minoris ponderis omittamus, adhuc superest, petitum a Turri campanaria, campanarum numero sufficienter provisa ad populi pro sacris au- 120
diendis convocationem. Sunt istæ pro convocando populo omnino

uo necessariæ: quandoque vero contingit, ut campanæ in turri
121 campanaria pendentes, Ecclesiæ parochialis usui inserviant, ad illam tamen minime pertineant: quemadmodum laudatus Pontifex de turris campanariæ visitatione agens, demonstrat *in cit.* §. 7., ubi hæc habet: *Turrim campanariam, dummodo in ea sint campanæ ad Parochiam prope spectantes*: Sed hic notandum, quod campana, quæ parochialis Ecclesiæ titulum habet inscriptum, ad istam pertinet,
122 tametsi alteri Ecclesiæ addicta sit, & alieno ære conflata: *ad textum in l. Stigmata cod. de fabricens.*, *Gratian. discept.* 110. *n.* 1., *Piton. de controv. patron. alleg.* 43. *n.* 4., *Rota dec.* 368. *n.* 14. *cor. Lancetta*, *ac in specie in Feretrana* 22. *April.* 1757. §. 8. *cor. Paracciano*.

Quoad numerum campanarum, de quibus *in sequenti titulo*, & in *secunda Parte* differemus, sciendum est, quod plures campa-
123 nas habere potest parochialis Ecclesia: & D. Carolus Borromæus exoptavit, ut in eadem saltem duæ assignarentur, ut in actis *Eccles. Mediol. part.* 4. *Actor. de instruct. fabric. Eccles. lib.* 1. *cap.* 25. *col.* 2. relat. a *Rota dec.* 7. *n.* 18. *cor. Crispo*. Cæterum si sit sonora, ut a longinquis
124 audiri valeat, unica etiam sufficiet ad convocandum populum ad divina officia, ut ait *Tondut. resolut. benefic. part.* 3. *cap.* 133. *n.* 7., *Pecch. de repar. Eccles. cap.* 13. *n.* 14., *Vanespen. in jus Eccles. univ. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 29., *ac Rota d. dec.* 7. *n.* 19. *cor. Crispo*: dummodo tamen sit benedicta, quia si campana nondum benedicta ad usum religatur, po-
125 test Episcopus prohibere, ne pulsetur: ut Sacra Rituum Congregatio declaravit in *Apruntina*, 5. *Jul.* 1614. *apud Barbos. de jure eccl. univ. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 68. Debet quoque parochialis Ecclesia, ut in ea divina officia persolvi, aliaque sacra peragi valeant, ab Episcopo con-
126 secrari, juxta præscriptum Concilii Londinensis anno 1237. *cap.* 1. *de Ecclesiar. dedicatione*, ac præsertim Romani Concilii Lateranensis sub *Benedicto XIII.* celebrati anno 1725., *tit.* 16. *cap.* 1., relat. a *Catalano in suis Commentariis ad Pontific. Roman. tom.* 1. *tit.* 2. *n.* 26. Sed hac de re satis abunde in secunda Parte, ubi de consecratione agemus.

Nunc aliquantisper immoremur circa ea, quæ ad Ecclesiæ, de qua agimus, fundationem, constructionem, & dotationem per-
127 tinent. Fundationis vocabulum, quippe quod æquivocum, suam expostulat explicationem, ut ea, quæ inferius attingemus, facili negotio intelligi queant. Fundare generaliter loquendo nil aliud
128 significat, quam fundum dare; *cap. Nobis de jurepatr.*, *Lambertin. de jurep. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 11. *art.* 3. *n.* 1. Unde fundare Ecclesiam dicitur qui fundum tradit pro ea construenda, *per text. in d. cap. Nobis*, *Glossa in cap. Abbatem* 2. *verbo Possessionis cau.* 16. *qu.* 2., *& in cap. Piæ mentis cau.* 16. *qu.* 7., *Rocch. de Curte de jurep. cit. a Lambertino ut sup. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 11. *art.* 3. *n.* 1. Si vero pro-
129 prie loquamur, fundatio Ecclesiæ, fundum, constructionem, & dotem

tem

tem continet: unde in nostro casu fundator Ecclesiæ parochialis ille erit dicendus, qui pro construenda Ecclesia fundum tradit, Ecclesiam construit, eamque congrua dote providet. Fundator enim debet Ecclesiam constructam congruenter dotare, secus ab Episcopo poterit compelli: *auth. de eccl. ædific.* §. *Si quis*, *cap. Sicut de* 130
consecr., *Can. Placuit cau.*1. *q.*2., *Pax Jordan. elucubr. Canon. part.*1. *lib.* 5. *tit.*8. *n.*25. Vel ejus hæredes, & successores, si ea in actu fundationis non fuerit assignata; *Can. Nemo de consecr. dist.* 1., *cap. Sicut.*, *cap.*1. *de censib.*, *Fargna de jurep. p.*1. *can.*3. *casu* 7. *n.* 11., *Pax Jordan. d. n.*25., ac Sacra Congregatio Concilii *in Sabinen. dotationis* 29. *Jul.* 1752. §. *Redditus*, *thes. resol. pag.* 75. Si vero de beneficiis simpliciter agatur, tunc fundatio solam dotationem continet: 131
ita ut fundator beneficii dici jure valeat, qui dotem congruam pro beneficio erecto assignat.

Quamobrem fundationis vocabulum copulative prolatum solam fundi assignationem designabit, & sic impropriam Ecclesiæ fundationem: simpliciter vero prolatum, veram fundationem continebit, in qua videlicet concurrant fundi traditio, Ecclesiæ ædifica- 132
tio, & dotis congruæ constitutio, adeoque fundationem undequaque perfectam, ita ut nil amplius desideretur: *ad text. in can.* 9. *de consecr. dist.* 1. Sunt fundatio, constructio, atque dotatio, tres illi modi, quibus de jure, & justitia adquiritur jus patronatus, ita ut reservationibus Apostolicis, & regulæ nonæ Cancellariæ minime subjaceat; *Can. Piæ mentis*, *Can. Frigentius*, *Can. Filiis*, cum 133
ibi notatis per *Glossam cau.*16. *qu.* 7., *Can. Abbatem cau.*18. *qu.*12., *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quest.*31. *n.*22., *Piton. discept.*30. *sub n.*16., *Panormitan. cons.*59. *n.*2. *lib.*2., *Card. de Luca de jurep. disc.*55. *n.*2., *Rota cor. Falcon. dec.*6. *n.*22. & *in Firmana erectionis* 28. *Jun.* 1756. §. 10. *cor. Borrull.* Neque alius modus a jure traditus est, *Panormit.* 134
d. cons. 59. *n.* 2. ibi: *Alius autem modus juspatronatus adquirendi a jure traditus non est*. Per æquiparationem tamen & ex æquitate etiam adquiritur de jure, & justitia, ita ut non subjaceat revocationi Concilii Trid. *in sess.* 25. *de reform. cap.* 9. *vers. In reliquis*, nec reservationibus Apostolicis, & regulæ 9. Cancellariæ, per reædificationem, redotationem, & augmentum dotis ad medietatem antiquæ saltem ascendens, de quibus plene in sequenti titulo, ut com- 135
muniter tradunt Doctores, ac præsertim *Corrad. in praxi benefic. lib.*4. *cap.*4. *n.*33. *in fine*., *Lotter. d. quæst.*8. *n.* 12. 20. 21., *Piton. d. discept.* 30. *n.*19. & 22., *Rota cor. Coccino decis.* 1613. *n.* 4. *vers. Jus autem*, & *cor. Card. Bussio in Urbevetana jurispatronatus* 14. *Jan.* 1757. §. 11., & 6. *Maii ejusd. anni* §. 4.

Adquiritur igitur juspatronatus fundatione, constructione, & dotatione, *cap.*9. *de jurep.*, *Vivian. eod. tit. lib.* 1. *cap.*2. *n.*24., 136
Sacra

Sacra Congregatio Concilii *in Brixinen. erectionis Vicariæ*, 16. *Febr.* 1743. §. *Consequens*, *tom.*12. *thes. resol. pag.* 59., *Rota cor. Falcon. de jurep. d. decis.*6. *n.*22., *& in Firmana erectionis d.* §.10. *cor. Borruil.*, juxta illud vulgare.

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Sed hanc ad rem duo suo sunt necessario notanda. Primo fundatio, constructio, & dotatio, non constituunt juspatronatus,
137 nisi consensus, & auctoritas Ordinarii interveniat, juxta Rotalem decisionem *cor. Canilliac. in Bovinen. jurispatronatus*, 15. *Maii* 1741. §. *Et jure*; ita ut si post fundationem absque Ordinarii auctoritate factam, alia illius auctoritate perficiatur, prior
138 fundatio nihili habenda sit, secunda vero suum effectum sortiatur, quippequæ Ordinaria approbatione roborata, *ex Rota in Barchinonen. fundationis*, 24. *Jun.*1735. §. *Neque improbat coram Millino*. Nam in adquisitione jurispatronatus semper exigitur as-
139 sensus Ordinarii, qui est causa efficiens, & constitutiva jurispatronatus, *Lambertinus de jurep. lib.* 1. *art.* 5. *quæst.* 2. *num.*2., *Rota cor. Falcon. de jurep. decis.*22. *num.* 2., *& cor. Paracciano in Compostellana parochialis de Sajans*, 16. *Feb.*1756. §.8. ibi: *Novus requirebatur Ordinarii consensus pro causa efficiente*.

Secundo, ad effectum adquirendi juspatronatus requiruntur
140 copulative fundatio, constructio, & dotatio; *Piton. de controv. patron. alleg.*54. *n.*24., *Pignatell. consult.* 82. *n.*15. 82. *& seqq.*, *Rota cor. Molin. decis.*1259. *n.*10. *&* 13. Hinc, si quis, v. g. parochialem, aliamve Ecclesiam libere fundatam, & constructam,
141 dotaverit, nullo modo adquirere poterit juspatronatus, nisi Apostolico intercedente privilegio, ex doctrina *Pitonii in cit. alleg.*54. *n.*27. 28. 40. Idemque dicas, si quis Ecclesiam ex fidelium lar-
142 gitionibus, & oblationibus fundatam, & dotatam construxerit; per hanc enim constructionem quamvis in nobilissimam formam, & ingenti impensarum vi completam, absque Apostolico beneplacito nullum adquiret juspatronatus; *Piton. d. alleg.*54. *num.*25. 26. 35., ita ut, si auctoritate Episcopi id factum fuerit, &
143 juspatronatus adquisitum, talis adquisitio ipso jure nulla, atque irrita evadat, ac consequenter revocationi Tridentini Concilii obnoxia; *Gonzal. regul.*8. *Cancell. glossa* 18. *n.*13. *& seqq. Rigant. ad regul. Cancell.*42. *n.*119. 342., *Piton. d. alleg.*54. *n.*28., *Rota decis.* 1293. *num.*6. *cor. Molin.*, *& in Urbevetana jurispatronatus* 14. *Jan.* 1757. §. 10. *coram Card. Bussio*. Nullo enim modo po-
144 test Episcopus in Ecclesia libera juspatronatus constituere, *ad Gloss. in cap.* 3. *de jurepatr. verbo* Fundatores, *& ad Trident. Concil. sess.* 25. *de reformatione cap.* 9. Si vero agatur de Capella, vel Altari expensis ejusdem Ecclesiæ, vel eleemosy-

mosynis Benefactorum constructi, cum insit diversa ratio, potest 145
simplex dotator juspatronatus adquirere illius Cappellæ, vel Altaris, ut observat *Piton. d. alleg.54. n.41.*

Si in Ecclesiæ fundatione, constructione, & dotatione plures concurrant, v. g. unus, vel plures fundum assignent, alter, vel plures Ecclesiam construant, tertius, vel plures dotem
conferant: tunc, quia concurrunt singula requisita ad jurispa- 146
tronatus adquisitionem, singuli juspatronatus adquirent in solidum, quasi unius vice fungantur, *Rocch. de Curte post Lambertin. de jurep. part.1. n.43.*, Rota *cor. Molin. decis.1259. n.11.* Et hoc in casu locum habet illa regula, quæ docet ad juspatronatus ad-
quirendum requiri vel fundationem, vel constructionem, vel 147
dotationem, *Cap.3. de jurep.*, *Gloss. in Can. Piæ mentis cau.16. quæst.7.*, *Innoc. in rubric. de jurep. n.2.*, *Abb. cons.54. num.1.*, Rota *decis.630. n.51. part.4.3. rec.*, *& cor. Falcon. de jurep. decis.6. n.22.* Si enim unus tantum, vel plures concurrant ad fundationem, idest fundi dationem, deficiant autem constructio, & do-
tatio, vel constructio, aut dotatio, non adquiretur juspatrona- 148
tur, sed libera remanebit Ecclesia, *Fagnan. in cap. Quoniam de jurep. a n.48.*, *Abb. in cap.3. de eccles. ædific. n.4.*, *& cons.106. sub n.2. §. Præterea, lib.2.*, *Rota d. decis.1259. n.10. & 13.* Et
consequenter dici poterunt simplices benefactores, ac proinde ju- 149
rispatronatus incapaces, *Rota decis.488. n.24. part.14. rec.*, *& d. decis.1259. n.7. cor. Molines.*

Ad adquirendum juspatronatus non requiritur expressa fun- 150
datoris declaratio: nam etsi illud expresse sibi suisque non reserva-
verit, sufficit ut illud expresse non remiserit; *Cap. Nobis §.1. de* 151
jurep., ibi: *Quod si quis Ecclesiam cum consensu Diœcesani construxit, ex eo juspatronatus adquirit*: *Corrad. in praxi lib.4. cap.4. n.29. & seqq.*, *Garz. de benef. part.5. cap.9. n.62.*, *Rota dec.175. n.1. part.1.*, *& decis.432. num.1. part.5. recent.*, *tum apud Piton. discept.3. sub num.73.* Adquiritur enim ullo abque hominis ministerio; seu lex ipsa ministerio suo tribuit Patrono hujusmodi fa-
cultatem, *Rota decis.36. n.2. part.16. rec.*, *decis.62. n.12. de jurep.* 152
cor. Falcon., *& in Augustana jurispatronatus super negotio principali, 17. Febr.1698. §. Viget cor. dell' Olmo.* Et contrarium allegantes tenentur concludenter probare, quod fundator non ha-
buerit animum adquirendi, sed liberaliter tantum egerit erga Ec- 153
clesiam, vel jus semel adquisitum consulto amiserit, ut docent *Cardin.*, *Abb.*, *& Felin. in cap. Significasti de testib.*, *Rocch. de jurep. verbo* Ecclesiam fundavit *n.2.*, *Corrad. d.lib.4. cap.4. sub num.31. vers. Nibilominus.* Non dicitur autem renunciavisse jus
suum in perpetuum, si una tantum vice passus fuit beneficium 154

con-

conferri uti liberum, *Felin. in cap. Cum Bertoldus n.13. de sent.
& re judic.*, *Piton. d. discept. 3. n.35.*, *Rota in Urbanien. Canoni-
catus 23. Jan.1697. §. Caeterum cor. dell'Olmo*, & *20. Jun. 1698.
§. Absque cor. Pio*.
Excipe, si agatur de Ecclesia Collegiata, sive saeculari, sive
regulari: quia tunc non adquirit jus praesentandi, vel eligendi
Praelatum, seu Parochum, nisi illud specialiter reservaverit, &
155 Sedis Apostolicae auctoritas intercesserit, *Cap. Nobis de jurep.*,
cap. Sacrosancta 51. de elect. ibique Gonzal. num.10., *Lotter. de re
benef. lib.2. quaest.6. n.59.*, & *seq.*, *Lambert. de jurep. part.1. lib.2.
quaest.5. princ.num.11.*, *Piton. discept.3. num.73.*, *Monsieur Simon
Traitè du droit de patronage chap.1. §. Les dignitez des Eglises col-
legiales*, *Rota apud Garz. part.5. cap.5. n.98.*, & *decis.331. n.2.
rec.* Quia Praelatus, & Parochus eligi debent a Capitulo regulari,
156 vel saeculari, *can. 3.* & *passim cau.15. quaest.2.*, *cap.1.*, & *toto tit. de
elect.*, *cap. Archipresbyter*, *cap. Officium de offic. Archipresbyt.*, *Panor-
mit. in cap. Nobis ibique Glossa verbo* Conventuali, *Paul. de* Cittad.
post Lambert. de jurep. tom. 1. n. 74., & juxta tradita *a Rota coram
Clemente XIII. in Juvenacen. jurisdictionis*, *super aliis controver-
siis jurisdictionalibus*, *2. Martii 1736. §. Quo vero*, inter ejus im-
pressas *decis.263.n.21*. Caetera tamen jura honorifica retinet funda-
tor Collegialis Ecclesiae *d. cap. Nobis de jurep.*, *Piton. discept.25.
157 sub n.36.*, *Menoc. cons.90. a n.37.*
Possunt fundatores in limine fundationis, ut ad fundandas
Ecclesias, & ad erigenda beneficia alliciantur, apponere quas-
158 cumque conditiones sibi bene visas, etiam juri communi contrarias
per tex. in cap. Cum ad Apostolicam de his quae fiunt a Praelatis, *cap.
Nobis*, *cap. Praeterea de jurep.*, *Lotter. de re benefic. lib.1. quaest.32.
n.17.*, *Piton. discep.25. n.9. tom.1.*, & *in annot. ad dict. discept.25.
sub n. 51. in fine*, *Rota in Constantien. jurisdictionis super bono jure,
3. April.1714. §. Absque cor. Card. Scotto*, & *in Nullius*, *seu Bar-
chinonen. operariae*, *9. Jan. 1733. §. Quin coram Calcagnino*. Dum-
159 modo tamen honestae sint, nec bonis moribus, aut beneficii sub-
stantiae adversentur, quemadmodum uno ore fatentur Doctores,
inter quos praecipuum tenent locum; *Piton. d. discept.25. n. 9.*,
Card. de Luca de jurep. disc.65. n.40., *Adden. ad* Pamphil. *decis.54.
n. 8.* Quamobrem nemine non concipiente nulla erit conditi-
onis appositio, si exempli gratia fundator in limine fundatio-
160 nis expresserit, quod Parochus sit ad nutum amovibilis: quia
in titulum perpetuum conferri debet parochialis Ecclesia,
Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 6. ubi refert
ita fuisse a Sacra Congregatione Concilii resolutum super *cap.18.
de reform. sess.24.*, *Corrad. in praxi lib.3. cap.1. num.2.*, *ac* Rota *in
una*

una Toletana juris nominandi, 29. *Novemb.*1588. *cor. Blanchetto*, ubi negavit laicum fundatorem parochialis Ecclesiæ posse in limine fundationis apponere conditionem, quod Rector sit amovibilis ad nutum Patroni: ut videre est *apud Corrad. ut supra n.*3. Adeoque debet intervenire Summi Pontificis auctoritas, ad tradita a *Corrado ut sup. n.*4. ubi per extensum formulam refert supplicationis, *Monet. de commut. ultim. volunt. cap.*10. *n.*349. *& seq.*, *Ugolin. de offic. Episc. cap.* 52. §. 20., *Genuens. in praxi Curiæ Archiep. Neap. cap.*14. *n.*10. 161

Istæ autem conditiones vel turpes, vel contra substantiam beneficii appositæ, non efficiunt fundationem ipso jure nullam, 162 sed favore ultimarum voluntatum, seu fundatorum, & Ecclesiæ, habentur pro non appositis, *arg.* §. 10. *Instit. de hæred. instit. ac Rota in d. Senogallien. Canonicatus* §. *Submovetur*. Sed notanda sunt illa verba: *in limine fundationis*: nam si post fundationem completam Ecclesiæ, vel beneficii, conditio aliqua apponatur, quæcumque illa sit, non erit attendenda, veluti sacrorum Cano- 163 num dispositioni contraria, ex notatis *a Rota cor. Crispolto in Juvenacen. Præpositura*, 22. *Novemb.*1726. §. *Minime*, & consonant quæ habentur *cor. Paracciano in Compostellana parochialis de Sajans* 16. *Febr.*1756. §. 8. ubi statuitur non posse a fundatore extra fundationem adjici in beneficiis præsertim parochialibus onus jurispa- 164 tronatus passivi beneficio jam erecto. Sed de jurepatronatus, illiusque omnino scitu necessaria qualitate, ac distinctione, satis abunde in tertia Parte differemus in materia parochialium collationum.

Nunc de juribus Patronis competentibus nonnulla attingamus. Dici solet jusspatronatus jus honorificum, onerosum, & 165 utile, quemadmodum observat *Rota cor. Card. Scotto in Salernitana alimentorum*, 11. *Jan.*1712. §. *Extraordinario*. Ac primum dicitur *jus honorificum*: quandoquidem semper fuit laudabilis Ecclesiæ 166 consuetudo, ut exhibitione amplioris honoris Patroni afficerentur, *ex Can.*20. *& seq. cau.*16. *quæst.*7., *cap.*25. *de jurep.*, *Vanespen. in jus Eccles. univ. part.*2. *tit.*25. *cap.*7. *n.*4. *& seq.*, *Ventrigl. in praxi part.*2. *annot.*5. §. 4. *n.*2. *& seq.*, *Card. Petra ad Constit.*7. *Gregorii IX. n.*40., *Rota decis.*474. *n.*2. *& seq. part.*19. *rec.*, *& cor. Canilliac. in Pampilonen. jurispatronatus*, *& præemienentiarum*, 16. *Jun.*1755. §.12. Nec solum Patronis hujusmodi specialis honor est rependendus, sed etiam filiis, & familiæ, *Vanespen. ut supr.* 167 *n.*36., *Larrea alleg. fiscal.* 52. *n.*21. *& seq.*, *Ciarlin. controv. lib.*2. *cap.*119. *n.*8., *Rota post Scarfanton. decis.*33. *n.*33. *& seq. & n.*71. *tom.*2. *& in d. Pampilonen.* §.12.

Inter honores, quibus Patronus in præmium suæ erga Ec-

clesiam beneficentiæ, distingui solet, recensetur jus præsentandi
168 Parochum, vel Beneficiatum Episcopo, aliive legitimo Ordinario, ut eum instituat, seu parochiam, vel beneficium illi conferat; *Panormit. in cap. Nobis de jurep.*, *Rota cor. Falcon. decis.*33. *n.*10.
169 *de jurep.* Quæ præsentatio dici solet fructus ejusdem jurispatronatus, ut tradit *Lagunez de fructib. part.*1. *cap.*31. §. 3. *n.*6., *Rota in Compostellana de Coiros*, 8. *Maii* 1747. §. *fin. cor. Clemente*, *in Compostellana beneficii*, 28. *Jun.*1751. §.3. *cor. Matthaejo, in Tuder. parochialis de Teuton.*31. *Jun.*1752.§.8. *cor. Card.Bussio*, *& in Galen. tina Canonicatus*, 28. *Novemb.* 1757. §. 13. *cor. Olivatio*. Item
170 illi permittitur, ut in patronata Ecclesia, vel Cappella ad sui, suæque familiæ usum retineat sepulchrum, *Pax Jord. elucubr. tom.*2. *lib.*10. *tit.*7. *n.*432., *Piton. alleg.*12. *n.*3. *in fine*, *Rota in Caputaquen. jurispatronatus* 25. *Jun.*1751. *cor. Molino* §. 22., *& in dict. Pampilonen. jurispatronatus*, *& praeminentiarum*, 16. *Jun.*1751.
171 §.*Constabilito cor. Canilliac.* Tum etiam arma, & insignia gentilitia ad indigitandam, servandamque personalem pertinentiam: cum hæc plerumque explicent, dominium, seu jurisdictionem in re, favore cujus sunt insignia, *ad L. Stigmata cod. de Fabricens.*, *Piton. alleg.*43. *n.*4., *Rota decis.*39. *n.*5. *part.*17. *rec.*, *& in Calagurritana praeminentiarum*, *super reservatis* 12. *Febr.*1745. §. 6. *cor. Canilliac*, *& in d. Pampilonen.* §.12. *cor. eodem*. Nec patronis in-
172 vitis fas erit illa vel delere, vel ab Ecclesia, aut Cappella removere, *Antonell. de regim. Eccl. lib.* 3. *cap.*5. *n.* 31., *Tondut. quæst. benefic. cap.*37. *n.*12., *Rota decis.*463. *n.*2. *&* 5. *cor. Ludovisio*, *& in d. Pampilonen.* §.13.

Permittitur insuper patrono, ut in Ecclesia, vel Cappella ad
173 sui, suæque familiæ usum, & commodum, scamnum, vel sedile retineat, asservetque, *Rota in d. Pampilonen.* §. *Constabilito*. Hic tamen omittere non audeo, quod Summus Pontifex sanctæ mem. *Benedictus XIV.*, a Tridentino Concilio in *Sess.*22. *de observandis*, *& evitandis in celebratione missæ*, *cap. unico*, *vers. Ab Ecclesiis vero*, vehementer excitatus, sub finem sui Pontificatus per publicum Edictum sui Cardinalis Vicarii, penitus interdi-
174 xit scamnorum, aut sedilium usum in Romanæ Urbis Ecclesiis, dum solemne aliquod festum musicalibus concentibus celebratur. Jam musicales concentus mirum in modum modificaverat, illorumque licentiam coercuerat, per aliud Edictum sui Cardinalis Vicarii, expresse statuendo, ut Ecclesiasticarum solemnitatum temporibus, omnino exularent instrumenta inflatilia, illaque cæ-
175 tera, quæ Musicam theatralem efficiunt: cujusmodi sunt tympana, cornua venatoria, tubæ, cheles, tybiæ decumanæ, fistulæ, fistulæ parvæ, psalteria symphoniaca, & alia similia: permisso

so interim usu aliorum instrumentorum, quæ ad corroborandas, sustinendasque cantantium voces inserviunt, cujusmodi sunt organum, barbiton, tetracordon majus, tetracordon minus, monaulon pneumaticum, fidiculæ, lyræ tetracordes. Quæ omnia videri melius poterunt in sua Epistola encyclica ad singulos Ecclesiastici status Episcopos directa, seu in *Constitutione*, cujus initium est: ***Annus, qui hunc vertentem annum insequitur***, §.11., cujus Pontificiæ Constitutionis mentio habetur in Edicto ab Eminentissimo Cardinali Vicario, sic Pontifice ordinante, publicato, sub *die* 11. *Martii* 1756. cujus Edicti tenorem ita conceptum vobis exhibeo.

Fr. Gio: Antonio per misericordia di Dio Vescovo di Porto della S.R.C. Card. Guadagni della Santità di Nostro Signore Vicario Generale &c.

La Santità di Nostro Signore felicemente Regnante, sotto il dì 19. Febraro 1749. diresse a' Vescovi dello Stato Ecclesiastico una Lettera circolare, nella quale doppo aver discorso delle Musiche nelle Chiese, colla sua vasta, e singolare erudizione, ne riformò gl' abusi, e prescrisse il modo di eseguirla. In seguito della medesima Lettera, comandò a Noi di publicar' un Editto per le Musiche di Roma.

Le Musiche si sono riformate: ma non s' è ancora ottenuto l' altro fine, che ebbe il S. Padre, quale fu principalmente di raccogliere l'animo, e le menti degl' Uditori, *ut simul, & verba intelligantur, & ad pietatem Auditores excitentur: Concil. Mediol. primum anni* 1565. *citat. a SSmo D. N.* §.9. L' impedimento può essere cagionato dall'unirsi indistintamente gl' Uomini, e le Donne nelle Chiese a sedere ne' Banchi, per udirvi la Musica; Dal che ne nasce quella dissipazione, che s'oppone alla vera divozione, e spesse volte degenera in positiva irriverenza.

Per togliere quest' impedimento, La Santità di Nostro Signore ci ha ordinato di publicare il presente Editto, col quale si comanda rigorosamente a tutti li Superiori delle Chiese Secolari, e Regolari di non permettere, che vi sieno ne' giorni di Musica per la ricorrenza delle loro Feste, Banchi, o Sedie d'alcuna sorte.

Invigilino con la maggior esattezza li Superiori all' esecuzione del presente Editto; Altrimenti Nostro Signore destinerà alcune Persone pie, e zelanti, che già sono ad esso presenti, per supplire, e rimediar all' altrui negligenza.

E quando nè pur questo temperamento bastasse; Nostro Signore sarà costretto, benchè di mal' animo, a proibire la Musica

quella Chiesa, ove sarà succeduta la trasgressione. La proibizione della Musica, dice la medesima Santità Sua nella mentovata Lettera al §. 4., non sarebbe cosa nuova. L'Abate Aelredo coetaneo, e discepolo di S. Bernardo riprovò l'uso della Musica nelle Chiese; La san: mem: di Marcello Secondo era risoluto di proibirla, e li PP. del Concilio di Trento ne formarono il Decreto. Il Ven. Cardinale Tommasi la proibì nella sua Chiesa titolare di S. Martino.

Sua Santità non vuole venire per ora a quest' estremità; E perciò ricorda al suo Popolo di Roma di non assister alle Musiche per curiosità, ma per ricavarne quel profitto spirituale, che dicea il gran Padre Sant' Agostino di avere ricavato per se stesso, *Lib. 9. Confess. cap. 6. cit. a SSño D. N. §. 9. Quantum flevi in hymnis & canticis tuis, suave sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat. Inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis.*

Dato in Roma dalla Nostra solita Residenza li 11. Marzo 1756.

Fr. G. A. Card. Vicario.

Gasparo Arciprete Ori Segretario.

Pari modo permittitur Patrono, ut reservare sibi valeat jus re-
176 tinendi fenestram, vel januam, quæ in Ecclesiam emittat, juxta tradita per *Pignatell. consult. 129. n. 17. tom. 4.*, *Monacell. tom. 1. pag. 149. n. 17. & 18.* Aliis vero denegatur, cum id servitutem inducat, quod a sacris canonibus omnino interdicitur, *per text. in*
177 *Clem. 1. de sent. excom.*, *Ursaya tom. 4. part. 2. discept. 14. n. 34. & seq.*, *Fusch. de visit. lib. 1. cap. 11. n. 10.*, *Nicol. in flosc. verb. fenestra n. 1.*, *Ricciard. in Liceo Ecclesiar. tom. 2. cap. 14. §. 1. n. 21.*, *Pignatell. d. consult. 129. num. 2. ad 4.* & a Sacris Congregationibus pluries fuit resolutum, ut videre est apud *Ursayam loco cit.* ubi varia decreta referuntur, sed id præsertim declaratum fuit a Sacra Congregatione Concilii *in Nullius Fori Pompilii* 18. *Febr.* 1758. ubi proposito dubio: *An sustineatur decretum sacræ visitationis factum a Capitulo S. Petri in Vaticano, perpetuo Commendatario Abbatiæ S. Ruphilli de claudendo januam, & fenestram domus laicorum de Zaulis, unde aditus, & prospectus patet in contigua Ecclesia S. Mariæ ad Nives in Terra Montis l' Abbate?* responsum fuit, *Affirmative*, ut videre est *in thesaur. resolut. pag. 15.* Similis etiam causa fuit olim agitata in *Mantuana* 4. *Maii* 1726., *thes. resol. pag.* 316. Videri quoque potest eadem Sacra Congregatio *in Ugentina* 12. *Jan.* 1760. §. *Ugentina*, *tom. 29. thes. resol. pag. 19.*

Ve-

Velim tamen excipias Barones locorum, qui ratione dignitatis, vel beneficiorum, quæ in Ecclesias proprii loci solent conferre, retinere possunt fenestram protensam in Ecclesiam, ad effectum 178
audiendi sacrum e palatio Baronali: *arg. Trid. cap. 17. sess. 25. de ref.*, quod in specie declaravit Sacra Congregatio Concilii *in dicta Ugentina* 12. *Jan.* 9. *Febr.* 1760. Cum enim Episcopus Ugentinus tempore visitationis reperisset, quod Baro Terræ Muggiani duas fenestras, & januam in muris Ecclesiæ, seu Cappellæ S. Antonii aperuerat, decrevit ut fenestræ, & janua penitus clauderentur. Sed re ad sacrum Tribunal delata, propositoque dubio: *An, & quomodo sit exequendum edictum, & decretum editum ab Episcopo in sacra visitatione, in casu &c.* fuit ab Eminentissimis Patribus responsum: *Affirmative, salvo jure retinendi unam fenestram tantum*: quod fuit confirmatum 10. *Maii ejusd. anni*, *pag.* 76. *d. thes. resolut.* Si Baro sit in possessione centenaria retinendi fenestram, seu *choretto*, fortiori jure manuteneri debet in possessione: ut Sacra 179
Congregatio Concilii resolvit *in Ugentina* 1. *Decemb.* 1725. *lib.* 75. *decret. pag.* 671., relata *in d. Ugentina* 12. *Jan.* §. *Minusque in fine*, in qua S. Congregatio respondit licuisse, & licere Baroni Oratorii fenestram retinere.

Si agatur de Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, nemini licet, ne Baroni quidem, absque Sedis Apostolicæ beneplacito retinere di- 180
ctam fenestram: ut prosequitur *Pignatell. loco cit. n.* 25. *&* 26., quod etiam adnotavit *Card. de Luca de servit. disc.* 16. *a n.* 6., *ac Ursaya tom.* 4. *part.* 2. *d. discept.* 14. *n.* 34. *& seqq.* Quandoque a Sede Apostolica permittitur, ob sacella, vel ob insignia in Ecclesiam collata beneficia, ut illustris aliqua familia fenestram, vulgo *choretto*, retineat, e qua prospectus habeatur in Ecclesia non patro- 181
nata, etsi Cathedrali, vel Collegiali. Tale privilegium concessum fuit *clar. mem. Principi Pamphilio*, illiusque successoribus, habentibus palatium contiguum insigni Basilicæ, & Collegiatæ S. Mariæ in via lata: ubi duo Sacella Altari majori lateraliter respondentia ad familiæ Pamphilianæ pertinent jurispatronatus. Fuit dictæ Basilicæ pavimentum ex integro refectum, & finissimis marmoribus indutum, jussu, & sumptibus *clar. mem. Cardinalis Pamphilii*, ejusdem Ecclesiæ Cardinalis Diaconi, quemadmodum liquet ex monumento, quod a Capitulo, & Canonicis positum legitur eodem sub pavimento, ibi:

BENEDICTO S. R. E. DIACONO
CARDINALI PAMPHILIO
GRATI ANIMI MONUMENTUM
ANNO JUBILÆI MDCCXXV.
CANONICI POSUERUNT.

Dici-

Dicitur Juspatronatus *Jus onerosum* eo quod ad Patronum per-
182 tineat Ecclesiam patronatam, ejusque bona, ac jura tueri, & defendere, quotiescumque opus fuerit, *per text. in can. Filiis, can. Nepotes cau. 16. qu. 7.* ubi Patroni dicuntur Advocati, & Defensores, *ac Rota post Post. de manut. decis. 96. n. 5., & cor. Falcon. decis. 8. sub n. 14. de alim, & decis. 2. n. fin. de Sen. Cons. Vell., ac in Constantien. laudemiorum* 19. *Febr.* 1755. §. 9. *cor. Figueroa*. Eamque manutenere, restaurare, aliisque pro ejus usu necessariis pro-
183 videre, quotiescumque ad id non sint redditus specialiter designati, vel alio modo consuli nequeat: *ex Trid. Concil. sess.* 21. *cap.* 7. *de reform.* ibi: *qui si non sint sufficientes, omnes Patronos . . . ad prædicta cogant: & Ventriglia annot.* 18. *par.* 2. §. *un. n.* 15., Rota *cor. Falcon. dec.* 33. *n.* 10. *de jurep., & in Urbevetanna restaurationis Ecclesiæ* 19. *Jun.* 1752. §. 3. *& in* Pampilonen. *Capellæ super manutentione* 18. *Martii* 1754. §. 3. *cor. Amadeo*.

Tandem dicitur *jus utile*, quia inter alia emolumenta, quæ Patronus percipere poterit ab Ecclesia patronali, recensetur alimentorum subministratio, quam ab ipsa potest petere pro se, suæ-
184 que, si quam habet, familiæ sustentatione, quotiescumque ad inopiam redigi contigerit; C*ap. Nobis de jurep. ibique glossa verbo* Modeste, *Abb. n.* 6. *Jo. Andr. n.* 7. *Buttr. n.* 22., *Bellet. disquisit. Cleric. tit. de* Cleric. *dubit.* §. 14. *n.* 11., *Amostazzius de causis piis lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 39., *Rota cor. Falcon. de alimentis dec.* 7. *n.* 1. *& seq. & dec.* 33. *n.* 10. *de jurep.* Dicitur Patronus pauper, quando ex pro-
185 priis redditibus, & facultatibus secundum conditionem suam modeste, ac condecenter vivere nequeat; R*ota dec.* 691. *n.* 3. *&* 5. *cor. Penia, & dec.* 7. *sub n.* 3. *in fine de alim. cor. Falcon.* Sed animadvertendum, quod in hac alimentorum materia, duo præ ocu-
186 lis habenda sunt, videlicet respectus habendus est qualitati personæ Patroni, & redditivum patronatæ Ecclesiæ, *ex cap. Quia nobis de jurep., ac Rota in Salernitana alimentorum super re judicata*, 11. *Maii* 1753. *cor. Emo Bussio*, quæ habetur impressa *in indice decisionum anni* 1754. *sub n.* 406. Hinc posita etiam Ecclesiæ redditivum exu-
187 berantia, probanda tamen est, ut peti valeant alimenta, paupertas, atque inopia: sine qua probatione nulla alimentorum assignatio perficitur, per *Bart. in l. Ex diverso* §. *ult. sub. n.* 9. *ff. solut. matrim., Ferdin. de Valent. de re Eccles. vet.* 18. *n.* 60. *&* 67., R*ota dec.* 201. *n.* 3. *& seqq. part.* 4. *tom.* 1. *rec. & in Salernitana alimentorum super augmento* 11. *Maii* 1753. §. 2. *cor. Emo Bussio*. Sed hac de re in ultima Parte, ubi de Parochorum oneribus differemus.

Quæ hactenus dicta sunt, habent locum in Ecclesia parochiali
188 e fundamentis erigenda: potest tamen Episcopus, si id expedire judicaverit, Ecclesiam jam erectam in parochialem convertere, *Corrad.*

rad. in praxi benefic. lib. 3. cap. 2. n. 13., Rebuff. in praxi tit. de erect. in curat. & paroch. n. 1., in quo consonant quæ jam adduximus *in tit. 3. de erectione Parochiarum n. 89., ac Rota dec. 133. n. 9. part. 10. recent.* Quin refragetur, quod hujusmodi Ecclesia fuerit fortasse constructa absque Ordinarii auctoritate. Nam quanquam verum sit, 189
in qualibet Ecclesiæ constructione consensum, & auctoritatem Episcopi diœcesani requiri, ita ut ab ipso, si id expedire judicaverit, valeat ædificium demoliri; *Cap. Cum olim §. Insuper de privil., cap.* 190
Placuit cau. 1. qu. 2., §. Si quis 2. auth. de eccl. ædific., §. Sancimus auth. Ut nullus, Genuen. in praxi Curiæ Neap. quæst. 344. n. 1., Lambertin. de jurep. part. 1. lib. 1. quæst. 18. art. 2. n. 2., Calderin. cons. penult. de relig. domib.; non vero ab ipso Constructore sine Ordinarii consensu, quia pro Dei servitio, & cultu fuit constructa; 191
Auth. cassa cod. de sacros. eccles., cap. Si Ecclesia S. Mariæ de constit., Lambertin. ut sup. n. 2., Genuen. ut sup. n. 2. & per tot. Nihilotamen secius animadvertendum est, quod non requiritur absolute, ut interveniat ab initio consensus Episcopi, sed sufficit, ut subsequatur; *Archid.* 192
in cap. Nemo de consecr. dist. 1., ac Rota dec. 21. n. 7. post Monacellum.

Tunc enim ob supervenientem Episcopi consensum perinde est ac si ab initio constructionis hujusmodi consensus intervenerit, ob 193
ratihabitionis naturam, *ad textum in cap. Ratihabitionem de reg. jur., de Fargna de jurep. part. 2. can. 16. cas. 4. n. 3., Lambertin. eod. tract. part. 1. lib. 1. quæst. 12. art. 2. n. 2., & n. 4. & 5.* ubi ait, hoc in casu jurspatronatus a Fundatore, vel ejus hæredibus adquiri; in quo con- 194
cordat *Rota in Tuden. parochialis de Teuton. super pertinentia patronali, 28. Novemb. 1757. §. 10. cor. Herreros.* Quin refragetur Pontificale, & Rituale Romanum, ubi prohibetur novæ Ecclesiæ constructio sine benedictione, & impositione primi lapidis ab Episcopo, vel ejus delegato expleta: Nam cum ibi nullum habeatur decretum irritans, talis omissio efficiet actum illicitum, non vero in- 195
validum, *arg. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 1.*

Immo etsi quis ædificium aliquod construxerit non eo animo, ut Ecclesia fiat, potest Episcopus illud in Ecclesiam convertere, & consecrare; *Archid. in d. cap. Nemo de consecrat. dist. 1.* ibi: *Si* 196
quis ædificat domum non eo animo, & voluntate, ut sit Ecclesia, potest Episcopus eam in Ecclesiam convertere, & consecrare: quemadmodum Papa Bonifacius IV. Pantheon, hoc est Templum Diis gentium dicatum consecravit in honorem B. M. Virginis, omniumq. Sanctorum: & alii Summi Pontifices fana Gentilium in Ecclesias converterunt, *Selva* 197
de benefic. part. 1. quæst. 6. n. 8., Barbos. de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 26. n. 2. ad finem, Pax Jordan. elucubr. canon. tom. 1. lib. 5. tit. 8. n. 51. Enim vero extant Romæ numero plurima ædificia, quæ e privatis domibus in publicas Ecclesias fuerunt conversa. Sed

celebris est Basilica S. Mariæ Transtyberim, insignis Collegiata, & Parochia, quæ antea erat magna emeritorum militum taberna, ut legitur in hisce caminibus, quæ supra ostium majus basilicæ posteritati relinquuntur.

Dum tenet emeritus miles sum magna taberna,
Sed dum Virgo tenet me, major nuncupor, & sum.
Tunc oleum fluo signans magnificam pietatem
Christi nascentis, nunc trado petentibus ipsam.

Aliud extat monumentum, quod sub lacunari observatur ita conceptum.

IN HAC PRIMA DEI MATRIS ÆDE
TABERNA OLIM MERITORIA
OLEI FONS E SOLO ERUMPENS
CHRISTI ORTUM PORTENDIT.

199 Solet quoque nuncupari *Basilica fontis olei*, ob fontem olei, quod in Christi Domini nativitate miraculose scatere visum fuit, ut in citatis inscriptionibus adparet: quibus aliæ duæ adduntur marmoreis lapidibus insculptæ ad fontem, cujus vestigia adhuc conservantur prope Altare majus, in quarum prima ita legitur.

Hinc oleum fluxit cum Christus Virgine luxit,
Hic & donatur venia a quocumque rogatur.

& in secunda hæc habentur.

Nascitur hinc oleum Deus, ut de Virgine utroque
Oleo sacrata est Roma terrarum caput.

Varia insuper Romæ extant Fana, seu Templa impiæ Gentilium divinitati dicata, nunc æterno, veroque Numini sacra, quorum nonnulla e profana in sacram translata significatione, idem nomen retinent: cujusmodi vulgo dici solet Templum seu Ecclesia S. Mariæ *ad Pacem*, vel *Pacis*: quæ tamen non est cum celebri Pacis
200 Templo, cujus aliquot adhuc extant vestigia, confundenda, eo quod dicta Ecclesia, olim S. Andreæ *degli Acquarenarj*, tali nomine fuerit donata a Sixto IV., ob pacem a B. V. tunc Italiæ restitutam; *Roma antica, e moderna edit. Rom. 1750. Tom. 2. pag. 74. & seq., tum 396. & seqq.*

Sed omnibus admirabilius est Templum illud, quod antea Pantheon, nunc Basilica, insignisque Collegialis, & parochialis
201 Ecclesia, dicitur S. Mariæ ad Martyres, vulgo *Rotunda*, ob rotundam, qua divino plane artificio constructa reperitur, figuram. Fuit hoc Templum a Marco Agrippa Vespasiano Jovi, cæterisque mendacibus Diis consecratum, quod proinde, e Græco vocabulo,
202 Pantheon nuncupabatur, seu Deorum Templum: sed ineunte sæculo septimo anno circiter sexcentesimo septimo, fuit ab Imperatore

tore Phoca Summo Pontifici Bonifacio IV. dono datum, & ab eodem Bonifacio IV. ab omni gentilium superstitione purgatum, & vero, æternoque Deo, sub invocatione, & patrocinio S. Mariæ 203
ad Martyres, seu omnium Sanctorum, ac Martyrum Reginæ, solemni ritu, & pompa tertio idus Maii consecratum: ut communiter tradunt historici, ac præsertim *ex Baronio* colligitur *in notis ad Martyrologium sub die* 13. *Maii*, *tum ex novo opere* Roma antica, e moderna, *edit.* Rom. 1750. *tom.* 1., *Floravant. Martinell. in suo opere*, Roma ricercata nel suo sito, *edit. Rom.* 1761., ex Summo Pontifice *Bened. XIV. in Constit.* 67. *incip. Ad summi* §. 1. *tom.* 4. *sui Bull.*, tum ex authentica *tabella*, quæ in Secretario, seu Sacristia Capituli d. Basilicæ asservatur, in cujus fine ad veram narratorum confirmationem, auctoritates numero plures adducuntur.

Aliud extat rei gestæ monumentum in eadem Basilica, insignique Collegiata, in marmorea tabella, quæ ob recepta ab *Urbano VIII.* collata liberalitatis beneficia, fuit a Canonicis in signum gratitudinis erga tantum Pontificem erecta, publicoque prospectui proposita sub celeberrima porticu, seu atrio, prope ostium, ubi sic legitur.

PANTHEON
ÆDIFICIUM TOTO TERRARUM ORBE
CELEBERRIMUM
AB AGRIPPA AUGUSTI GENERO
IMPIE JOVI, CÆTERISQUE MENDACIBUS DIIS
A BONIFACIO IV. PONTIFICE
DEIPARÆ, ET SS. CHRISTI MARTYRIBUS PIE
DICATUM
URBANUS VIII. PONT. MAX.
BINIS AD CAMPANI ÆRIS USUM
COLUMNIS EXORNAVIT
ET NOVA CONTIGNATIONE MUNIVIT
ANNO DOMINI MDCXXXII. PONTIF. IX.

Sed, ut omnia suo tradantur loco, plura circa hoc Templum in secunda Parte afferemus, ubi de Ecclesiarum consecratione erit differendum. Hic tantum per transennam addam, quod tempore ejusdem Bonifacii IV. tria fuerunt operata miracula ab hac augustissima Sanctorum Martyrum Regina, cujus gloriosissima Imago, quæ summa fidelium veneratione continuo excolitur, fuit, ut pia 204
tenet traditio, a S. Luca delineata, atque depicta. Referuntur hæc tria miracula *in cit. authentica tabella*, quæ in Sacristia asservatur,

 ubi

ubi auctoritates hanc ad rem adducuntur, verbo *Celebrius*. Fuit a cœco, qui tunc temporis miraculosum lucis beneficium a B. Virgine obtinuit, (& ex quo excitati præsentes impii Judæi, qui hæreticaliter sustinebant Christum Dominum fuisse a Beata Virgine non ex Spiritus Sancti opera, sed humano more, divique Joseph carnali ministerio conceptum, ultra quingentos ad catholicam religionem
205 fuerunt statim conversi,) compositum, & intonatum post octavam divini officii lectionem, adstante universo Clero, & populo, sequens Responsorium, quo nunc etiam Ecclesia utitur.

℟. *Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti, quæ Archangeli dictis credidisti, dum Virgo Deum, & hominem genuisti, & post partum Virgo inviolata permansisti.*

℣. *Gabrielem Archangelum credimus divinitus te esse effatum, uterum tuum de Spiritu sancto credimus fœcundatum. Erubescat Judæus infelix, qui dicit Christum de Joseph semine esse natum.*

Hæc breviter referre consentaneum judicavi ad promovendam hujus Angelorum, sanctorumque Martyrum Reginæ devotionem, sub cujus præsentia, atque auspiciis quotidianum perago sacrificium. Nunc ad populorum, lectorumque curiositatem, & gratiam, addam veterem dicti celeberrimi Pantheon Templi descriptionem, quam e dicta tabella, verbo *Pantheon*, quemadmodum jacet, fideliter extraxi.

„ Pantheon

„ Ab Agrippa Augusti Genero, cum ejus mirabili testudine
206 „ (cujus superficies convexa sex zonis quasi sedilibus circumcin„ cta, concava vero quadratis tesseris laqueata) 12. columnis „ striatis maculosi marmoris suffulta... Uno lumine, sed amplis„ simo tholi, ad internas ejus partes æqualiter diffuso, adstantibus „ venustatem addente: ex orbiculari ejus labro, quasi augustæ mo„ lis centro, seu umbilico, cœli unico Sole micantis... Arcæ „ Noemicæ unica fenestra instructa, ac Templi sphærici montis „ Oliveti, in loco, unde Christus cœlos ascendit, nusquam tecti, „ speciem referente... Lucido hujusmodi foramine cloaca por„ phiretica imbrium fluxui respondente, quadraginta gradibus „ plumbeis ascensum ad illud præbentibus... Stupenda unius pos„ tis forma, nullius commissuræ obtutui exhibente... Duabus „ valvis prægrandis ostiis ex ære corinthio, & incurvatis, polo „ quasi dignis... Duplici lata interiori coronide marmorea, pro„ phanæ gentilitatis status, marmoreis, & eburneis, alias gravata, „ nunc sacris symbolis hieroglyphicis consecrata... Altitudine in„ terna fani 194. pedum, latitudinem æquante... Pavimento „ tessellis porphireticis & segmentis libicis strato... Pariete 30. „ palmorum similiter incrustato... Utroque latere porticui vici„ niore crustis marmoreis obtecto... Lata supremæ coronidis ex-

„ terio-

„ terioris margine quadrigæ capace... Tecto prius a dicto Agrip-
„ pa argenteis a fulmine deinde liquatis... Tum ab Adriano Im-
„ peratore æreis, sed a Constante secundo Imperatore, græco Ro-
„ mam sibi nimis indulgentem, non pietatis sed prædæ causa, cir-
„ ca annum 663. ingresso, ingrate quidem, neque etiam impune
„ detractis, postmodum a diversis Summis Pontificibus plumbeis
„ laminis cooperto... Porticu proceris 16. lapidis numidici co-
„ lumnis, non ita pridem ingens lacunar æneum, nunc ligneum
„ sustinentibus, cum plinchis, seu hasibus, & epistillis, collosseis
„ hujusmodi molibus apte cohærentibus eminente... Anno ab
„ Urbe condita 727. ante Christi adventum 25. ... intus & foris
„ opere corinthio... sumptu plus Regio... Ad rotundam mun-
„ di figuram, pro absolutissimo architecturæ exemplari excitatum,
„ servatis quippe perfectæ symmetriæ legibus, quas plerique imi-
„ tari tentarunt, nemo adæquavit... a Septimio Severo, & Marco
„ Aurelio Impp. restauratum... Atque ita (non obstante invido,
„ & efferο Barbarorum molimine) ut formosius, ac integrius Ro-
„ manæ magnificentiæ testimonium, imo uti octavum (nisi cæte-
„ ra superavit) orbis miraculum.

Diximus, in cujuscumque Ecclesiæ constructione omnino exigi Ordinarii consensum, & auctoritatem. Talis quoque approbatio 207
attenta veteri disciplina requirebatur in privati Oratorii pro sacro audiendo erectione; *Can. Hic ego*, *Can. Clericos de consec. dist.* 1., 208
*Novar. in manual. cap.*25. *n.* 81., *Guttier. canon. quæst. lib.*1. *cap.*30. *n.* 25., & alii relati *a Card. Petra ad Constit.* 8. *Honorii III. tom.*2. *sect. unica n.*6. ita ut in locis exemptis auctoritas Pontificia, in reliquis sola diœcesani Episcopi licentia attenderetur; *Cap. Auctoritate de priv. in* 6., *Card. Larrea in epit. Canon. verbo Oratorium*. 209
Hodiernis autem attentis moribus, ad Sedis Apostolicæ auctoritatem recurri unice debet; *Concil. Trid. sess.* 22. *cap. un.* §. *Neve*, 210
de observ. & evitand. in celebrat. missæ, *Fagnan. in cap. In his n.*16. *& seqq. de privil.*, *Diana part.*9. *tract.* 1. *resol.* 42., *Passerin. de statu hom. tom.* 3. *quæst.* 18. *art.* 10. *n.* 979., *Card. Petra ut supra n.*7. Habetur quoque decretum *Clementis XI.* de voto S. Congregationis Concilii editum, relatum per extensum *a Card. Petra post n.* 66. *d. sect. un.*; consonat quoque decretum *Bened. XIV.* 7. *Jan.* 1741., tum quæ habentur in folio Sacræ Congregationis Concilii *in Marsicen. Oratorii* 3. *Decemb.* 1740., *thes. resol. pag.*91.: quod etiam deducitur ex resolutione dictæ Sacræ Congregationis *in Comen. functionum*, 17. *Maii* 1749. *thes. resol. pag.*44. Potest autem Episcopus a Sancta Sede delegatus, hanc facultatem alteri subdelegare: quem- 211
admodum *Paulus V.* in declaratione Sacræ Congregationis Concilii 10. *Martii* 1613. declaravit, teste *cit. Passerino*, & post eum *Pascucc. in com-*

in compend. de orator. priv. pag. 163. *vers.* Concedere, *Card. Petra d. sect. un. n.* 9.

Dices fortasse, id repugnare, cum ex demonstratis Episcopus permittere valeat erectionem Ecclesiæ, & publici Oratorii, ita ut cum major ratio in hisce constructionibus videatur, in consequen-
212 tiam omnino descendat, posse & Ordinarium propria auctoritate privati Oratorii erectionem comprobare: argumento ducto a ma-
213 jori ad minus, quod in jure firmissimum judicatur, *ad l.* 5. *ff. de serv. export.*, *Rota decis.* 468. *n.*4. *part.*13. *rec.*, *dec.* 607. *n.*8. *cor. Molin.*, *& in Romana hordei*, *super decimis* 14. *Martii* 1755. §. 11. *cor. Emo Caprara.* Sed hæc quamquam verissima, in præsenti tamen, in qua versamur, materia, minime debent attendi: cum neminem lateat argumentum a majori ad minus non posse extendi ad ea, quæ
214 non nisi peculiari concessione transferri possunt, *ad l.* 2. §. 1., *l.*8. §. *ult. de offic. Præsidis*, *l.* 6. §. 1. *de interd. & releg.*, *cap.* 3. *de offic. Vicarii*: ex quibus *Legibus* adparet, Præsidem provinciarum habuisse quidem jus gladii, seu potestatem in metallum damnandi, non
215 autem jus & potestatem, etsi minoris ponderis, in insulam deportandi; eo quod Imperatores hanc sibi specialiter reservaverant: *& ex d. cap.* 3. deducitur, quod Vicarius generalis habens facultatem ab Episcopo mutuatam administrandi generaliter, & libere omnia negotia Ecclesiastica, non tamen retinet facultatem, utpote quam
216 Episcopo specialiter reservatam, conferendi Ecclesiastica beneficia, vel alia id generis peragendi.

Si vero privatum Oratorium construi velit ad orandum, non autem ad audiendum sacrum, tunc nec Sedis Apostolicæ, nec Ordinarii auctoritas debet expectari: quia quilibet illud potest cum Al-
217 tari etiam, & imaginibus Sanctorum, dummodo non adsit sacra mensa, nec ibi celebretur, ad sui usum retinere; *Can. Unicuique de consec. dist.* 1., *cap. Auctoritate de privil. in* 6.; *Fagnan. in cap. Ad hæc n.* 52. *de relig. domib.*, *Pax Jordan. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 7. *n.*50. De Oratoriis privatis pari modo nonnulla attingemus in secunda Parte, ubi tractabimus de Altarium consecratione, sed plura in medium adducemus in ultimis Partibus, ubi de missæ sacrificio erit disserendum. Hic tamen pro coronide hujus tituli, nonnulla referemus circa personas, quibus permitti solet Oratorii privati constructio, atque usus.

Concedi solet privatum Oratorium, quoad Ecclesiasticas per-
218 sonas, Prælatis: immo perpetuo fuit concessum Episcopis Assistentibus, Archiepiscopis, & Patriarchis Cappellæ Pontificiæ pro
219 unius missæ celebratione, ex *Constit.* 32. *Gregorii XV.* Tum etiam
220 Auditores Cameræ hoc privilegio perfruuntur, ex *Constit.* 13. *Cle-*
221 *mentis VII.*, & Votantes Signaturæ Justitiæ, ex *Constit. Innocentii XI.*

re-

relata a *Fatinelli de Fatinell. in ejus opusculo de Signatura justitiæ*, *Card. Petra ad* Constit. 7. *Honorii III. tom. 2. sect. un. sub n. 17. vers. Quoad*. Competit hoc jus Cardinalibus, neque per Concilium Tri- 222
dentinum *in sess. 22. cap. un. de observ. & evitand. in celebr. missæ* fuit revocatum, teste *Ventrigl. in praxi tom. 2. annot. 19. §. un. n. 7.* Etenim hoc privilegio fruuntur Episcopi etiam jure proprio sine speciali indulto, etsi nondum consecrati, & in aliena diœcesi, *cap.* 223
fin. de privil. in 6. ubi Passerin. & Barbosa, & ad cit. cap. un. Trid. Concil. n. 21., Card. Petra ut supra n. 19. Palatium enim Episcopi non dicitur privata domus, de qua loquitur Tridentinum Concilium *in cit. cap. un.* ut notat *Card. Petra d. n. 19.* sed est domus publica: ita ut audientes sacrum in Cappella Palatii Episcopalis, satisfaciant missæ præcepto: idemque dicas de cappellis Cardinalium, 224
teste *Nicol. lib. 5. tit. 33. n. 7. vers. Limita, Card. Petra ad Constit. 2. Paschal. II. sect. 1. n. 69.* Unde quod concessum est Episcopis, eorumque superioribus, etiam concessum intelligitur Cardinalibus; *Fagnan. in cap. Quod nullis n. 10. & seq. de privil., Passe-* 225
rin. ut supra n. 25., Card. Petra ad Constit. 7. Honorii III. tom. 2. sect. un. n. 22., & ad Constit. un. Joannis XV. sect. un. n. 48. tom. 1.

Quoad sæculares personas, solet hujusmodi indultum construendi, retinendique oratorium privatum concedi supremis, aliisque Principibus, Titulatis, Baronibus, Magistratibus, Nobilibus, eorumque uxoribus, ut tradit *Pignatell. consult. 98. tom. 6., Card.* 226
Petra d. sect. un. n. 17. In concedendis hisce indultis pro Oratoriis privatis favore præsertim personarum sæcularium, solet apponi clausula: *Qui ut asseris de nobili genere procreatus*: quomodo 227
autem hujusmodi nobilitas intelligi debeat, haud quaquam explicatur: adeoque existimo nil referre ex parte patris, vel ex parte matris proficiscatur nobilitas: quemadmodum quoque sentit 228
Card. Petra ut supra n. 25. vers. Contrarium. Neque dicas, quod filii sequuntur patris, non vero matris originem; *L. 1. ff. ad municip.,* 229
L. filiis cod. de muncipiis, Guttier. cons. 7. per tot., relat. in folio Congregationis Concilii in Civitatis Castelli admissionis ad legatum studiorum, 23. Augusti 1715. §. His precibus, in fine, thes. resolut. pag. 75. eo quod mulier per contractas nuptias ad civilita- 230
tem mariti transit; & quamvis originem propriam ad aliquot juris effectus retineat, hæc tamen personam illius non egreditur, neque ad filios porrigitur, *L. Imperatores §. Item rescripserunt ff.* 231
ad municip., ac d. folio Civitatis Castelli §. Mater.

Equidem non hic agimus vel de testatoris voluntate interpretanda, servandaque, ut in specie, de qua in dicta *Civitatis Castelli*, neque de effectibus civicis, ut in specie dictarum legum, sed unice de Apostolici privilegii gratia ullo absque tertii præjudicio, exe-

232 exequenda, deque Summi Pontificis mente in re indifferenti in-
terpretanda: cum in hoc, aliove simili casu sufficiat, ut de Ora-
toris nobilitate adpareat, quocunque ex latere, ac fonte profici-
233 scatur. Filius igitur ab omnibus ascendentibus nobilitatis prærо-
gativam assumit, *L. fin. ff. de Senator*; cum talis sit tam ex gene-
re patris, quam matris, *Card. Petra d. tom.2. n.25. 26. sect. unic.*,
Menoch. donf.825. num.65., *Pignatell. consult.98. n.44. tom.6.*,
234 *Rota decis.294. n.8.* Adeoque licet sit ignobilis ex patris parte,
sufficit si nobilitatem desumat ex materno latere, ut inter nobiles
adnumeretur, *ad L. fin. ff. de Senat.*, *L. Nati cod. de decurion.*
235 *L. fin. cod. de agricol. & cens.*, *Card. Petra d. n.20.* Secus vero esset
dicendum, si Orator expresserit nobilitatem suam a patre agno-
scere, & hoc a veritate esset alienum: tunc enim ob expressam,
specificatamque nobilitatis qualitatem, illa sic non existente, in
irritum omnino caderet Apostolicum indultum, quippe quod ab
Oratore dolose, fraudulenterque, seu subreptitie obtentum: cum
236 quæcumque gratia Pontificia obreptitie, vel subreptitie obtenta
ipso jure nulla sit, nullamque promereatur executionem, *Cap. Ad
aures 8.*, *cap. Sedes 15.*, *cap. Super litteris 20.*, & passim *de re-
script.*, *Rota in Majoricen. praeminentiarum, & funerum 31. Jan. 1757.
§.8. cor. Olivatio*, *& in Melphicten. beneficii 28. Jan. ejusd. anni
cor. Elephant. §. 2.*, *& 28. Novemb. cor. Paracciano §.2.*

237 Sunt hæc indulta pro Oratoriis privatis ut plurimum persona-
lia, quemadmodum liquet ex formulæ verbis; *Te specialibus favo-
ribus prosequi volentes . . . . Ut in privato domus tuæ Oratorio ce-
238 lebrari facere libere possis, & valeas indulgemus.* Adeoque non
potest transire ad hæredes illius, vel illorum, quibus concessum
fuit indultum, sed cum designata persona debet expirare: quan-
doquidem cum sit personale, non egreditur personam privile-
giati, *per text. in L. Privilegia*, *L. Neratius ff. de reg. juris*, *cap.
Privilegia eod. tit. in 6.*, *Diana resolut.17.*, *Card. de Luca loco cit.*
239 *n.30.*, *Larrea decis.31. num.20.* Idemque dicas, quando Summus
Pontifex hac utitur clausula: *Atque de ipsius Ordinarii licentia,
ejus arbitrio duratura*; Nam tantum conceditur Episcopo facul-
tas, ut in casu, quo non expediat Oratorium privatum permit-
ti, eo quod non sit decenter ornatum, vel requisita in indulto
expressa haud quaquam serventur, illud prohibeat, ut observat
Pasqualig. de Sacrific. missæ quæst.626. n.2. & ita in praxi tenendum
docet *Amostazz. de causis lib.5. n.83.*, *Card. Petra ut supra sub
n.31.*, *Pignatell. consult.98. n.52.*

Non expirat tamen hujusmodi indultum morte Pontificis, qui
240 illud concessit, eo quod illud concessisse quoque intelligatur, ut
post ejus mortem in Successores continuetur, quod sufficit, ne
expi-

expirare debeat; *Cap. Si gratiose, ubi Passerin. n.3., & Barb. n.1. de rescript. in 6., Card. Petra d. sect. un. n.34.* Pari modo idem erit dicendum, si in indulto exprimatur: *usque ad beneplacitum nostrum*: quia hæc verba ad dignitatem, non ad Pontificiam Personam referuntur; *d. Cap. Si gratiose, ibique Passerin. num.2., Novar. in Cap. Placuit de pœnitent. dist. 6. n. 163., Pasqualig. dict. quæst.625. num.3. cum seq., & Card. Petra loco cit. n.35.* 241

TITULUS IX.

De restauratione, reædificatione, & redotatione Parochialium Ecclesiarum.

SUMMARIUM.

1 *Ædificia, quippe quæ firmissima, & solidissima, quamvis primo aspectu in ævum omne duratura videantur, hujusmodi tamen non sunt.*

2 *Experientia dicitur rerum omnium efficax magistra.*

3 *Ædificia, quæcumque ea sint, habent suam ætatem, senescunt ob vetustatem, & ipsa etiam moriuntur.*

4 *Bonum, pium, ac religiosum officium, atque opus est tum novas ædificare, tum contritas, & conscissas restaurare Ecclesias.*

5 *Divinam ultionem merentur ii, qui, cum possint, ac debeant, antiqua, & ruinosa templa reficere, decorique suo restituere omnino negligunt.*

6 *Tridentini Patres enixe mandant Ordinariis, ut opportunis juris remediis provideant, ut Ecclesiæ, quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, quæ illis imminet, aliisque debitis obsequiis minime defraudentur.*

7 *Si necessariæ restaurationi occurri minime valet, potest Episcopus ut Sedis Apostolicæ delegatus, Ecclesiam transferre ad aliam, istique perpetuo unire*, & sub num.125., vers. Si Parochialis.

8 *Inter ædificationem, vel reædificationem, & restaurationem Ecclesiæ non parum adest discriminis.*
Limita, si non tam de jure, & modo agatur, quam de oneribus impensarum, quibus ista peragi debent: tunc enim ædificatio, vel reædificatio, & restauratio Ecclesiæ inter se comparantur, & quod de illis statutum fuit, ad hanc quoque, vel e contrario, extendi debet, num.75. & 78.

9 *In Ecclesiarum ædificatione consensus, & auctoritas Episcopi exigitur.*

10 *Ecclesiæ restauratio fieri libere potest ulla absque Ordinarii licentia.*

11 *Parochus ratione præjudicii, potest se se opponere ad novam Ecclesiæ ædificationem.*
Audiri debet in omnibus actibus tangentibus propriam Ecclesiam. Ibidem.

12 *Id tamen limita in Ecclesiarum restaurationibus.*
In reparatione ædificii prohiberi non potest novum opus novum onus non inducens. Ibidem.

13 *Regula generalis est, onus reparandi Eccle-*

Ecclesias, earumque indigentiæ consulendi, pertinere ad proprios Rectores, omnesque cæteros, qui fructibus, ac redditibus illarum perfruuntur.

24 *Quibus non displicet commodum, nec debet displicere onus injectum natura sua correspectivum.*

25 *Non solis Clericorum usibus, ut sic liberius divinis vacent officiis, sed Ecclesiis ipsis, ac beneficiis sartis, tectisque tuendis, parati sunt fructus, atque redditus Ecclesiastici; ac præsertim decimæ*; & num.24.

26 *Si parochialis Ecclesia suos habeat peculiares, distinctosque redditus ad hunc finem destinatos, debet Ecclesiæ indigentiis provideri ex iisdem redditibus.*

27 *Si nullos habeat peculiares redditus vel impares, Parochus, qui liberam exercet curam, & redditus percipit, tenetur ad manutentionem, & restaurationem Ecclesiæ.* & sub num.144.

Limita, si vix pro sui honesta, decentique sustentatione congruam habeat Conciliarem. Ibidem.

28 *Resolutio Sacræ Congregationis Concilii contra Parochum capta in* Auximana restaurationis Ecclesiæ, *explicatur.*

29 *Communitas tenetur tantum subsidiarie ad Ecclesiæ parochialis restaurationem*, & num. 68. & 73.

Limita si Ecclesia ad Communitatem pertineat; num.104.

20 *Capitulum, Collegium, aliave Ecclesia, apud quam residet cura habitualis, & quæ redditus percipit, tenetur ad necessariam restaurationem, non vero Parochus, seu Vicarius curam tantum actualem exercens.*

21 *Amplia non obstante quacumque exemptionis specie.*

22 *Commendatarius Ecclesiæ parochialis redditus percipiens, tenetur ad illius restaurationem.*

23 *Et possunt sequestrari redditus, & decimæ ad eum pertinentes, ad effectum hujus peragendæ restaurationis.*

25 *Decimatores, seu percipientes decimas parochiales ad Ecclesiæ restaurationem teneri strenue defendunt Doctores*, & num. 27.

26 *Onus reparandi, vel reædificandi Ecclesiam parochialem est onus reale, adeoque porochialibus decimis affixum.*

28 *Percipientes decimas parochiales tenentur ad Ecclesiæ reparationem, vel reædificationem, non vero percipientes decimas laicales.*

29 *Limita si decimæ parochiales insufficientes probarentur.*

30 *Si Parochus ad Ecclesiæ restaurationem impar habeatur, tenetur Patronus*, & n. 33., ac sub n. 174.

31 *Idque ob reciprocam, quam cum Ecclesia contraxit obligationem.*

Eo quod illi Ecclesia concedat jura honorifica, atque utilia. Ibidem.

32 *Lambertinus* de jurep. part. 3. art. 2. quæst. 7. princ. lib. 3. n. 5., pag. 29. a tergo, *asserens hoc onus pertinere ad Parochum, non ad patronum, reprobatur.*

34 *Beneficiati in casu necessitatis compelli possunt, ut pro rata fructuum, ad restaurationem concurrant.*

35 *Debet ad hunc effectum ex sacris canonibus tertia pars fructuum beneficialium subtrahi.*

36 *Amplia, etsi allegent corruptionem, & ruinam contigisse tempore prædecessorum.*

Reparatio enim Ecclesiæ est onus, ac debitum reale absolute afficiens successorem. Ibidem.

37 *Hæredes quoque beneficiati defuncti constringi possunt ad Ecclesiæ reparationem in casu necessitatis.*

38 *Pensionarius tenetur contribuere pro Ecclesiæ restauratione.*

Limita si pensio ab omni onere libera esset imposita. Ibidem.

39 Frances de eccles. cathed. cap. 13. n. 41., & Constantin. vot. 251. n. 19. & sub n. 23., *distinguentes onera extraordinaria ab ordinariis*

narîis, ita ut liberatio locum habeat in illis, non in istis, cujusmodi sunt ecclesiarum, paramentorum, & similium restaurationes, attendi hac in re minime debent.

40 *Verbum* omni *est universale, nihil excludens, adeoque non patiens distinctionis.*

41 *Verba exclusiva cujuscumque oneris generaliter prolata non faciunt, ut fieri valeat restrictio ad unum potius, quam ad alterum onus.*

42 *Liberatio pensionis ab omni onere, non convertitur in beneficiati detrimentum.*

43 *Beneficiatus non tenetur contribuere pro fructibus Ecclesiæ restaurandæ, quos ipse non percipit.*

44 *Decimas non percipientes non tenentur ad Ecclesiæ restaurationem, vel reædificationem.*

45 *Fructus non censentur, nisi qui, deductis omnibus impensis, in percipientis utilitatem supersint.*

46 *Cappellani quoque obligari possunt ad hujusmodi contributionem.*

47 *Si redditus Episcopi, & Canonicorum pares minime sint, pro reparatione cathedralis Ecclesiæ, tenetur quoque Clerus inferior.*

48 *Episcopus pro cathedralis Ecclesiæ reparatione, aliisque ornamentis, & necessariis ad divinum cultum, debet expendere quartam partem fructuum, & redditaum Episcopalium.*

49 *Eodem onere gravantur Canonici cathedralis Ecclesiæ, unum idemque cum Episcopo corpus constituentes, & ab eadem Ecclesia percipientes suarum præbendarum emolumenta.*

50 *Episcopus potest fabricæ Ecclesiæ cathedralis assignare distributiones Canonicorum deficientium.*

51 *Tum etiam compellere potest ad tale onus reparationis cæteros ejusdem Ecclesiæ Beneficiatos.*

52 *Item Clerum inferiorem ad contribuendum de superabundantibus, deductis necessariis.*

53 *Episcopus in casu necessitatis ordinare potest, ut omnia beneficia ne dum suæ jurisdictioni subjecta, verum etiam ab ea exempta impendantur pro rata in Ecclesiæ cathedralis reparationem.*

54 *Amplia quoad beneficia jurispatronatus laicalis, a quibus exigere potest mediam annatam, si concurrant requisita Tridentini decreti super hac re editi.*

55 Ex Constitutione 59. Benedicti XIII. *Canonici, & Beneficiati tenentur pro fabrica cathedralis Ecclesiæ solvere mediam annatam.*

56 *Parochi quoque ad hanc mediæ annatæ solutionem obligantur.*

57 *Pro hujusmodi solutione sunt deducenda onera fixa, & realia, non personalia.*

58 *Resolutio Sacræ Congregationis Concilii* in Forosempronien. mediæ annatæ 18. Martii 1743. *intelligenda est de oneribus personalibus, non de realibus, & fixis.*

59 *Canonici, & Beneficiati Ecclesiæ Collegiatæ tenentur contribuere pro ejusdem reparatione ex Constitutione* Benedicti XIII., & sub n. seq. vers. Tenentur.

60 *Amplia si sit commendata, cum Abbas, aliusve Commendatarius ab hujusmodi onere eximatur.*

61 *Onus mediæ annatæ pro Ecclesiæ collegiatæ restauratione solvendæ, habet locum in Collegiatis erectis ante* Benedictinam Constitutionem, *& in erectis post eandem.*

62 *Absque justa causa, & præcisa necessitate ne summus quidem Pontifex solet pias morientium voluntates commutare, pro reædificandis, restaurandisve Ecclesiis.*

63 *Ob Apostolicam gratiam dolose obtentam, fuit a Sacra* Congregatione Concilii *concessum arbitrium pro aperitione oris adversus motum proprium, quo Benedictus XIV. duas ultimas voluntates commutaverat pro reædificanda cathedrali Ecclesia, quam ipsi falso narratum*

 fue-

fuerat esse satisfcentem , & ruinosam , & n. 167.

64 Benedicti XIV. *sollicitudo , cura , atque profusa liberalitas circa Ecclesias vel reædificandas , vel restaurandas commendatur* .

65 *Cardinalis Marini integram suam hæreditatem* Benedicti XIV. *fidei credidit , atque commisit* .

66 *Jussit* Benedictus XIV. *ut ex dicta hæreditate scuta biscentum supra mille pro instaurandis ædibus insignis Collegiatæ S. Mariæ in via lata , & pro sacris vasibus , atque supellectilibus exornandis , erogarentur* .

Tanto Benefactori grati animi monumentum a Capitulo erigitur . Ibid.

67 Serenissimus Princeps Mauritius a Sabaudia , *S.R.E. Cardinalis Diaconus , tit. S. Mariæ in via lata , Sacrarium ejusdem Collegiatæ pretiosissimis supellectilibus instruxit , aliaque in eandem beneficia contulit* .

Æternum gratiæ , & honoris monumentum a Capitulo erectum . Ibid.

68 *Urgente necessitate potest Episcopus ut Sedis Apostolicæ delegatus remediis opportunis Parochianos, seu Communitatem compellere ad Ecclesiæ reparationem* .

69 *Omnis æqui , bonique ratio expostulat , ut Parochiani Ecclesiæ reparationi sponte etiam sese subjiciant : cum isti a parochiali Ecclesia sacramenta percipiant , divinaque in ea audiant officia* .

Reparatio enim Ecclesiæ parochialis est opus publicum , & commune , omnium concernens utilitatem , necessitatemque. Ibidem, & sub n. 80.

70 *Ab hoc onere nemo eximi potest sive nobilis , sive ignobilis , sive Laicus , sive Ecclesiasticus de bonis patrimonialibus , sive miles , sive paganus &c.*

71 *Amplia in incolis , & bona in Parœcia possidentibus* .

72 *Parochiani non solum æquitatis, sed justitiæ etiam titulo tenentur ad Ecclesiæ reparationem concurrere, a qua spirituale commodum percipiunt* .

Publice interesse debet Ecclesiam esse sartam tectamque , ejusque reparationi consulere . Ibidem .

74 *Explicatur Sacræ Congregationis Concilii resolutio* in Spiren. reædificationis Ecclesiæ 30. Martii 1761. ad 1. dubium , *ubi Ecclesiæ Parochialis reædificatio spectat primo loco ad redditus Parochiæ, secundo loco ad populum , tertio ad Patronum* .

76 *In materia restaurationis Ecclesiarum locum sibi vindicat consuetudo* , & num. 107.

77 *Patronus , attenta Communitatis , seu populi consuetudine , non potest compelli , nisi post eundem populum ad Ecclesiæ restaurationem , vel reædificationem* , & sub n. 78. vers. At e contrario .

79 *Patronus primario tenetur ad Ecclesiæ redotationem* , & n. 174.

Nisi velit juspatronatus amittere. sub d. n. 174.

80 *Reparatio parochialis Ecclesiæ fieri a Parochianis non debet per capita personarum , vel domorum , sed in solidum pro rata juxta cujusvis facultates* .

81 *Ad publicam operis constructionem tenentur cives pro rata æstimi conferre* .

82 *Ecclesiæ restauratio cum frequenter non contingat , dici potest extraordinaria : sed cum fieri debeat pro publica necessitate , atque utilitate , dici potest ordinaria* .

Onera enim tali modo imposita ordinariis , & realibus oneribus æquiparantur . Ibidem .

83 *Onera ordinaria , & realia tenentur omnes subire juxta proprii patrimonii quantitatem , non juxta personarum numerum* .

84 *Ratione reparationis , vel erectionis Ecclesiæ a Communitate habitæ , quandoque permittitur , ut arma , & insignia Communitatis col-*

collocentur in Ecclesiis sub jurisdictione sacræ Religionis Hierosolymitanæ, vel alterius existentibus.
Exemplo res comprobatur petito ab Ecclesia parochiali in Auctoris patria existente. Ibidem.

85 *Parochiani habentes Ecclesiam filialem propriam non tenentur concurrere pro restauranda, vel reædificanda Ecclesia Matrice.*

86 *Sed tantum pro restauranda, vel reædificanda propria Ecclesia, a qua commodum spirituale percipiunt.*

87 *Multominus compelli possunt, si Parochiani Ecclesiæ Matricis nunquam excitaverunt per decursum 30., & amplius annorum, prætensionem exigendi talem contributionem.*

88 *Non enim omisissent per tantum tempus, jura, si quæ sibi competere putabant, exercere, & in judicio experiri.*

89 *Contributio olei, vel alterius similis facta ab incolis Ecclesiæ filialis ad usum Ecclesiæ matricis, ad certum tempus, vel devotionis gratia, non potest inducere obligationem concurrendi pro restauratione, vel reædificatione dictæ matricis Ecclesiæ.*
Etenim hujusmodi contributio longe gravior est, quam altera, nec eandem habet causam. Ibidem.

90 *Amplia si restauratio, vel reædificatio facta ab illis fuerit, devotionis, vel liberalitatis contemplatione, quæ proinde non inducit obligationem in futurum, nec obligatos eximit.*

91 *Item etsi Parochus matricis Ecclesiæ quandoque contulerit incolis Ecclesiæ filialis baptisma, ipsisque sacramenta Viatici, olei sancti, & similia ministraverit.*

92 *Ad effectum eos obligandi, requiritur universalitas usus, & pro majori parte.*

93 *Utentes duplici Parochiali Ecclesia, non tenentur ferre onus reparationis illius, qua pro minori anni parte utuntur.*

94 *Contraria Auctoris sententia.*
Nam commodum spirituale est fons, & principium obligationis ferendi onus pro restauratione, vel reædificatione Ecclesiæ. Ibidem.

95 *Vigente eadem ratione idem ferendum est judicium.*

96 *Limita si usus, de quo agitur, esset discontinuus, & modicus.*
Modica enim non sunt ponenda in consideratione. Ibidem.

97 *Sub restaurationis nomine, & onere non solum Ecclesiæ fabrica comprehenditur, verum etiam paramenta, aliaque id generis.*

98 *Communitas, vel alius, ad quem pertinet Ecclesiam restaurare, & reficere, tenebitur quoque eandem necessariis providere supellectilibus.*

99 *Provideri quoque debet oleum ad effectum conservandi accensam lampadem ante Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum.*

100 *Restaurari debet cœmeterium sive ab Ecclesia remotum, sive illi contiguum, cum hoc in casu ut Ecclesiæ accessorium omnino necessarium habeatur.*

101 *Sepulchra intra Ecclesiam constructa restaurari debent, & quotiescumque opus fuerit, expurgari.*

102 *Existente pro Ecclesiasticis destinato sepulchro, istius restauratio, & expurgatio, non ad Communitatem, sed ad Capitulum, seu Clerum pertinere debet.*

103 *Si parochialis Ecclesia ad Communitatem pertinens in Collegiatam fuerit erecta absque jurium parochialium, & Communitatis diminutione, tenetur Communitas, non autem Capitulum, Ecclesiam reficere, ac restaurare, illamque sacris providere, tum reparare, expurgareque cœmeteria.*

105 *Amplia si redditus omnino insufficientes probentur, & obstet Canonicalium beneficiorum tenuitas.*

106 *Am-*

106 *Amplia secundo, si non abstante Collegiali qualitate semper fuerit retroactis temporibus non a Capitulo, seu Collegio, sed a Communitate restaurationi consultum.*

108 *Ut consuetudo sit coactiva, debet concludenter probari ex pluralitate actuum continuorum, qui animo inducendi talem consuetudinem fuerint expleti.*

109 Glossa in can. Quatuor cau. 12. qu. 2., *asserens Laicos non teneri ad Ecclesiæ reparationem, reprobatur.*

110 *Hoc enim verum esset, si Ecclesia ad Communitatem non spectaret, vel contrarium antea fuerit servatum.*

111 *Observantia est omnium abscuritatum, & dispositionum optima interpres.*

112 *Si laudum, pacta, & conventiones vigeant, quamquam de jure ad alios pertineat restauratio, ab illis tamen non est recedendum.*

113 *Sub restauratione Ecclesiæ a sacris canonibus præscripta, intelligitur quoque illa domus parochialis, ubi erecta proponitur: cum ista ad Ecclesiam pertineat velut quid accessorium.*

114 *Item illa turris campanariæ, quæ parochialis Ecclesiæ partem necessario constituit: adeoque etiam campanarum in ea pro convocando populo existentium.*

115 *Non tenetur tamen, ubi non urgeat peculiaris ratio, ad manutentionem, refectionemque plurium, sed unius tantum campanæ.*

116 *Unica campana, si sonora sit, ut a longinquis audiri valeat, satis est ad convocandum populum.*

117 *Campana denuo conflata, ac refecta sive eodem, sive majori metallico pondere, antequam ad usum perducatur, debet consecrari, seu solemniter benedici.*

118 Benedictus XIV. *solemni ritu, ac pompa benedixit campanam majorem Basilicæ SS. Petri, & Pauli, longo usu confractam, notabilique metalli pondere ipsiusmet jussu, & sumptibus conflatam.*

119 *Inscriptio infertur eodem in campana insculpta, hujusmodi refectionem, & augmentum indicans.*

120 *Si Ecclesia vel pro parte, vel in totum sit amplianda, quod de restauratione dictum fuit, de illius ampliatione quoque debet intelligi.*

121 *In totali Ecclesiæ ampliatione debet Ordinarii auctoritas interesse.*

122 *Nova Ecclesia in locum antiquæ succedens, omnia jura, quæ ad veterem pertinebant, assumit.*

123 *Contraria Sacræ Congregationis Concilii resolutio* in Tudertina beneficii 12. Aug. 1741. *explanatur.*

124 *Ecclesia, vel beneficium, ad limitationem superioris casus ad aliam Ecclesiam perpetuo translata, illique unita, cum erectione etiam altaris sub pristina invocatione, amittit antiqua jura, nec amplius ab eadem Ecclesia potest recedere.*

125 *Ecclesia parochialis, vel alia ab Episcopo ad Motricem, seu viciniorem translata, & diruta, potest ab eodem in profanos usus, non tamen sordidos converti.*

126 *In Ecclesiæ parochialis suppressione, atque ad aliam translatione, debet intervenire legitimum Episcopi decretum, & Parochianorum, aliorumque interesse habentium consensus, atque citatio.*

127 *Ad Ordinarium spectat definire quinam sint usus sordidi, in quos Tridentini Patres probibent Ecclesiam dirutam convertere.*

128 *Cæmenta, vulgo* materialia *Ecclesiæ dirutæ ante Concilium Tridentinum converti non poterant, ne in profanos quidem usus: sed in ædificia alterius Ecclesiæ, vel Cappellæ erant convertenda.*

129 *Permissum deinde fuit a Tridentino Concilio, ut in profanos usus, dummodo non sordidos, converterentur.*

130 *Id*

130 *Id tamen limita, si Ordinarii consensus intervenerit.*

131 *Cæmenta, quæ in usus non sordidos convertenda sunt, vendi possunt ab iis, ad quos Ecclesia pertinebat, etiam absque Ordinarii licentia.*

132 *Situs Ecclesiæ dirutæ vendi nequit nec ab Episcopo quidem, sed requiritur Sedis Apostolicæ beneplacitum, una cum solemnitatibus a jure requisitis in Ecclesiasticis alienationibus.*

133 *Si tamen inter cæteras causas concurrit spes efficax, & probabilis novæ ædificationis, ad id minime est deveniendum.*

134 *Judicialia litigia graves impensas, & incertitudinem secum ferunt.*

135 *Ecclesia diruta, & legitima superioris Ecclesiastici auctoritate profanata, non fruitur locali immunitate.*

Concordatum hac de re initum inter Summum Pontificem Benedictum XIV., *& invictissimum Sardiniæ Regem* Carolum Emmanuelem III., Ibidem.

Aliud inter eumdem Benedictum XIV., *& gloriosissimum* Carolum *Infantem Hispaniæ, Neapolis, & Siciliæ Regem*. Ibid.

136 *Si simplex Ecclesia ad aliam perpetuo transferatur, illique uniatur, debet in eadem erigi Altare, vel Cappella sub antiquâ invocatione; imposita onere antiquo Rectori, seu Beneficiato, ut ibi curet ad suæ obligationis præscriptum celebrare.*

137 *Idem dicendum quoad beneficia in simplici, vel parochiali Ecclesia, ad aliam perpetuo translata, existentia.*

138 *Existentibus in Ecclesia diruta, & profanata sepulturis, debent ossa defunctorum ad Ecclesiam, ad quam facta fuit translatio, transferri, ibique debito, decentique modo sepeliri.*

139 *Perpetua Ecclesiæ translatio exequi non potest, quotiescumque Parochiani ad illius restaurationem, vel reædificationem sese obligent.*

Tridentini enim Patres non permittunt translationem, nisi in extremo necessitatis casu. Ibidem.

140 *Ecclesiarum restaurationes, reparationes, & renovationes fieri debent absque tertii præjudicio, iisdemque remanentibus prærogativis.*

141 *Ob solam Ecclesiæ, vel Capellæ restaurationem nullum juspatronatus adquiritur.*

142 *Amplia, sive facta fuerit restauratio ex eleemosynis ab incolis, sive a principali fundatore, ejusve hærede elargitis.*

143 *Præsertim ubi datæ censentur ob aliorum redditum insufficientiam.*

Talis refectio, ac restauratio non ex voluntaria, sed ex necessaria causa proficiscitur, omnino inepta ad jurispatronatus adquisitionem. Ibidem.

144 *A fortiori si ab illius Rectore fuerit parochialis Ecclesia restaurata.*

145 *Simplices restauratores dici nequeunt patroni, sed benefactores.*

146 *Ferendum minime est, simplici restauratione servitutem Ecclesiæ imponi.*

147 *Limita, si præter Ecclesiæ restaurationem, augmentum dotis, vel fructuum accedat.*

148 *Ampliatio per accessiones, & ornamenta Ecclesiæ peracta nullum gignit juspatronatus favore ampliantis, sed solum benefactoris titulum producit.*

149 *Amplia, quamvis hujusmodi accessiones factæ fuerint super fundis ab ampliante proprio ære pro se, suisque hæredibus comparatis.*

Per hanc enim unionem, & incorporationem tales fundi jure accessionis in Ecclesiæ dominium reipsa transmigraverunt. Ibidem.

150 *Res sacræ sub privatorum dominio esse nequeunt.*

151 *Amplia secundo, si in actu ampliationis nullam amplians emiserit declarationem voluntatis circa juspatronatus adquirendum.*

Non enim agitur de novae Ecclesiae erectione, sed de augmentis tantum factis illi Ecclesiae, *quae nulla egebat restauratione, multoque magis, quae patronos proprios retinebat*. Ibidem.

152 *Amplia tertio, si contrariae ab ampliante fuerint emissae de jurepatronatus adquirendo declarationes.*

153 Evidentissimum *est argumentum jurispatronatus adquisitionem excludens, protestatio ampliantis, quod videlicet quidquid accessionis, & ornamenti fecerat, & erat facturus in tali* Ecclesia, *gratis peregerat, & erat peracturus.*

154 *Item si posuerit lapidem indicantem dominium, & possessionem* Ecclesiae *esse penes eandem, non penes se ipsum.*

155 *Vel si reposuerit in pristino capsulum ad colligendas fidelium oblationes destinatam, & alia id generis peregerit.*

156 *Conjecturae, quae in lineo probationis non relevant, admittuntur in linea adminiculativa probationis aliter resultantis.*

157 *Ad effectum adquirendi juspatronatus per simplices restaurationes, vel accessiones, recurri debet ad Summum Pontificem.*

158 *Hoc autem juspatronatus ita adquisitum, dici debet adquisitum ex gratia, & privilegio, adeoque Tridentinae sanctioni, & regulae 9. Cancellariae obnoxium.*

159 *Limita in totali ampliatione novam aedificationem inducente.*

160 *Per totalem enim ampliationem, seu reaedificationem adquiritur juspatronatus ex justitia, de jure, & oneroso titulo, non cadens sub revocatione Tridentini Concilii, neque sub regula reservationis mensium.*

161 *Ut adquiratur juspatronatus per reaedificationem, fieri ista debet ex diversa, non vero ex eadem antiquae* Ecclesiae *materia.*

162 *Debet concludenter probari* Ecclesiam *fuisse funditus dirutam, & ex integro reaedificatam, talive in statu, ut necessaria omnino fuerit nova constructio.*

163 *Item requiritur, quod* Ecclesia *reaedificata nullum habeat patronum.*

164 *Curandum est, ut* Ecclesiae *ab uno tantum, non a pluribus adquiratur juspatronatus: cum istud per plures adquisitum potius gravamini* Ecclesiae *sit, quam utilitati.*

165 *Ut adquiratur juspatronatus pro reaedificatione patronatae* Ecclesiae *in totum dirutae, vel extremam patientis ruinam, debet concludenter probari, quod patronus judicialiter requisitus noluerit eam reaedificare, vel declaraverit se eam nequire ad pristinum statum excitare.*

166 *Limita, si* Ecclesia *aliquid tantum detrimenti passa fuerit: quae absque patroni voluntate nequit demoliri, ac reaedificari, tametsi in longe nobiliorem formam.*

168 *Reaedificans* Ecclesiam *debet necessario exprimere animum adquirendi juspatronatus.*

169 *In dubio praesumitur reaedificatio ultronee facta absque animo adquirendi juspatronatus, praesertim in patroni praejudicium.*

170 *Immo in dubio praesumitur facta vel ex piorum eleemosynis, vel ex pecunia eorumdem patronorum.*

171 *Inter aedificationem, & reaedificationem* Ecclesiae, *hoc datur hac in re discrimen, quod per illam, non vero per istam absque speciali animi declaratione, juspatronatus adquiritur.*

172 *Adquiritur juspatronatus per* Ecclesiae *redotationem*, & sub n. 206.

173 *Limita si* Ecclesia *redotata sit patronalis.*

175 *Ad adquirendum juspatronatus ob redo-*

redotationem Ecclesiæ patronalis, tria debent concurrere.

176 *Primo requiritur, quod dos antiqua in detrimentum abierit, ita ut ad decentem Ecclesiæ cultum, & ad conservationem, & sustentationem Ministri necessariis indigeat subsidiis.*

177 *Secundo, quod constet de præmissa Judiciali interpellatione facta Patrono, qui declaraverit se vel nolle, vel non posse congruam dotem denuo assignare.*

178 *Tertio, quod Ordinarii consensus, & approbatio intervenerit:* & num. 207.

179 *Redotationis effectus is quoque est, ut in jurepatronatus nova qualitas induci valeat.*

180 *Ex simplici dotis augmento non adquiritur juspatronatus ne nova eidem Ecclesiæ servitus injiciatur.*

181 *Tale juspatronatus a Summi Pontificis beneplacito obtentum, dici debet adquisitum ex gratia, & privilegio.*

182 *Ut adquiratur juspatronatus per dotis augmentum de jure, & justitia, primo requiritur, quod dotis augmentum vel excedat, vel saltem attingat antiquæ dotis medietatem;* & sub num. 191. vers. Diximus ad effectum, ac n. 198.

183 *Secundo, quod antiqua dos omnino adpareat insufficiens, & incongrua ad Ecclesiæ manutentionem, illiusque Rectoris necessariam sustentationem.*

184 *Tertio, si Patronum habeat Ecclesia, requiritur, quod prius fuerit patronus judicialiter interpellatus, atque auditus, utrum vellet, aut posset, nec ne Ecclesiæ dotem congruam assignare.*

185 *Qui se fundat in jurispatronatus adquisitione, debet concludenter supradicta probare, ac præsertim justificare, quod dotis augmentum vel superet, vel attingat antiquæ dotis medietatem, ut de augmento adporere liquido valeat,*

186 *Juspatronatus correspective ad dotis augmentum concessum, si hoc effectum suum non fuerit sortitum, omnino corruit.*

187 *Simplex redditium incrementum non probat dotalis augmenti adimplementum, cum istud alia ex causa potuerit proficisci.*

Nec illud evincunt assertiones, & probationes turbidæ, & irregulares. Ibidem.

188 *Si dotis augmentum, quod dicta medietate minus erat, fuerit in litteris Apostolicis concessionis expressum in certa summa, non potest per id vindicari vera, & onerosa jurispatronatus adquisitio.*

Summus enim Pontifex tale juspatronatus concedendo censuit hanc summam tantundem attigisse, ita ut aliter non fuisset illud concessurus. Ibidem.

189 *Mens Summi Pontificis juspatronatus concedentis satis clare probari potest ex Datarii epistolis, quæ ipsi Pontifici per suum organum adscribuntur.*

190 *Si præter dotis augmentum aliquid aliud concurrat, nefas est de jurispatronatus adquisitione dubitare.*

191 *Si Ecclesia collapsa reædificetur cum augmento dotis in triplum, adquiritur juspatronatus ex causa plusquam onerosa: cum id veræ fundationi æquiparetur.*

192 *Augmentum dotis pro adquirendo jurepatronatus ex justitia necessarium,* vel excedens, vel saltem attingens antiquæ dotis medietatem, *ita intelligitur, ut sit majus redditu, seu dote Ecclesiæ, vel saltem illi æquale, ita ut redditus, seu fructus Ecclesiæ, pro medietate constituantur ab antiqua dote, & pro medietate ab augmento.*

Seu debet præexistenti Ecclesiæ doti tantundem accrescere, ut recens titulo dotis in eandem collatum redditum augmentum, antiquam pera-

peræquet dotem, vel uberius adaugeat. Ibidem, & sub num.198.

193 *Ad effectum excludendi regulas reservatorias in jurispatronatus adquisitione, sufficit augmentum dotis usque ad medietatem, vel ascendens ad medietatem dotis.*

194 *Vel ad medietatem fructuum.*

Ita, ut sola scuta quinquaginta sufficiant, si antiqua dos scutorum 100. *fuisset.* Ibidem.

195 *Difficultas resolvitur, respondendo nomine augmenti dotis, vel fructuum usque ad medietatem, illud intelligi, quod habetur considerata dote antiqua simul, & nova, seu fructibus antiquis cum recentibus in unum coacervatis.*

Res exemplo demonstratur. Ibid.

196 *Contrariæ auctoritates ita intelligendæ sunt, ut videlicet dos augeatur ad medietatem. quæ coæqualitatem dotis constituat.*

197 *Augmentum dotis in sola medietate minime sufficere ad effectum adquirendi juspatronatus ex titulo oneroso, Apostolicis reservationibus minime subjectum, concludentissime demonstratur recenti Rotali auctoritate.*

199 *Augmentum datis tunc demum permittitur, quando antiqua dos omnino depauperata fuit, ita ut existere amplius non adpareat: seu quando prima dos adpareat ad non esse.*

200 *Consistente antiqua dote in scutis* 100., *si in scutis* 50. *augeretur, tale augmentum esset in sola tertia parte, non pro medietate.*

201 *Augmentum dotis in sola tertia parte non est sufficiens, ut juspatronatus dicatur adquisitum ex justa causa, & titulo oneroso.*

202 *Permittitur insuper augmentum dotis, si Ecclesiæ dos omnino sit insufficens, & incongrua pro debito fabricæ, & Rectoris manutentione, ac sustentatione.*

203 *Adeoque tale augmentum requiritur, ut ejus respectu antiqua dos nullius habeatur considerationis.*

204 *Paria sunt Ecclesiam esse indotatam, vel docatam quidem, sed insufficienter,* & Ibidem, vers. Hæc ratio.

205 *Reprehenduntur Doctores sustinentes, quando agitur de jurepatronatus aquirendo per dotis augmenum, sufficere Ordinarii auctoritatem, non autem requiri Apostolicum beneplacitum.*

206 *Limita si agatur de jurepatronatus adquirendo tempore fundationis: vel quando dos esset in totum deperdita.*

208 *Ubi agitur de novo jurepatronatus adquirendo ex speciali privilegio in perniciem Ecclesiæ, ob novam servitutis speciem superinducendam, debet absolute ad Summum Pontificem recurri.*

Quamquam ædificia, si ea, qua debent, firmitate, ac soliditate constructa reperiantur, talem videantur præseferre naturam, & qualitatem, ut in ævum omne
1 duratura, quicumque ea conspexerint, sint judicaturi: nihilotamen secius ita judicantes maximo in errore versari non solum ratio, sed & ipsa demonstrat experientia, quæ re-
2 rum omnium efficax magistra jure merito nuncupantur, per *text. in* §. *pen. Instit de satisd., Jo. Marangon. in suo thesauro Parochorum Urbis, tom.*1. *Ad vener. & religiosiss. Collegium Parochorum Urbis, in princ., Jo. Mar. Novar. in tract. de elect. & variat. fori in prælud. n.*8.*, Rota decis.*282. *num.*9. *part.*14. *recent.* Habent enim ædificia,

cia, quæcumque ea sint, suam ætatem, senescunt ob vetustatem, & ipsa etiam moriuntur, juxta doctrinam *Gonzal. in cap. 1. de Eccles. ædific. n. 5., Piton. de controv. patron. alleg. 12. num. 25.; &* 3
ante ipsum *Sanazar.* qui *in lib. 2. de part. Virg.* ita cecinit;

Et querimur genus infelix humana labare
Membra ævo, cum regna palam moriantur, & urbes.

Bonum ergo, pium, ac religiosum erit officium, atque opus tum novas ædificare, tum contritas, & conscissas restaurare Ecclesias, *ad textum in Can. Boni Principis*, vulgo Marcelli, *distinct.* 4
96., Amostaz. de caussis piis lib. 5. n. 1., Balsameda de collect. quæst. 56. n. 1., Piton. d. alleg. 12. sub n. 2. vers. RR. PP. DD. Nuptius. At viceversa divinam ultionem merentur ii, qui tametsi de jure debeant, & possint, antiqua, & ruinosa templa reficere, decorique suo restituere omnino negligunt: quod ipsis etiam Gentili- 5
bus, ut notat *Piton. loco cit.*, ignotum haud fuit, exclamante *Horatio ode 6. lib. 3., ibique Gloss. verbo Delicta.*

Delicta Majorum immeritus lues,
Romane, donec Templa refeceris,
Ædesque labentes Deorum, &
Fœda nigro simulacra fumo.

Sed hoc præ cæteris agnoverunt Tridentini Concilii Patres respectu Ecclesiarum præsertim parochialium, *in Sess. 7. de reform. cap. 8., & in sess. 21. cap. 1. vers. Parochiales de reform.*, ubi enixe mandant locorum Ordinariis, ut opportunis juris remediis provideant, ut Ecclesiæ, quæ reparatione indigent, repa- 6
rentur, & cura animarum, quæ illis imminet, aliisque debitis obsequiis minime defraudentur; ita ut, ubi necessariæ restaurationi Ecclesiarum occurri minime poterit, habeat Episcopus supremam a Sede Apostolica mutuatam auctoritatem, facultatemque illas ad alias transferendi, perpetuoque hisce uniendi, ut 7
in folio Sacræ Congregationis Concilii habitæ 12. *Jan.* 1760. *in Civitatis Castelli translationis, §. Contendit, tom. 29. thesaur. resol. pag.* 10.

Inter ædificationem tamen, vel reædificationem, & restaurationem parochialis, vel alterius Ecclesiæ nonnulla necessario 8
sunt præmittenda, quæ habentur discrimina. Nam scire operæ pretium erit, quod quamvis in Ecclesiarum ædificatione Episcopi, seu Diœcesani consensus & auctoritas exigatur, ut in antecedenti titulo demonstravimus, ac docent *Donat. Rer. Regul. tom. 2.* 9
tract. de Monast. ædific. quæst. 22. n. 1., Ursaya part. 2. discept. 7. num. 19. tom. 1., Novar. in Summ. Bullar. Comment. 80. *num. 11.*, ac Sacra Congregatio in *Civitatis Plebis 26. Jan. 1760. §. Nec indirecte, tom. 29. thes. resol. pag. 26.*, attamen Ecclesiæ restauratio

10 fieri potest libere ulla absque Ordinarii licentia, immo non obstante illius proibitione: cum ab Episcopo potius sit præcipienda; juxta Tridentini Concilii mentem, & præscriptum *in cit. sess. 21. cap. 7.*, ut docet *Vanespen. in jus Eccles. univ. lib. 3. tit. 48. §. 1. num. 21.*, ac Sacra Congregatio Concilii in *d. Civitatis* Plebis *§. Nec indirecte*, *confirm. 22. Martii ejusd. anni ad 2. dubium*, ubi non obstante prohibitione Episcopi, fuit resolutum posse Confraternitatem Mortis Montis Joveni restaurare Ecclesiam Beatæ Mariæ de Quercu, ad ipsam ex pia donatione provenientem, ibique functiones Consortiales exercere. Proposito enim dubio: *An liceat eidem Ven. Confraternitati libere prosequi restaurationem Ecclesiæ B. Mariæ de Quercu; & juxta illam construere mansiones pro ejus, & Cappellani decenti commodo necessarias, etiam ex cœmentis aliarum mansionum ruinosarum, ita ut sit locus in hac parte moderationi edicti seu præcepti a* R̃mo *Ordinario editi sub die 16. Jan. 1758. in casu &c.* prodiit resolutio: *Affirmative ex fructibus super extantibus, & non necessariis pro implemento operum piorum, ac prævia approbatione donationis Ecclesiæ, & salvis juribus parochialibus; d. tom. 29. thes. resol. pag. 48.*

Secundo, etiamsi Parochus ratione præjudicii, quod passurus est, habeat facultatem, & jus sese opponendi ad novam ali-
11 cujus Ecclesiæ fundationem: quemadmodum *Rota* declaravit *cor. Falcon. decis. 19. sub n. 9. de offic. Ordin.* & audiri semper debeat in quibuscumque actibus tangentibus propriam Ecclesiam; *Rota coram Tanario in Spiren. juris funerandi* 18. *Februar.* 1743. *§. Ex*
12 *eodem*. Id tamen omnino fallit in Ecclesiarum restaurationibus, arg. *L. 1. §. Si quis ff. de nov. oper. nunc.*, & ex notatis a *Rota coram Stadion in Romana fabricæ 26. Jan.* 1759. *§. finali*, ubi concluditur in reparatione ædificii prohiberi non posse novum opus novum onus minime inducens: ut ad *text. in cit. L. 1. §. Si quis* tenent quoque *Palen. alleg. 260. n. 1. & 9. & Magon. decis. Florent. 54. n. 38. & seq.*, relat. a *Rota in cit. §. finali*.

Post hæc ita generaliter præmissa, ordo expostulat, ut descendamus ad inquirendum a quibus, seu quorum sumptibus, Ecclesiarum, de quibus agimus, restaurationes, ac reparationes fieri debeant. Id non potest ita facile, quemadmodum fortasse quis credet, definiri, & concludi, ob varias regulas, earumque exceptiones, & difficultates, quibus præsens materia est involuta. Curabimus tamen eo meliori, quo possumus modo, rem sub luce collocare. Ac primum tenenda est generalis regula, quod onus reparandi Ecclesias parochiales, vel alias, earumque indigen-
13 tiæ consulendi, ad proprios pertinet Rectores, omnesque cæteros, qui fructibus, ac redditibus illarum perfruuntur: ita ut

ad

ad id ab Episcopo valeant compelli etiam per fructuum sequestrationem, per *Can. Mos*, *& Can. De redditibus*, *can. Vobis*, *can. Concesso cau.12. quaest.2.*, *cap. De his*, *cap. Quicumque de Eccl. aedific.*, *Concil. Trid. sess.7. cap.8.*, *sess.21. cap.7. de reform.*, *Sperell. decis.97. n.9.*, *Panimoll. decis.15. annot.1. n.21.*, ac pluries Sacra Congregatio Concilii, ac signanter *in Herracen.* 18. *Martii* 1590. *lib.7. decret. pag.165.*, *Narnien.* 24. *Maii* 1657. *ad* 4. *dub.*, *Bossanien. reparationis Ecclesiae parochialis*, 25. *Febr.* 1741. §. *Jura*, *tom.10. thes. resol. pag.30. & seq.*, *&* 11. *Martii ejusd. anni ad bina dubia*, *d. tom.10. pag.35.* Quibus enim non displicet commodum, nec debet displicere onus injectum natura sua correspectivum; 14
per text. in cap.3. de pactis in 6., *Lambertin. de jurep. part.1. lib.1. quaest.3. art.7. n.4.*, *Murga de benefic. disput.6. dub.13.*, Rota *decis.477. n.5.*, *& decis.488. n.1. part.19. rec.*, *& cor. Olivattio in Majoricen. praeeminentiarum*, *& funerum* 11. *Jun.* 1756. §.4. & consonant quae traduntur ab eadem *Rota coram Zelada in Tarraconen. reaedificationis*, *& restaurationis Ecclesiarum* 19. *Jun.* 1761. §§. 3. 4. 15. 17.

Non enim solis Clericorum, aliorumve usibus, sed Ecclesiis ipsis ac beneficiis sartis, tectisque tuendis parati sunt fructus, 15
ac redditus Ecclesiastici; *Can.* 30. 31. *cau.* 12. *quaest.* 2., *Can.* 10. *cau.* 10. *quaest.* 1., *Can.* 2. *&* 3. *cau.* 10. *quaest.* 3., *cap.* 1. *de Eccl. aedific.*, *Concil. Trid. d. cap.7. sess.21. de reform.*, juxtaque tradita a *Rota cor. Crispo decis.7. n.8.* Ubi vero Ecclesia parochialis suos habeat, quemadmodum passim observatur, ad hunc finem, & effectum specialiter destinatos redditus, tunc ex ipsis redditibus ita designatis Ecclesiae indigentiis est providendum: ut post *textum* 16
in cap.1. & 4. *de Eccl. aedific.*, sancivit Trid. Concil. *Sess.21. cap.7. de reform.*, & concordant quae habentur in folio Sacrae Congregationis Concilii in *Spiren. reaedificationis Ecclesiae* 30. *Martii* 1761. §. *Causa*, tum in resolutione ad 1. dubium, ut in *tom.30. thesaur. resol. pag.* 105.; Nec ii, qui fructus, ac redditus ab ipsa percipiunt, tenebuntur, nisi in casu, quo dicti redditus impares habeantur; *Can. Decernimus cau.10. quaest.1.*, *Can. Concesso*, *Can. Quatuor*, *Can. de redditibus cau.12. quaest.2.*, *cap. De his de Eccl. aedific.*, *Glossa in cap.1. De Eccl. aedific.*, *ibique Abb. n.3.*, *Lambertin. ut sup. n.2. vers. Et primus*, *Ventrigl. in praxi part.2. annot.18. §.un. n.6.*, *ibique Anton. de Luca sub n.2. vers. Praxis tamen*, *Bellett. disquisit. Cleric. tit. de Cleric. debit. §.13. &* 14. *n.11.*, *ac Rota* praesertim *cor. Crispo d. decis.7. n.6.*

Dato autem casu, quo nulli redditus specialiter assignati reperiantur, vel impares, & insufficientes existant, tunc, si Parochus liberam exerceat curam, ad illum, cum decimas, aliosque fru-

17 fructus, & redditus percipiat, pertinebit onus manutentionis, seu restaurationis Ecclesiæ, ad modo citatas auctoritates, & ad *L. un. §. Sed omnes cod. de cad. toll.*, *& Concil. Trid. dict. sess.21. cap.7.*, *Anton. de Luca in cit. oserv. ad annot.18.*, *Ventriglia dict. §.un. n.1.*, *Surd. cons.62. num.1. & seqq.*, *S.Congregatio Concilii in Aximana restaurationis*, *5. & 26.Aug.* 1713., *thes. resol.pag.225. & seq.*, *&* 228.: & ad notata in folio Sacræ Congregationis Concilii in *d. Spiren. reædificationis Ecclesiæ §. Capitulum*, *ac Rota cor. Crispo dict. decis.8. sub n.6.*, *in Urbevetana restaurationis Ecclesiæ* 10. *Jun.*1752. §.2. impressa anno 1754. *sub num.*411. & in *Gerunden. divisionis parochiæ*, *super consignatione*, 12. *Maii* 1755. §. 5. Si vix vix pro sui honesta decentique sustentatione congruam habeat Conciliarem, a Tridentino nempe Concilio ei permissam *in sess.24. de reform. cap.53.*, non erit cogendus ad hujusmodi restaurationem: quemadmodum inter cæteros Doctores tenent *Ventrigl. loco cit. n.28. in fine*, *Bellett. loc. cit. sub n.11.*, & consonant quæ habentur in folio Sacræ Congregationis Concilii *in d. Spiren. reædificationis Ecclesiæ §. Spiren. §. Causa, in fine, thes. resol. pag.*104., *Rota decis.233. n.56. & seqq. part.6.*, *& decis.504. n.2. part.19. tom.2. rec.*, tum *cor. Vicecom. in d. Urbevetana restaurationis Ecclesiæ* §.12.

Neque refragatur resolutio Sacræ Congregationis Concilii *in d. Aximana restaurationis Ecclesiæ*, ubi exorta controversia inter Communitatem, & Parochum Ecclesiæ Staphili, circa tale onus, etsi Parochus id detractaret, sub allegatione, quod dedu-

18 ctis deducendis conciliaris ducatorum 100. congrua ei vix superesset, fuit contra illum capta resolutio: ut videre est *in thesaur. resol.pag.*228., & apud *Desargnam de jurep. post part.6. pag.*421., qui tale decretum nimis festinanter sequitur. Etenim quamvis Parochus adduceret reddituum insufficientiam, de hac tamen insufficientia minime fuit ab eo edoctum, prout ratio, & jus expostulabat. Secundo controversia agitabatur inter Parochum, & Communitatem, quæ ut liquet ex *folio proposito sub die 5. §. Secundo*, non erat gravanda hujusmodi restauratione, post quam notabilem pecuniæ quantitatem in Ecclesiæ reædificatione jam erogaverat. Tertio respondendum erat in dubio potius contra Parochum ex juris, & Tridentini Concilii dispositione gravatum, quam contra Communitatem, quæ, ut infra melius videbimus,

19 subsidiarie tantum tenetur, in defectum nimirum cæterorum mediorum, ex eod. Tridentino Concilio in *sess.21. cap.7. de reform.*, *ac Rota cor. Crispo d. decis.7. n.9.*

Si vero Parochus liberam non exerceat animarum curam, sed ad instar Vicarii habeatur, remanente habituali cura penes aliquam

aliquam Ecclesiam, v. g. penes Capitulum, Collegium, Monasterium, Locum pium, vel similem; tunc restauratio ex redditibus Capituli, Collegii, Monasterii, vel Loci pii, erit ad exitum perducenda, in totum exempto Parocho deputato cum sola 20
congrua tamquam stipendio sui laboris; *Barbosa de Paroch. part.1. cap.7., Bertachin. vot. decis.100. n.1. & 10., ac Sacra Congregatio Concilii in Spoletana restaurationis Ecclesiæ 12. Decemb.1705.* ac alibi apud *Card. de Luca in miscell. disc.29. per tot.* tum in *Clusina reparationis Ecclesiæ, 22. Septembr. 1725. thes. resol. pag. 220., ac Rota in Savonen. restaurationis Ecclesiæ parochialis 8. Maii 1709. cor. Card. Scotto*, relata in *folio Sacræ Congregationis Concilii in Sorana restaurationis Ecclesiæ parochialis, 13. Aug. 1727. §. Sacra Congregatio, thesaur. resolut. pag.338. & seq.* Etenim statim ac fructus parochiales percipiunt, debent absolute, quacumque dempta exemptionis specie, ad restaurationem, & manutentionem Eccle- 21
siæ devenire: ex *Trid. Concil. d. cap.7. sess.21. de reform.*, ibi: *Quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota: ex Constit.32. Benedicti XIV.*, incip. *Fidelis Dominus* §.17. *tom.3. sui Bull., ac Rota cor. Canilliac in Constantien. unionis 7. Martii 1738. §. Atque, & per tot.*

Idemque dicas si Ecclesia parochialis sit commendata, cum ignotum nemini sit in Commendatarios, qui Ecclesiæ redditus percipiunt, tale onus refundi debere, juxta resolutiones 22
Sacræ Congregationis Concilii, sed præsertim *in Bossanien. reparationis Ecclesiæ parochialis, 25. Febr.1741. §. Jura, & 11. Martii ejusd. anni ad bina dubia*: tum Sacræ Rotæ decisiones, sed præcipue *cor. Ratta in Constantien. reædificationis Ecclesiæ, 3. Martii 1758. §. 8. & seqq.* in qua *Bossanien. reparationis Ecclesiæ Parochialis*, adparet posse, contra Commendatarium renuentem, sequestrari redditus, & decimas ad eum provenientes, ut reparationi consulatur: quemadmodum factum fuit ab Episcopo Bos- 23
sanienſi contra Commendatarium Abbatiæ SS. Trinitatis de Sacargia. Cum enim Episcopus tempore visitationis anno 1738. habitæ, reperisset parochialem Ecclesiam S. Petri adeo pauperem esse, ut annuus ejus redditus vix sufficeret pro sumptu candelarum, & olei lampadis ante Eucharisticum Sacramentum, & sacrarium omni suppellectili orbatum, & fabricam plurimis indigentem reparationibus, suum edidit decretum, quo inter cætera, sequestrabatur pro tunc quarta pars fructuum decimarum a Parochianis Oppidi de Escano solvendarum quotannis, donec, & quousque præfata Ecclesia fuisset reparata, & indigentiis provisa.

Idemquoque servatum fuerat a prædefuncto Episcopo, qui in visitatione sub anno 1719., summam scutorum 50. ex decimis percipien-

cipiendis jussit sequestrari contra Priorem, ut inde sacrarum supellectilium restaurationi, aliisque Ecclesiæ necessariis illo tempore urgentibus consultum foret: prout legitur in *folio d. Bossanien.* 11. *Martii* §. *Jura in fine*, *d. thes. resol. pag.* 3. Redditus enim Ecclesiarum, sed præsertim decimæ non tam fuerunt adinventæ pro vi-
24 ctu, & sustentatione præsertim ministrorum, ut sic liberius divinis vacarent officiis, quam propter ejusdem fabricæ Ecclesiæ necessariam tuitionem; *Rebuff. in tract. de decimis quæst.* 2. *n.* 4., *Ripeus consult. can. lib.* 3. *tit. de eccles. ædific. consult.* 2. *n.* 14., *Pecch. de repar. Eccl. cap.* 14. *n.* 2., *Rota cor. Crispo d. dec.* 7. *n.* 8. Unde Decima-
25 tores, seu percipientes decimas parochiales ad Ecclesiæ restaurationem teneri, strenue sustinent *Gonzal. in cap.* 1. *n.* 7. *de Eccl. ædific.*, *Tondut. resol. Benefic. cap.* 38. *n.* 12. *part.* 1., *Borrell. in summa dec. tom.* 1. *tit.* 2. *n.* 12., *Rota dec.* 545. *n.* 1. *part.* 3. *rec.*, *dec.* 407. *n.* 2., *& dec.* 440. *n.* 2. *& seq. cor. Emerix jun.*, *& d. dec.* 7. *sub n.* 8. *cor. Crispo*, præter ea, quæ passim habentur *in supra cit. Constantien. reædificationis Ecclesiæ* 3. *Maii* 1758. *cor. Ratta*. Enim vero hoc onus restaurandi, vel reædificandi Ecclesiam parochialem, est
26 onus reale, adeoque parochialibus decimis affixum, ex notatis *a Barbosa de officio, & potest. Paroch. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 3., *ac Rota in Urbevetana restaurationis Ecclesiæ* 3. *Maii* 1752. §. 4. *cor. Vicecomite*, *& in d. Constantien. reædificationis Ecclesiæ* §. 13. *&* 15. Hinc percipientes decimas parochiales, seu spirituales, ad necessariam
27 Ecclesiæ restaurationem, vel reædificationem pro rata tenebuntur, *ad text. in can. Decernimus cau.* 10. *qu.* 1., *& cap.* 1. *&* 4. *de Eccles. ædific.*, *Concil. Trid. sess.* 21. *de reform. cap.* 7. *vers. Parochialis*, *ac Rota in d. Constantien.* §. 9. *&* 15.

Dixi *parochialibus decimis*, ut excludatis decimas laicales, quæ
28 ab hujusmodi onere sunt immunes, ex doctrina *Gonzal. in cap.* 1. *n.* 2. *de eccles. ædific.*, *Clericat. de benefic. disc.* 45. *n.* 1. *& sequ.*, *ac Rot. in Moguntina reparationis chori* 29. *April.* 1748. §. 8. *cor. Vicecom.*, *& in d. Constantien. reædificationis Ecclesiæ* §. 15. Nisi in casu
29 versaremur, quo decimæ Parochiales insufficientes probarentur, ad tradita *a Card. de Luca de decim. disc.* 6. *n.* 5. *& seq.*, *& disc.* 8. *n.* 14., *Leuren. in jus Canon. quæst.* 999. *n.* 4. *& seq.*, *ac Rota in d. Constantien.* §§. 11. 13. *&* 15.

Si Ecclesia sit jurispatronatus, & Parochus impar habeatur ad
30 Ecclesiæ restaurationem, tunc Patronus huic oneri subjicitur; *Concil. Trid. d. sess.* 21. *de reform. cap.* 7., *Salgad. de Regia Protectione part.* 3. *cap.* 5. *n.* 14., *Ventrigl. loco cit. n.* 15. *Constantin. vot.* 251. *n.* 43. *tom.* 2., & concordant quæ habentur in folio Sacræ Congregationis Concilii *in Spiren. reædificationis Ecclesiæ* 30. *Martii* 1761. §. *Causa*, §. *Alterum*, *tom.* 30. *thes. resol. pag.* 103. *& seq.*, *Rota cor. Falcon. de jurep.*

jurep. decis. 33. *n.* 10., ac præ cipue *cor. Vicecom. in Urbevetana restaurationis Ecclesiæ*, 19. *Jun.* 1752. §. 3. *& in Moguntina reparationis Ecclesiæ* 13. *Febr.* 1758. §. 4. *cor.* Paracciano. Atque hoc ad onus tenentur Patroni ob reciprocam, quam cum Ecclesia contraxerunt, obligationem, ut notant *Amostazz. de causis piis lib.* 5. *cap.* 6. 31
n. 20., *Bellett. ut sup.* §. 14. *n.* 20., *Franc. de eccl. cathed. cap.* 13. *n.* 67. *& seq.*, Rota *cor. Falcon. d. dec.* 33. *n.* 10. Eo quod Ecclesia Patrono concedat jura honorifica, atque utilia, de quibus plene disseruimus *in titulo antecedenti a n.* 165. *ad* 187., & per *text. in cap.* 1., *cap.* 19. *& cap.* 25. *de jurep.*, *Bellett. d.* §. 14. *n.* 11., *ac Rot. cor. Falcon. loco citato*. Neque audiendus est *Lambertinus de jurep. part.* 3. *art.* 2. *quæst.* 7. *princ. lib.* 3. *n.* 5., qui tenet, hoc onus pertinere ad 32
Rectorem, non vero ad Patronum. Nam id verum eo in casu, quo fructus Ecclesiæ, vel beneficii sufficiant, vel abundent pro Rectoris sustentatione, non autem quando minime sufficiunt, quemadmodum notant *Ventrigl. d. n.* 15. *in fine, & Bellett. loco cit. sub d. n.* 11., in 33
quo non dissonat decisio Rotalis *cor. Vicecom. in Urbevetana restaurationis Ecclesiæ*, 19. *Jun.* 1752., inter impressas anno 1754., sub *n.* 411., ubi in casu, de quo agebatur, damnatus fuit Parochus: quandoquidem agebatur de parochiali Ecclesia, cujus redditus, deductis oneribus, ad summam 200. scutorum ascendebant.

Beneficiati quoque in hujusmodi necessitatis casibus compelli possunt, ut pro rata fructuum ad Ecclesiæ, ex qua beneficiales reddi- 34
tus percipiunt, restaurationem concurrant, *ad text. in cap.* 1. *de Eccles. ædific.*, *Concil. Trid. d. cap.* 7. *sess.* 21., *Fusch. de visitat. lib.* 1. *cap.* 10. *in fine*, *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 11. *n.* 77. *& seq.*, *Ventrigl. loco cit. n.* 1., *Salgad. de Reg. protect. tom.* 1. *part.* 3. *cap.* 5., *& Constantin. vot.* 251. *n.* 9. *& n.* 17. ubi ait, hoc onus transire quoque ad hæredes Beneficiati qui fructus percepit, & tenebatur reficere, ac Rota *cor. Crispo d. dec.* 7. *sub n.* 6. Hæc autem Beneficiatorum contributio consistit in tertia fructuum parte, quæ ad hunc 35
effectum subtrahi debet, *Can. Decernimus cau.* 10. *qu.* 1., *Lotter. ut sup. quæst.* 13. *n.* 50. *& seqq.*, *Ventrigl. d.* §. *un. n.* 36. Quin fortasse excusari valeant, allegando corruptionem, & ruinam Ecclesiæ contigisse tempore Prædecessorum: nam reparatio, de qua agitur, est 36
onus, ac debitum reale, & simpliciter, absoluteque afficit successorem, *Bero. decis.* 204. *n.* 46., & ita Senatus Parisien. declaravit apud *Papon. lib.* 1. *tit.* 1. *arrest.* 14., ubi *n.* 15. habetur posse etiam constringi hæredes defuncti, quod & *Lotterus* sequitur loco cit. *n.* 54. *&* 37
seqq., necnon *Ventrigl. d.* §. *un. n.* 37., *& Constantin. vot.* 251. *n.* 17. *tom.* 2.

Illa Tridentini Concilii verba *in sess.* 21. *cap.* 7.: *Et alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt*: me libere

38 adducunt, ut asseram etiam Pensionarios pro rata pensionis ad contributionem teneri: ut pariter tenent *Constantin. vot.* 251. *n.* 11. *&* 27., *Bell. cons.* 144. *n.* 3. *ad* 7., *Ricc. dec.* 15. *n.*2., *& dec.*293. *n.* 2., aliique plures, *ac Rota cor. Buratto dec.* 468. *n.* 15., *& cor. Canilliac.* 14. *Jun.*1742. §. *Parum in Faven. suppressionis*. Nisi pensio ab omni onere libera esset imposita; *Barb. de off. & potest. Episc. part.*3. *alleg.* 64.*n.*18., *Ventrigl. loco cit. n.*13., *Sayr. in flor. dec. sub tit. de eccl. ædific. dec.*1., *Navar. cons. un. de eccl. ædific.*, *Ricc. dec.*15. *n.* 2. *part.* 4., *Panimoll. dec.*6. *annot.* 8. *n.* 53.

Quidquid asserant *Frances de eccles. cathed. cap.* 13. *n.* 41.,
39 *& Constantin. dict. voto* 251. *n.* 19. *& sub n.* 23., distinguentes onera extraordinaria ab ordinariis, ita ut liberatio locum habeat in illis, non autem in istis, cujusmodi sunt restaurationes Ecclesiarum, paramentorum, aliorumque id generis. Hujusmodi enim liberatio facta a sacro Supremo Principe talem habente potestatem, non est patiens alicujus distinctionis, ac restrictionis; quod dictio, seu ver-
40 bum *omni* aperte declarat, evincitque: est enim universale, & nihil excludit, *ad l.*1. *ff. de legib.*, *ac Rot. dec.* 157. *n.* 19. *&* 20., *& dec.*179. *n.*9. *part.*6. *recent.* proindeque hujusmodi verba exclusiva cujuscumque oneris generaliter prolata, non sinunt, ut fieri va-
41 leat restrictio ad unum potius quam ad alterum onus; *ad l. Pluribus ff. de acceptil.*, *Bartol. in l. Emptor* 48. §. *Lucius sub n.*3. *vers. Quod intelligo*, *ff. de pactis*, *ac Rota*, in alia facti specie, sed huic mirifice congruente, *in Romana*, *seu Januen. pecuniaria super capitali quoad partitam scut.* 16354., 14. *Maii* 1751. §. 4. *cor. Molino*, *& in Romana*, *seu Novarien.* 7. *Martii* 1757. §. 9. *&* 10. *cor. Card. Elephantutio*: ubi notanda sunt illa verba. *Etenim statim ac ex instrumento resultat Fabritium admissum fuisse in socium unice pro participatione lucrorum*: senza che sia, o possa essere obligato ad alcun peso, contribuzione, incomodo, o assistenza &c.

Nec dicas hujusmodi liberationem in Beneficiati detrimentum converti; quandoquidem onus, cui Pensionarius subjiceretur, in defectu liberationis pensionis, non potest in Beneficiatum retor-
42 queri, illiusque onus impensarum pro Ecclesiæ restauratione, augere. Beneficiatus enim, ex jam demonstratis, tenetur contribuere pro rata fructuum, quos ipse ab eadem restauranda Ecclesia per-
43 cipit: ac per consequens non tenetur contribuere pro fructibus illis, quos ipse non percipit, utpote in Pensionarii favorem destinatos: eodem modo, quo decimas non percipientes, non tenentur ad im-
44 pensarum contributionem, ad tradita *a Bero. consil.* 3. *n.* 12. *& per tot. lib.*1. *part.*3., *Surd. consil.* 62. *n.*1. *& seq.*, *& Rota in Moguntina reparationis chori* 4. *Jul.* 1749. §.8. *cor. Clemente*, *& in Constantien. readificationis Ecclesiæ* 5. *Maii* 1758. §.14. *cor. Ratta*, præter

ter ineluctabilem juris censuram statuentem, quod fructus non censeantur, nisi qui, deductis omnibus impensis, in percipientis utilitatem supersint, *L. Fructus ff. sol. matrim.*, ac *Rota in Romana pecuniaria* 14. *Maii* 1754. §. 11. *cor. Figueroa, in Bononien. fideicommissi super fructibus* 15. *Jan.* 1753. §. *fin. cor. Card. Elephantutio, & in Romana domus, & fænilis super fructibus* 5. *April.* 1756. §. 5. *cor. Card. Busso.* 45

Cappellani quoque obligari possunt ad hujusmodi contributionem, ut tenet *Marta de jurisd. part.* 2. *cap.* 48. *num.* 8. *apud* 46
Ventrigl. d. n. 13. Eodem modo, quo si redditus Episcopi, & Canonicorum pro debita portione pares minime sint pro reparatione Cathedralis Ecclesiæ, tenetur quoque Clerus inferior ad necessariam reparationem, & in subsidium, ut tradit *Gemin. in cap. Quatuor cau.* 12. *q.* 2., *Bellett. ut supra* §. 13. *n.* 18., *Ventrigl. d.* §. *un. n.* 9., *Lambertin. de jurep. part.* 3. *lib.* 3. *quæst.* 7. *art.* 2. *sub n.* 4. *vers. Si autem*, *Bero. consf.* 3. *n.* 23. *& seqq.* 47

Etenim Episcopus pro Cathedralis Ecclesiæ reparatione, nec non pro omnibus aliis ornamentis, & necessariis ad divinum cultum, debet expendere quartam partem fructuum, & redditum Episcopalium, & hanc pro tam pio usu tenetur diligenter, ac religiose servare, *Can. Decernimus cau.* 10. *qu.* 1., *Bellett. ut sup. n.* 14., *Ventrigl. d.* §. *un. n.* 7. & ibidem *Anton. de Luca n.* 1., *Surd. consf.* 62. *n.* 23., *Mantic. dec.* 284. *n.* 4. *&* 5., *Rota dec.* 627. *n.* 2. *part.* 1. *rec.* Eodem onere gravantur Canonici, unum idemque corpus cum Episcopo constituentes, & ab eadem Ecclesia suarum præbendarum emolumenta percipientes, *Cap. fin. de his, quæ fiunt a majori parte capituli*, & Doctores ibidem, ac signanter *Abb. n.* 7. *& in cap.* 1. *n.* 3. *de eccles. ædific.*, *Lambertin. de jurep. d. lib.* 3. *qu.* 7. *art.* 2. *n.* 3. *&* 4. *vers. Tertius est casus*, *Fusc. de visit. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 15. *&* 16. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *qu.* 11. *n.* 79., *Ventrigl. ut sup. n.* 8. Et Episcopus potest eidem fabricæ assignare distributiones Canonicorum deficientium, ut docet *Barb. de jure Eccl. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 13. 50
Bellett. ut sup. n. 16. ubi alii Doctores citantur, *ac Ventrigl. d.* §. *un. sub n.* 8. *in fine*. Tum etiam compellere potest cæteros Beneficiatos Ecclesiæ, *Ventrigl. ibidem n.* 13. *&* 36. atque Clerum inferiorem ad contribuendum de superabundantibus fructibus, deductis 51
necessariis, ex communi opinione, quam tenet *Lambert. loco cit. n.* 4. *vers. Si autem*, *Ventrigl. ut sup. n.* 8. *& seq.*, *ac Bero. d. consf.* 3. *n.* 22. *& seq.* 52

Immo nedum potest Episcopus in casu urgentiæ ordinare, ut omnia beneficia suæ jurisdictioni subjecta impendantur pro rata in Ecclesiæ Cathedralis reparationem, verum etiam, ut beneficia ab ejus exempta jurisdictione huic oneri subjiciantur, juxta doctrinam 53
Franch. in cap. 10. *de rescript. in* 6., *ibique Gemin. n.* 6., *Gonzal. ad*

Mm 2 *reg.* 8.

reg. 8. *Cancell. gloss.* 52. *n.* 26., ac resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *Celsonen. mediæ annatæ* 2. *Decemb.* 1741. §. *Ex triplici in fine*, *tom.* 10. *thes. resol. pag.* 199., in qua proposito dubio: *An beneficia etiam exempta*, *sed in diœcesi Celsonen. teneantur ad solutionem mediæ annatæ in casu &c.* responsum fuit: *Affirmative*. Potest quoque, quotiescumque concurrant requisita Tridentini Decreti super hac re editi, exigere Episcopus pro reparatione Cathe-
54 dralis Ecclesiæ, mediam annatam à beneficiis jurispatronatus laicalis: ut Sacra Congregatio Concilii declaravit, *in Æsina mediæ annatæ* 22. *Jul.* 1741. *d. tom.* 10. *pag.* 110., *&* 9. *Septembris ejusdem anni pag.* 141.

Ex Constitutione 59. Benedicti XIII. ad singulos Italiæ Episcopos directa, incipiente, *Pius*, *& misericors*, *Bull. nov. Tom.* 11., & ex folio Sacræ Congregationis Concilii *in Maceraten. aperitionis oris*, 25. *Aug.* 1760. §. *Instant.* tenentur ne dum Canonici, & Bene-
55 ficiati pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis solvere mediam annatam, sed etiam Parochi ad hanc mediæ annatæ solutionem obligantur, ut
56 Sacra Concilii Congregatio declaravit in *Tyburtina mediæ annatæ* 4. *Maii* 1754. *thes. resol. pag.* 30. Sunt autem deducenda in beneficiis curatis pro hujusmodi solutione onera fixa, & realia; non vero per-
57 sonalia, ut sacra Concilii Congregatio declaravit *in d. Tyburtina mediæ annatæ*; quin refragetur resolutio ejusdem Sacræ Congrega-
58 tionis in *Foro Sempronien. mediæ annatæ* 18. *Martii* 1743.; Ibi enim de personalibus, non de realibus oneribus agebatur.

Quod de Canonicis, & Beneficiatis Ecclesiæ Cathedralis dictum fuit, intelligi quoque debet de Canonicis, & Beneficiatis Ecclesiæ Collegiatæ, qui pro istius reparatione, ac manutentione tenentur
59 concurrere, ex constit. laudati Benedicti XIII. impressa *in appendice ad Concil. Romanum* sub *n.* 24. Si parochialis quoque, & Commendata existit Ecclesia, ad Parochum, & ad Canonicos, & Benefi-
60 ciatos tale onus pertinebit, non vero ad Abbatem, vel alium Commendatarium, ut *Card. Lanfredinus* tenuit in responsione juris Canon. in *una Nullius*, *seu Mantuana restaurationis Ecclesiæ*, *n.* 6., & *post textum in cap. Quicumque de Eccl. ædific.*, tenuit *Panimoll. decis.* 6. *annot.* 8. *n.* 8., *Sperell. decis. Eccles.* 67. *n.* 3. *& seq. vol.* 1., & Sacra Congregatio Concilii in *Nullius*, *seu Sublacen. restaurationis Ecclesiæ*, 11. *Jul.* 1750, *thes. resol. pag.* 53. *& seqq.* contra Canonicos, & Præpositum Ecclesiæ Collegialis, & Parochialis S. Andreæ Sublaquei, cujus Abbas Commendatarius erat Cardinalis Spinola.

Tenentur, inquam, Canonici, & Beneficiati Collegiatæ Ecclesiæ, solvere mediam annatam, ex dict. Constitutione Benedicti XIII, impressa in *appendice ad Concil. Roman. sub n.* 24. Sed tale onus

onus habet locum in Collegiatis erectis tam ante dictam Constitutionem, quam post eandem, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *Imolen. mediæ annatæ* 14. *Jan.* 1758. §. *disputat*, *& ad* 2. *dub.*, *thes. resol. tom.* 27. *pag.* 5. confirmata 18. *Febr. ejusdem anni*, *pag.* 14. Nam Sacra Congregatio condemnavit Capitulum cathedralis Ecclesiæ, eo quod exegerat medias annatas a provisis in duabus respectivis Collegiatis Terræ Lugi a *Clemente XII.* anno 1733. erectis, & tunc temporis divisis, & inde a *Benedicto XIV.* ad dirimendas controversias anno 1741. motu suo proprio unitis, ad restituendas Capitulo Collegiatarum unitarum a die erectionis utriusque Collegiatæ, medias annatas in præteritum perceptas. 61

Ad effectum autem reædificandi, vel restaurandi Cathedrales, Collegiales, Parochiales, aliasve Ecclesias, ne Summus quidem Pontifex solet pias morientium voluntates commutare absque 62
justa causa, seu præcisa necessitate, & utilitate Ecclesiæ, ut cohærenter ad *Concil. Trid. in sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.* probant *Fagnan. in cap. Relatum n.* 36. *Ne Clerici, vel Monachi*, *Monet. de commut. ultim. volunt. cap.* 6. *n.* 6., Sacra Congregatio Concili in *Maceraten. aperitionis oris* 22. *Septemb.* 1759. §. *Maceraten.*, §. *ubi, tom.* 28. *thes. resol. pag.* 86. & in eadem 25. *Aug.* 1760. §. *Instant*, & Rota in *Romana*, *seu Bononien. Collegii* 24. *Martii* 1732. §. *Secluso, cor. Card. Aldrovando*. Hinc est, quod postquam a Summo Pontifice *Benedicto XIV.* fuerat Motu proprio peracta commutatio duarum ultimarum voluntatum, & bona unita, atque applicata fabricæ Cathedralis Maceraten., cum facultate eam demoliendi, & denuo reædificandi, eo quod ipsi narratum fuerat Ecclesiam Cathedralem esse omnino fatiscentem, & ruinosam, quod falsum erat, ut ex dictis foliis eruitur, cum Ecclesiæ fundamenta adhuc firmissima essent, parietes in priori, & optimo statu consisterent, nulloque modo fatiscens Ecclesia, sed illius tectum, & porticus ex aquis aliquid detrimenti tantum accepissent, ita ut ex Peritorum judicio pro Ecclesiæ reparatione sola scuta 100. essent impendenda, cum Communitas obstaculo fuerit, ne Apostolicus Motus proprius executioni demandaretur, & a Sanctissimo Domino feliciter regnante *Clemente XIII.* impetraverit aperitionem oris adversus Motum proprium *Benedicti XIV.*, post hanc nempe probatam subreptitie obtentam Apostolicam gratiam, delato dubio ad Sacram Concilii Congregationem: *An intret arbitrium pro aperitione oris?* responsum fuit: *Affirmative*, *& amplius*, *d. tom.* 29. *thes. resol. pag.* 154.

Fuit numquam satis commendabilis d. Summi Pontificis *Benedicti XIV.* solicitudo, atque cura, illiusque profusa liberalitas 63
circa

circa Ecclesias vel reædificandas, vel restaurandas in æternum Romanæ Urbis, christianæque religionis ornamentum, & decus: quemadmodum nunc temporis numero plurima erecta existunt, & conspiciuntur monumenta. Hinc, cum *clar. mem. Card. Mari-*
65 *ni* integram tanti Pontificis fidei crediderit, commiseritque hæreditatem, fuit hæc brevissimo temporis spatio in pauperum, locorum piorum, & Ecclesiarum utilitatem, & commodum, ita omnium Pastore, atque Patre amantissimo imperante, erogata, & consumpta. Jussit inter alia, ut scuta biscentum supra mille pro instaurandis ædibus insignis Collegiatæ S. Mariæ in via lata, & pro sacris vasibus, atque supellectilibus exornandis erogarentur: in cujus beneficii memoriam fuit sequens grati animi monumentum a Capitulo erectum.

66 BENEDICTO XIV. P. O. M.

QUOD

EX HÆREDITATE CLAR. MEM.

CAROLI S. MARIÆ IN VIA LATA DIAC. CARD. MARINI

FIDEI SUÆ CREDITA

SCUTA BISCENTUM SUPRA MILLE

INSTAURANDIS

TEMPLI HUJUS ÆDIBUS

SACRISQUE VASIBVS ET SUPELLECTILIBUS

EXORNANDIS

EROGARI JUSSERIT

CAPITULUM ET CANONICI EIUSD. ECCLES.

TANTI BENEFICII MEMORES

GRATI ANIMI ERGO

M. P. P.

ANNO R. S. MDCCXLIX.

Longe autem majora in eandem Basilicam, insignemque Collegialem Ecclesiam collatæ liberalitatis fuerunt beneficia, qui-
67 bus æternam sibi promeruit apud posteros memoriam Serenissimus Princeps *Mauritius a Sabaudia*, dicti Tituli S. Mariæ in via lata Cardinalis Diaconus. Non solum enim pretiosissimis, quæ adhuc asservantur, supellectilibus sacrarium instruxit, sed alia etiam

etiam in ſuæ Titularis Eccleſiæ ornamentum, & decus contulit: ita ut Capitulum, & Canonici, æternum grati animi, & honoris monumentum beneficientiſſimo Principi, dum adhuc viveret, erexerint, ita conceptum.

SERENISSIMO PRINCIPI
MAURITIO A SABAUDIA
HUJUS TIT. DIAC. CARD.
QUI REGUM SATU ORTUS REGIA LIBERALITATE
PRINCEPS ET ABSQUE EXEMPLO
PRETIOSISSIMA SACRARIUM SUPELLECTILE INSTRUXIT
ET ECCLESIÆ MAIORA IN DIES ORNAMENTA MEDITATUR
CANONICI
ÆTERNUM STATUUNT GRATIÆ ET HONORIS MONUMENTUM
ANNO SALUTIS MDCCXXVII.

Ad Communitatem quod attinet, ſeu populum, ac parochianos, iſti ad Eccleſiæ reſtaurationem in ſubſidium tenentur, ex 68
Tridentino Concilio in *cit. ſeſſ.21. de reform. cap.7.*, ubi notanda ſunt illa verba: *Aut in illorum defectum, Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota*: quod Doctores communiter fatentur, ac præſertim *Marta de juriſdict. part.2. cap.48. n.6.*, *Ventrigl. in praxi part.2. annot.18. §.un. n. 25.*, *Conſtantin. vot.251. ſub n.12. verſic. ſexto, & num.24.*, *Velaſc. tom.2. conſult.179.*, *ac Rota cor. Criſpo d. deciſ.7. n.9.*, *ac cor. Vicecom. in Urbevetana reſtaurationis Eccleſiæ 19. Jun.1752. §.6. & ſeq.*, impreſſa *anno* 1754., *ſub n.* 411. Adeoque tali urgente neceſſitate illos poteſt Epiſcopus ut Sedis Apoſtolicæ delegatus remediis opportunis compellere; *Concil. Trid. d. cap.7. ſeſſ.21.*, *Barb. de offic. & poteſt. Epiſc. part.3. alleg.64. n.6.*, & Sacra Congregatio Concilii in *Tuſculana reparationis Eccleſiæ 14. Decemb.1737. §. Rationum, & 11. Jan.1738. ad 1., & 1. Martii ejuſd. anni, theſ. reſol. pag.2., & 43.*, *ac Rota deciſ.561. n.2. part.4. tom.1. rec., & cor. Molin. deciſ.148. n.11.* Omnis enim æqui bonique ratio expoſtulat, ut Parochiani ſponte etiam huic oneri ſeſe ſubjiciant, cum iſti a parochiali Eccleſia 69
percipiant Sacramenta, divinaque in ea audiant officia, ex plene deductis a *Rota cor. Zelada in Terraconen. reædificationis, & reſtaurationis Eccleſiarum 19. Jun. 1761. §§. 3. 4. 15. 17.* cumque hoc opus & publicum, & commune ſit, omnium concernens utilitatem, neceſſitatemque; *Can. quatuor cau.12. quæſt. 2., cap. ſi Mona-*

Monachus, ubi Glossa cau.16. quæst.1., ac communiter Doctores in *cap.1. de Eccles. ædific.*, *Marta ut sup. part.2. cap.48. n.9. & seq.*, *Ventrigl.* aliique plures apud *eundem d. §.un. n.16.*, *Bald. cons.132. in fine lib.1.*, *Dec. cons.118. n.3.*

Et hoc ab onere nemo eximi potest, sive nobilis, sive ple-
70 bejus, sive laicus, sive Clericus, seu Ecclesiasticus de bonis patrimonialibus, sive miles, sive paganus, *arg. L. Ad refectionem cod. de sacros. Eccles.*, *Marta ut sup. cap.48. sub n.15.*, *Ventrigl. d. §. un. n.22. & 25.*, *Bellett. d. §.14. sub n.6. & 7.*, *Ricc. decis.293. n.6.*
71 *& 9.* Incolæ quoque, ac bona in Parœcia possidentes huic reali oneri subjiciuntur; *Ventrigl. ut sup. n.23.*, *Bellett. sub d. num.6.*, *Pacian. cons.7. n.96. 106.120.*, *Ricc. d.decis.293. n.5.*, *ac Rota cor. Zelada in Terraconen. readificationis, & restaurationis Ecclesiarum 19. Jun.1761. §. Æquior.* Tenentur enim omnes non solius æquitatis, sed justitiæ etiam titulo ad Ecclesiæ reparationem concurrere,
72 cum ab ipsa spirituale commodum pecipiant mediantibus Sacramentis, divinisque officiis: unde interest eorum Ecclesiam esse sartam, & tectam, ejusque reparationi consulere; *Granamiet. in tit. de Eccles. ædif. & repar. n. 9.*, *Caren. resol. 249. num.4.*, *Wasnes cons.110. num.1.*, *Velasc. consult.179. n.9.*, *ac Rota coram Crispo d. decis.7. n.11.*, & cor. *Zelada in d. Terraconen. readificationis, & restaurationis Ecclesiarum 19. Jun.1761. §§.3. 4. 15. 17.*

Diximus, populum, seu Parochianos ad Ecclesiæ restauratio-
73 nem in subsidium teneri. Sed hujusmodi conclusio videtur everti, ac labefactari ob resolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in Spiren. readificationis Ecclesiæ 30. Martii 1761. ad 1. dubium*, in quo, cum quæreretur: *An, & ad quem spectet readificatio Eccle-*
74 *siæ Parochialis Oppidi Seelbacensis?* responsum fuit: *Ad 1. spectare primo loco ad redditus Parochiæ: secundo loco ad Populum: tertio ad Patronum*. Quamvis enim de reædificatione tantum concepta adpareat resolutio, extendi tamen debet ad restaurationem: cum exploratissimi juris sit, in casu, quo de agimus, Ecclesiarum
75 reædificationem, & restaurationem inter se comparari, & quod de illa fuit statutum, ad istam quoque referri, extendique posse, vel e contrario, *ad textum in L.3. §. Hoc autem ff. de itin. actuque priv.*, ibi: *Ædificare autem non solum qui novum opus molitur, intelligendus est, verum is quoque, qui vult reficere*, ac in specie *Amostaz. de caus. piis lib.5. cap.5. n.1.*, *Anaclet. in jus Canon. lib.3. tit.48. §.1. n.26.*, *Barbos. ad cap. De his, de Eccles. ædific.* ubi Sacræ Congregationis Concilii resolutiones refert, ac *Rota cor. Ratta in Constantien. readificationis Ecclesiæ 3.Martii 1758. §.7. in fine*, ibi: *Quod præcise editum quoad Ecclesiæ reparationem, locum quoque sibi vindicat in readificatione &c.*

Cæte-

Cæterum, si res, ea, qua decet, meditatione illustretur, nulla ex adducta resolutione orietur difficultas, immo præjactæ conclusioni penitus consentanea deprehendetur. Enim vero agebatur de Populo, seu Communitate, quæ, præter commodum, quod ab Ecclesia spiritualiter perceperat, domum Parochialem e fundamentis excitaverat, ac retroactis temporibus solita fuerat contribuere pro Ecclesiæ necessariis reparationibus, ad quas ab Ordinario quoque tempore visitationum Pastoralium fuerat constricta, ut melius adparet in folio citatæ *Spiren. reædificationis Ecclesiæ*. Hinc quemadmodum ex sola etiam supradicta consuetudine poteratCommunitas, seu Populus obligari ad novas Ecclesiæ, si supervenissent, restaurationes, eo quod in hac quoque materia plurimum sit ipsa 76
consuetudo attendenda: ita ob hanc eandem consuetudinem potuit ante Patronum constringi ad Parochialis Ecclesiæ reædificationem, ex supra demonstratis, ubi dictum fuit ad Ecclesiarum reæ- 77
dificationem esse quoque extendendum, quod de earumdem restauratione fuit statutum, ac judicatum. At e contrario ad Patronum 78
oratione conversa, ideo fuit a Sacra Congregatione resolutum, illum tertio loco teneri ad Ecclesiæ Parochialis reædificationem, quia agebatur de Patrono, qui solam dotem, quæ adhuc extabat, pro Rectoris sustentatione, non vero pro fabrica Ecclesiæ assignaverat, ut legere est in dicto folio §. *Spiren.* in principio, ibi: *In illa erecta est de jurepatronatus dicti Baronis, qui dotem pro Rectore contulerat*; tum etiam §. *Triplex*, ibi, *Cumque propterea in sequuta villæ Seelbacensis dismembratione, solus loci Baro dotem contulerit pro Rectore, & nihil sive ab ipso, sive ex redditibus Ecclesiæ matricis assignatum fuerit pro fabrica Ecclesiæ &c.* Adeoque non poterat, nisi in subsidium post dictam Communitatem compelli ad expensas pro reædificanda illa Ecclesia, cujus ipse non fuerat fundator: secus ac 79
dicendum esset, si actum fuisset de nova constituenda dote pro Rectoris sustentatione, eo quod ipsa defecerit, ad notata *ab Amostazz. de causis piis lib. 5. cap. 5. a n. 22.*, & ex iis, quæ infra suo loco in medium asseremus.

Repartitio autem, quæ fieri debet a Parochianis,non est facienda per capita personarum, vel domorum, sed in solidum pro rata juxta 80
cujuscumque facultates; *Franc. Leo in thes. fori eccles. lib. 2. cap. 16. n. 37. & seqq., Bellet. d. §. 14. sub n. 11., Barbos. de jure eccles. lib. 2. cap. 4. n. 7. in fine, Ventrigl. d. §. un. n. 21.* Est enim, ut supra diximus, opus publicum, publicamque utilitatem respiciens: at ad publicam ope- 81
ris constructionem tenentur cives pro rata æstimi conferre; *L. Omnes provinciarum cod. de oper. publ. faciend., L. Propter, ubi Bald. n. 12. cod. Qui bona Eccles. poss.* Hæc insuper Ecclesiæ restauratio cum frequenter non contingat, dici potest extraordinaria: sed cum 82

fieri debeat pro publica necessitate, & utilitate, dici jure ac merito potest ordinaria: quandoquidem onera dicto modo imposita æquiparantur ordinariis, & realibus oneribus, *L. Omnes omnino cod. de annon. & trib.*, *L. Munera cod. de munerib. public.* Adeoque legitima dimanat consequentia, prædictam contributionem ut supra esse faciendam, eo quod onera ordinaria, & realia teneantur omnes su-
83 bire juxta proprii patrimonii quantitatem, non vero juxta personarum numerum, *L. 1. ubi Glossa verbo Inopes, ubi Bart. n. 8., cod. de apoc. public., Afflict. ad Constit. Regni de consum. univers. n. 9.*

Ratione reparationis, vel erectionis Ecclesiæ a Communitate, seu Parochianis habitæ, quandoque permittitur, ut Insignia Communitatis collocentur in Ecclesiis, quæ sub jurisdictione Sacræ Re-
84 ligionis Hierosolymitanæ, vel alterius reperiuntur, ut notat *Rota cor. Molines dec. 148. n. 11.* Id comprobatur exemplo petito a parochiali Ecclesia S. Blasii Buttilieriæ Astensis, seu a patria mea, quæ Ecclesia Communitatis armis, & insigniis est decorata, eo quod ab ipsa fuit erecta, illiusque oneribus commissa est manutentio, & reparatio: quamvis jurisdictio, seu cura penes Religionem Hierosolymitanam remaneat, seu pro tempore Commendatarium, a quo pendet duorum Parochorum curam actualiter exercentium deputatio, & justa concurrente causa remotio. Secus vero Cœmeterium commune, in cujus interno situ, ubi antiquitus, ut pluries audivi, erecta erat parochialis Ecclesia, Parochianis ob notabilem distantiam valde incommoda, erecta existit Cappella mediocriter ampla, & oblonga, sub jurisdictione ejusdem Religionis, ejusdemque armis distincta.

Si, quemadmodum demonstravimus *in titulo 4. de erectione Vicariarum*, & clare liquebit ex duobus hujusce Partis postremis Titulis, contingat casus, quo in una, eademque Parochia, duæ habeantur Ecclesiæ, quarum una sit matrix, & altera filialis, atque interim restauratio, vel reædificatio sit necessario conficienda, non erit difficile definire ad hujusmodi restaurationem,
85 vel reædificationem non posse compelli Parochianos Ecclesiæ filialis: quemadmodum sacrum Rotæ Auditorium declaravit *coram Zelada in Terraconen. reædificationis & restaurationis Ecclesiarum 19. Jun. 1761. §. 15.*, ubi clara sunt illa verba: *Nam ubi etiam concedatur Ecclesiam Villæ* della Canonica *fuisse subjective unitam, ac esse filialem, non ob id tamen homines ejusdem Villæ contribuere tenerentur ad sumptus constructionis Ecclesiæ in oppido* del Masricart *reædificatæ, quæ per hypothesim figuratur Ecclesia principalis, & Matrix.* Nam statim ac dicti homines propriam habent Ecclesiam, a qua sacramenta suscipiunt, aliaque spiritualia commoda percipiunt, omnis æqui, bonique ratio expostulat, ut

pro

pro sola restauratione, vel reædificatione concurrant illius tantum 86
Ecclesiæ, a qua dicta commoda spiritualia retrahunt, ut *Rota* ratiocinatur *in citato* §. 15.

Multoque minus compelli poterunt ad hujusmodi onus, quotiescumque concludenter adpareat, Parochianos Ecclesiæ Matricis
nunquam excitavisse prætensionem exigendi talem contributionem 87
per decursum 30. & amplius annorum, *Rota in d. Terraconen.* §. 16. Quandoquidem hujusmodi diuturnum silentium non nisi ad agnitionem sibi deficientis juris, & actionis in homines Ecclesiæ filialis
referri congrue poterit: cum aliàs non omisissent per tantum tem- 88
pus jura, si quæ sibi competere putabant, exercere, & in judicio experiri: *ad textum in L. Si quis forte, vers. Quis enim ff. de pœn.*, *Rota cor. Ansaldo decis. 712. n. 12., cor. Falcon. de servit. dec. 6. n. 11., & ue subbast. decis. 1. n. 18., & in d. Tarraconen. in fine* §. 16.

Neque etiam ad Ecclesiæ restaurationem, vel reædificationem tenebuntur, ex eo, quod soliti quandoque fuerint filialis Parochiæ incolæ aliquam olei quantitatem pro usu Matricis Ecclesiæ, vel quid aliud suppeditare, ex sola devotionis gratia: eo quod hujusmodi præstatio originem habuerit a peculiari obligatione ad certum tempus, vel ad peculiarem causam, nempe devotionis directa, conceptaque, ac per consequens non potest inducere obligationem
in futurum, neque extendi ad onus contribuendi ad novam Eccle- 89
siæ reædificationem, vel restaurationem; cum hujusmodi contributio longe gravior sit, quam altera, neque eandem habeat causam, ex traditis *a Rota in Colonien. utensilium 9. Maii 1761.* §. 8. *cor. Herreros, & in d. Terraconen.* §. 20. Quod pari modo intelligi debet de restauratione, vel reædificatione ejusdem Ecclesiæ
olim facta ex sola devotionis, vel liberalitatis contemplatione: 90
quæ proinde illos non eximit, qui ad tale onus sunt obligati, ex plene animadversis *a Constantino in suo voto 251. n. 26. 27. 51. & 52. tom. 2.*

Si Parochus Ecclesiæ Matricis baptisma quandoque contulerit incolis Ecclesiæ filialis, ipsisque Sacramenta Viatici, olei sancti,
& similia ministraverit: id non poterit suppeditare causam illos 91
compellendi ad contributionem in sumptus pro restauranda, vel reædificanda Parochiali Matrice Ecclesia: ratione in hoc posita, quia videlicet ad effectum, quo de agimus, a necessaria est universalitas usus, vel pro majori parte: ut ratiocinatur *Rota in dicta* 92
Terraconen. §. 14. Exemplo ducto ab utentibus duplici Parochia pro vario tempore, qui ferre non tenentur onus reparationis illius Ec-
clesiæ, qua pro minori anni parte utuntur: ut tradunt *Tondut.* 93
quæst. benef. part. 1. quæst. 38. n. 5. Frances de Eccles. Cathed. cap. 13. n. 75., Balsamed. de collect. quæst. 56. n. 17., ac Rota in ea-

 dem

dem Tarraconen. reædificationis, & restaurationis Ecclesiarum 19. *Jun.* 1761. *cor. Zelada* §. 19. *in fine*.

Mihi tamen, salva Doctorum, atque Rotæ auctoritate, hæc
94 posterior conclusio non plene adridet. Nam onus obligationis contribuendi pro sumptibus restaurandæ, reædificandæve Ecclesiæ, est commodum spirituale, quod ab eadem percipitur, juxta Rotalem doctrinam in eadem *Terraconen.* §. 4. ibi: *Commodum spirituale est fons, & principium obligationis*, ac §. 15. & 17. Hinc sequitur, utentes duplici Parochiali Ecclesia teneri pro rata temporis, ad restaurationem, vel reædificationem illius Ecclesiæ, pro qua commodum spirituale perceperunt, & percipiunt: cum, dempto discrimine a temporis quantitate petito, eadem utroque in casu ra-
95 tio vigeat, ac militet: proindeque ex notissima juris regula, idem feratur judicium necesse erit omnino; *ad textum in L. Illud, & L. Lucius ff. de vulg. & pupill.*, *Card. de Luca de emphyth. disc.* 4. *n.* 10., *Rota in Perusina devolutionis* 21. *Novemb.* 1755. §. 5. *cor. Card. Bussio*, *& in Romana domus*, *& fœnilis super fructibus* 5. *April.* 1756. §. *finali*, *cor. eodem Emo Bussio*. Si vero istiusmodi usus pro minori tempore, esset discontinuus, & modicus, hoc in casu nil cura-
96 rem, si cum citatis Doctoribus, atque Rota, aliter diceretur: cum tale modicum tempus non esset in consideratione ponendum, ad tradita a *Pace Jordano elucubr. divers. tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 12. *n.* 46.

Sub restaurationis nomine, & onere, non solum comprehenditur Ecclesiæ fabrica, verum etiam paramenta, & alia pro
97 Ecclesiæ usu necessaria, quæ fabricæ æquiparantur, per *text. in cap. final. de testam.*, *Ventrigl. d. part.* 2. *annot.* 18. §. *un. n.* 2. *in princ.*, *Campanil. divers. jur.* Canon. *rubric.* 12. *cap.* 13. *n.* 19., *Tondut. quæst. benefic. part.* 1. *cap.* 39. *n.* 7. *& seqq.*, *Bellet. d. tit. de* Cleric. *debit.* §. 13. & 14. *n.* 4., *Surd. consf.* 62. *n.* 5. *Barbat. consult.* 26. *lib.* 3., *Constantin. vot.* 251. *n.* 16. ubi alias adducit auctoritates, in quo consonant relatæ resolutiones Sacræ Congregationis Concilii *in Tusculana reparationis Ecclesiæ* 11. *Jan. &* 1. *Martii* 1738. *ad* 5. *dubium*, *& in Bossanien. reparationis Ecclesiæ parochialis* 25. *Feb. &* 11. *Martii* 1741., *tom.* 10. *thes. resol. pag.* 31. ut hic melius videre est *a n.* 23., ac *Rota in Capuana super reservatis* 17. *Jun.* 1748. *cor. de Vais* §. *Nec*, tum etiam *in d. Terraconen. reædificationis, & restaurationis Ecclesiarum* 19. *Jul.* 1761. §. 4. *cor. Zelada*. Adeoque Communitas, vel alius, ad quem pertinet Ecclesiam restaurare, & refi-
98 cere, tenebitur quoque eandem necessariis providere suppellectilibus; quemadmodum aperte demonstrant, quæ habentur apud *Bellet. d.* §. 14. *n.* 4., *Sperell. decis.* 68. *n.* 9., *Panimoll. decis.* 6. *n.* 32., ac in folio Sacræ Congregationis Concilii *in Tusculana reparationis Ecclesiæ* §. *Cum autem*, 11. *Jan.* 1738., in qua 1. *Martii ejusdem anni ad* 5.

ad 5. *dubium*, prævio receſſu a deciſis declaratum fuit, ta le onus ad Communitatem ſpectare, *theſ. reſol. pag.* 44. Idemque dicendum eſt de proviſione olei ad effectum conſervandi accenſam lampadem ante Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum; *Cap. Sane de celeb. Miſſæ*, *Bellett. loco cit. n.*5., *Ventrigl. d.* §. *un. n.*2. *in fine*. 99

Idem quoque intelligas de reſtauratione cœmeterii, ſive ab Eccleſia remotum, ſive illi contiguum exiſtat, cum hoc in caſu ut Eccleſiæ acceſſorium omnino neceſſarium habeatur; *per text. in cap. un. de conſecr. Eccl.*, *Barb. de jure Eccleſ. univ. lib.*2. *cap.*9. *n.*7., *Rota deciſ.*348. *n.* 15. *part.* 11. Sepulchra quoque intra Eccleſiam conſtructa reſtaurari debent, & quotieſcumque opus fuerit expurgari, quemadmodum Sacr. Congregatio Concilii declaravit contra Communitatem *in d. Tuſculana* 1. *Martii* 1738. *ad* 4., ubi prævio receſſu a deciſis *ſub die* 11. *Jan. ejuſd. anni*, reſolutum fuit reparationem, & expurgationem ſepulturarum tum puerorum, tum adultorum in Eccleſia exiſtentium ad Communitatem ſpectare, non ad Capitulum. Sed quemadmodum in tali Eccleſia peculiare habebatur ſepulchrum pro Eccleſiaſticis deſtinatum, ita illius reſtaurationem, & expurgationem non ad Communitatem, ſed ad Capitulum, ſeu Clerum pertinere fuit in *d. Tuſculana* 11. *Jan.* 1738. *ad* 4. *dubium*, confirmata 1. *Martii ejuſdem Anni*, ab Eminentiſſimis Patribus reſolutum. 100 101 102

Quis fortaſſe mirabitur, quod Emi Patres in citata cauſa *Tuſculana reparationis Eccleſiæ* declaraverint, ad Communitatem pertinere onus reſtaurandi, reficiendique Eccleſiam, illamque ſacris ſupellectilibus providendi, tum reparandi, expurgandique Cœmeteria, tametſi ageretur de parochiali Eccleſia, quæ ſimul erat Capitularis, ſeu Collegialis. Sed animadvertere eſt, quod plura ad hujuſmodi reſolutionem Sacram Congregationem moverunt. Verum enim vero agebatur, quemadmodum liquet ex folio propoſito 14. *Decemb.*1737., de Eccleſia parochiali ad Communitatem pertinente, deinde in Collegialem erecta ulla abſque jurium parochialium & Communitatis diminutione: ita ut, hujuſmodi Eccleſia quamvis Collegiata non deſineret juriſdictioni, & dominio Communitatis ſubjici. Hinc velim notetis, quod ſuperior regula, quam *n.*57. addiximus, Communitatem non teneri ad Eccleſiæ reſtaurationem, niſi in ſubſidium, non eſſe huic caſui applicabilem, quando videlicet Eccleſia ad Communitatem pertinet; quandoquidem, ut ex dicta Sacræ Congregationis Concilii reſolutione adparet, non in ſubſidium, ſed de jure, & ex juſtitia tenetur: quod in alia cauſa fuit ab eadem Sacra Congregatione definitum, videlicet *in Januen. executionis decretorum ſacræ viſitationis*, 20. *Septembris* 1760. *ad* 4. *dubium*. 103 104

Secun-

Secundo agebatur de Capitulo, seu Collegiali Ecclesia, cujus
redditus omnino insufficientes probabantur pro prætensis, ac neces-
sariis reparationibus: unde nil justius, quam deficientibus hisce red-
ditibus, & obstante Canonicalium beneficiorum tenuitate, Commu-
105 nitas, cujus propria aderat Ecclesia, necessariis consuleret reparatio-
nibus. Tertio, ut cætera omittam, agebatur de restauranda,
aliisque necessariis providenda parochiali Ecclesia, quæ, non ob-
stante Collegiali qualitate, semper fuerat retroactis temporibus ab
eadem Communitate, non vero a Capitulo restaurata: unde in
106 vim hujus consuetudinis per se etiam consideratæ resolvendum
erat, quemadmodum fuit contra eandem Communitatem reso-
lutum; quandoquidem in materia quoque restaurationis Ecclesiæ
107 locum sibi vindicat legitima consuetudo; *Barb. de Paroch. part.* 1.
cap. 13. *sub n.* 12. *& de jure eccl. univ. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 9., *Frances
de eccl. cathed. cap.* 13. *n.* 9. *& seq.*, *Constantin. vot.* 251. *n.* 6. 7. 25.
Anton. de Luca ad Ventrigl. d. §. *un. n.* 7., *Card. de Luca in miscell.
disc.* 29. *n.* 3., ac Sacra Congregatio Concilii, *tum in dicta Tuscula-
na*, tum *in citata Fanen. executionis ad* 4. *dub.*, ubi Communitas
damnata fuit ad manutenendam Ecclesiam juxta solitum, & con-
gruam Parocho suppeditandam, *tom.* 29. *thes. resol. pag.* 186., & con-
cordat folium dictæ Sacræ Congregationis Concilii *in Spiren. reædi-
ficationis*, 30. *Martii* 1761. §. *Triplex*, ibi: *Et quod demum in longo
quatuor sæculorum decursu post sequutam dismembrationem Capitulum
subire nunquam consuevit expensas pro Ecclesiæ restauratione*; ac
Sacrum Rotale Auditorium, *cor. Crispo dict. decis.* 7. *n.* 9., *& cor.
Paracciano in Moguntina restaurationis Ecclesiæ* 13. *Febr.* 1758. §. 7.
ubi hæc leguntur: *Quapropter ad effectum illud obligandi in futurum,
plurimum attendenda erat consuetudo præteriti temporis, quæ in hac
potissimum materia restaurationis Ecclesiæ servari promeretur*.

Hæc autem consuetudo, ut sit coactiva, debet concludenter
probari ex pluralitate actuum continuatorum, qui animo inducendi
108 talem consuetudinem fuerint expleti, ut expendunt *Franc. de
Eccles. Cathed. cap.* 13. *num.* 10., *Antonell. de regim. Eccles. lib.* 1.
cap. 2. §. 3. *num.* 20., Rota *cor. Emerix jun. dec.* 440. *num.* 7.,
& in Urbevetana restaurationis Ecclesiæ 3. *Martii* 1752. §. 6. *co-
ram Vicecomite*.

Nec movet *Glossa in can. Quatuor cau.* 12. *qu.* 2., asserens, Lai-
109 cos non teneri ad Ecclesiæ restaurationem. Nam id verum est quan-
do Ecclesia ad Communitatem non pertinet, vel quando contrarium
110 antea fuerit servatum: ut in posteriori casu notat *Rota cor. Crispo
d. dec.* 7. *sub n.* 9., vel quando alio modo Ecclesiarum indigentiis
posset provideri ex supra demonstratis: secus enim compelli omni-
no possunt, ac debent, quacumque appellatione, exemptione,
& con-

& contradictione remota, *ex Concil. Trid. d. sess. 21. de reform. cap. 7.*, *Marta de jurisdictione part. 2. cap. 48. n. 14. & seqq. Velasc. cons. 92. §. ult.*, *Boer. per tot. dec.* 136. Sed præter consuetudinem & observantiam, quæ circa jura quamcumque dirimit controversiam, & dubitationem expellit, cum sit omnium obscuritatum, & dispo- 111
sitionum optima interpres, *L. Si de interpretatione ff. de legib. ac* Rota *d. dec.* 7. *n.* 10. *cor.* Crispo, inquirendum est, an laudum, ac peculiaria vigeant pacta, & statuta & hoc in casu, etsi de jure ad alios pertineat onus restaurandæ Ecclesiæ, non est ab hujusmodi 112
laudo, & statutorum, ac conventionum præscripto recedendum; *Vallens. in decret. lib. 3. tit. 48. de eccles. ædific. §. 2. sub n. 2. vers. Tertio*, Rip. *respons. 22. n. 3. lib. 2.*, *Velasc. d. consult. 179. n. 10.*, *& alii apud Rotam d. dec. 7. n. 15.*, *ac in Constantien. reædificationis Ecclesiæ 3. Martii* 1758. §. 7. *& passim cor. Ratta*.

Sub restauratione Ecclesiæ a Sacris Canonibus præscripta intelligi quoque illa debet domus parochialis, ubi erecta proponatur: 113
eo quod & ista ad Ecclesiam pertineat, & sub Ecclesiæ nomine veniat velut quid accessorium, ut post *Lambertinum* advertit *Bellet. dict. §. un. n. 19.*, ac cæteri Doctores. Simile dicendum, omissis cæteris, ad quæ ex demonstratis satis commode potest argumentari, de restauratione, ac manutentione turris campanariæ, quæ parochialis Ecclesiæ partem necessario constituit, ac consequenter de 114
manutentione, refectioneque campanarum in ea pro convocando populo existentium, ex notatis *a Constantino in suo voto* 251: *n.* 16. Sed notetis, quod ii, ad quos hujusmodi onus injunctum est, nisi urgeat peculiaris ratio a conventione, aliave de causa petita, non poterunt obligari ad manutentionem, refectionemve plurium, sed 115
unius tantum campanæ; ut ait *Rota cor. Crispo d. dec. 7. sub n. 17. vers. Hinc est, & n. 18. & seq.*; propterea quia, si hæc sonora sit, ut a longinquis audiri valeat, satis est ad convocandum populum 116
ad divina officia: per auctoritates jam adductas in anteriori titulo *de erectione parochialium Ecclesiarum n.* 124.

Hæc autem campana denuo conflata, ac refecta, sive eodem, sive majori metallico pondere, cum nova campana sit, antequam ad usum perducatur, consecrari debet, seu solemniter benedici: ut 117
jam demonstravimus in citato Titulo *de erectione parochialium Ecclesiarum n.* 125. Admirabilis valde fuit benedictio illa, quam *Benedictus XIV.*, magna cum pompa, & S. R. E. Cardinalium, ac 118
Præsulum numero plurimorum interventu, habuit, sub celebri porticu, seu atrio Basilicæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli, circa campanam majorem ejusdem Basilicæ, eorumdemque Sanctorum Principum Petri, & Pauli honori, ac nomini sacram, cujus campanæ longo usu confractæ pondus, jussu, ac liberalitate sua notabiliter

liter adauxerat tantus Pontifex, ut liquet ex circulari inferiori dictæ campanæ inscriptione, quam ita conceptam vobis exhibeo:

119 CAMPANAM HANC LONGO USU CONFRACTAM NON PLUS, QUAM QUATUORDECIM MILLIA LIBRAS PENDERE COMPERTUM EST, BENEDICTUS XIV., ADDITO USQUE AD VIGINTI MILLE LIBRAS METALLO CONFLARI, ET DENUO REFICI JUSSIT, ANNO REPARATÆ SALUTIS MDCCXLIV.

120 Ubi vero ob populi augmentum parochialis Ecclesia sit amplianda in aliqua illius parte, vel in totum per novam fabricæ constructionem, tunc quod de Ecclesiæ restauratione dictum fuit, de illius ampliatione intelligi quoque debet; *Can. Præcipimus cau.* 16. *quæst.* 1., *Rip. resp.* 1. *num.* 10., *Bellett. d.* §. 14. *num.* 1. *in fine*, *Ventrigl. d. part.* 3. *annot.* 18. §. *un. num.* 11. Notandum tamen est, quod in Ecclesiæ ampliatione, si totalis sit, cum de nova agatur
121 ædificatione, ad hanc reædificationem deveniri nequit absque Ordinarii auctoritate, & consensu, eo quod eadem vigeat ratio, quæ in ædificatione, ut post Doctores in *cap.* 3. *Ad audientiam de Eccl. ædific.*, tenet *Goffred. in Summa eod. tit. quæst. ult.* ibi: *Si destruas Ecclesiam a fundamentis, in reædificatione requiritur auctoritas Episcopi*: *Pax Jord. lib.* 5. *tit.* 8. *sub num.* 46. *part.* 1., ac Rota *apud Mantic. decis.* 131. *num.* 1., & *decis.* 472. *num.* 51. *part.* 19. *rec.*

Et tunc nova parochialis, aliave Ecclesia in locum antiquæ
122 succedens, omnia jura, quæ ad veterem pertinebant, assumet, per *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 26., *Azor. instit. moral. cap.* 3. *quæst.* 13. *vers. Si vero*, *lib.* 9. *part.* 2., relat. in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Tudentina beneficii* 12. *Aug.* 1741. §. *Duplici*, *tom.* 10. *thes. resol. pag.* 127. Quin refragetur negativa re-
123 sponsio edita a Sacra Congregatione in *d. causa Tudentina*. Ibi enim agebatur de beneficio erecto in Ecclesia rurali, postea, eo quod dicta Ecclesia ob temporum injuriam labefactata corruerit, ad parochialem Ecclesiam translato, ibi extructo Altari sub pristina invocatione, & cum onere Missæ quolibet die festivo celebrandæ. Adeoque non amplius poterat ad veterem Ecclesiam,
124 denuo excitatam, erectamque transferri, eo quod per priorem absolutam, & perpetuam translationem, unionemque, omne jus amiserat, nec amplius a dicta parochiali Ecclesia poterat removeri, ut communiter docent Canonistæ, ac in fortioribus terminis jam a Sacra Congregatione Concili fuerat resolutum in *Æsina translationis Ecclesiæ parochialis*, 7. *Septemb.* 1709. & *in Spoletana* 16. *Novemb.* 1715. relata in folio *d. Tudentinæ* §. *Episcopus*, *pag.* 127.

Si

Si parochialis Ecclesia, quæ necessaria indiget vel reædificatione, vel restauratione, tali paupertate laboret, ut reædificari, vel restaurari nequeat, aliisve necessariis provideri, ne a Parochianis quidem, poterit Episcopus ut Sedis Apostolicæ Delegatus Ecclesiam diruere, vel jam dirutam ad Matricem, seu viciniorem 125
transferre, cum facultate dictam Ecclesiam ita dirutam in profanos usus, non tamen sordidos convertendi, erecta tamen ibi cruce; *Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 7. *in fine*, *Fusc. de visit. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 16., *Zerol. in praxi part.* 2. *verbo Parochia* §. 6., *Ricc. in praxi part.* 2. *resol.* 201. *num.* 3., *Ventrigl. d.* §. *un. num.* 27. *& seq.*, *Capon. discept.* 273. *num.* 3., ac Sacra Congregatio Concilii in *Civitatis Castelli translationis* 12. *Jan.* 1760. §. *Contendit*, *tom.* 29. *thes. resol. pag.* 10., *& Rota cor. Crispo decis.* 278. *num.* 21. Dummodo tamen legitimum interveniat Episcopi decretum, & Parochianorum, aliorumque interesse habentium consensus, atque cita- 126
tio; *Barb. de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 68. *num.* 4., & Sacra Congregatio in *d. Civitatis Castelli* §. *Parochiani*, *pag.* 11. Quinam autem usus sordidi, vel profani dicendi sint, Tridentini Patres minime aperiunt. Quamobrem hoc in casu ad Ordinarii definitionem erit recurrendum, ut optime observat *Ventrigl. in cit.* 127
§. *un. num.* 29.

Quoad materiale Ecclesiæ dirutæ, v.g. lapides, ligna, & similia, scire operæ pretium erit, quod ante Concilium Tridentinum 228
converti non poterant nec in profanos quidem usus, sed in ædificia alterius Ecclesiæ, vel Cappellæ, aut loci pii erant convertenda; *Cap. Ligna de consecr. dist.* 1., *Can. Quæ semel cau.* 19. *quæst.* 2. Sed id a Tridentino Concilio fuit correctum, permittendo ut in pro fanos etiam usus, dummodo non sordidos redigantur; *ad d. sess.* 21. 129
cap. 7., *Ventrigl. d.* §. *un. num.* 30. Cæterum, quidquid afferat *Barbosa in univ. jus lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 14., possunt vendi ad usus etiam 130
sordidos, dummodo Ordinarii consensus interveniat: ut Sacra Congregatio declaravit, teste *Bellett. d. tit. de Cleric. debit. part.* 1. §. 9. *num.* 4., *Ventrigl. d.* §. *un. num.* 30. *in fine*. Si vero in usus non sordidos convertenda sint hujusmodi cœmenta, seu materalia, puta pro ædificatione domus, vendi possunt ab iis, ad quos Ec- 131
clesia pertinebat, etiam absque Ordinarii licentia, quemadmodum docet *Novar. de spol. cleric.* §. 49. *prope finem*, *vers. Secundo*, *Ventrigl. d.* §. *un. num.* 31.

Longe autem diversa est ratio respectu situs Ecclesiæ profanatæ, cum iste locus ad Ecclesiam tametsi dirutam adhuc pertineat, adeoque vendi non poterit sine Apostolico indulto, aliisque solemnitatibus a jure requisitis in ecclesiasticis alienationibus, ad 132
Can. Sine exceptione cau. 12. *qu.* 1., *Extrav. Ambitiosæ de reb. Eccl.*

non alien., *Genuen. in praxi Cur. Neap. cap.54. num.6.*, *Ventrigl. d. §. un. part.2. annot.18. num. 32.* Si tamen inter cæteras caussas concurrat spes efficax, & probabilis novæ ædificationis, non nisi
133 imprudenter ad Apostolici assensus consecutionem, & dicti ecclesiastici situs alienationem deveniretur; cum id fortasse in caussa esse posset, ob quam pecunia, quæ in novam Ecclesiæ ædificationem esset impendenda, vel tota, vel notabili in parte consumeretur ad fovenda judicialia litigia, quæ non nisi graves impensas,
134 & incertitudinem secum ferunt: sequor textum in *L. Quod debetur ff. de peculio*, *& Piton. de controv. patron. alleg.63. sub n.27.*

Quod hactenus diximus non militat quoad beneficium immunitatis localis; nam statim ac parochialis, vel alia Ecclesia, diruta, & profanata proponitur ecclesiastica auctoritate, perinde
135 habetur quoad immunitatem, ac si locus profanus omnino esset: adeoque non nisi perperam, atque stulte ad eam poterit confugi: quemadmodum ex variis Concordatis inter Summos Pontifices, & Supremos Principes initos apertissime eruitur, ac præsertim ex illo inter *Benedictum XIV.*, & augustissimum Sardiniæ Regem *Carolum Emmanuelem III.*, ut videre est in *Instructione D. N. Benedicti XIV. dependenter a Concordato S.M. Benedicti XIII.*, *pro immunitate, & exercitio jurisdictionis Ecclesiasticæ §.10.*, ibi: *Le Chiese dirute, ed abbandonate colla precedente profanazione, che si ordinerà a' Vescovi, ed Ordinarj de' luoghi rispettivamente di fare*; tum ex illo inter eundem *Benedictum XIV.* & augustissimum *Carolum* Infantem Hispaniæ, Neapolis, & duarum Siciliarum, nunc Hispaniarum Regem, ut videre est in opere: *Note sopra il Trattato d'accommodamento tra la S. Sede, e la Real Corte di Napoli, Benedetto XIV., e Carlo Infante di Spagna, Re delle due Sicilie, cap. 2. art.13. edit. Colon.*

Post simplicis Ecclesiæ profanationem, illiusque translationem perpetuo factam ad matricem, seu viciniorem, aut aliam, debet in Ecclesia, ad quam facta fuit translatio, Altare, vel Cappella erigi sub eadem Ecclesiæ dirutæ invocatione, imposito one-
136 re antiquo Rectori, seu Beneficiato, ut ibi curet ad suæ obligationis præscriptum celebrare: juxta dispositionem Tridentini Concilii in *cit. sess. 21. de reform. cap.7.*, *ac Ventrigl. d. §. un. num.34.* Idemque intelligas, quoad beneficia in simplici, vel parochiali Ec-
137 clesia, ad aliam perpetuo translata, existentia, ex eodem Tridentino Concilio in *d. cap.7.* Qua in re haberi quoque potest præ oculis, quod supra adduximus, desumptum a folio in caussa *Tudertina beneficii*, *12. Aug.1741.*, *tom.10. thes. resol. pag. 127.* Pari modo, si in Ecclesia diruta, & profanata aderant sepulturæ, curandum est, quantum fieri potest, ut defunctorum ossa ad Eccle-

clesiam, ad quam facta fuit translatio, transferantur, ibique debito, decentique modo sepultura provideantur; *Salgad. de protect. regia tom.1. part.1. cap.5. num.27., Barbos. in collect. ad* Concil. *Trid. cap.7. num.26. in fine, Ventrigl. d.§.un. num.34.* 138

Ad hanc autem perpetuæ translationis executionem non erit deveniendum, quotiescumque Parochiani ad Ecclesiæ, vel propriis, vel alicujus benefactoris sumptibus restaurationem, vel reædificationem se se obligent: eo quod Tridentini Patres hanc non permittant translationem, nisi in extremo necessitatis casu: ut clarus est *textus d.cap.7.* ibi: *Quod si nimia egestate omnes laborent, ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas parochiales, quam alias Ecclesias dirutas in profanos usus non sordidos, erecta tamen ibi cruce, convertendi*: Sed hic duo notanda sunt. Primo enim Ecclesiarum restaurationes, reparationes, & renovationes fieri debent absque tertii præjudicio, iisdemque remanentibus prærogativis, juxta tradita a *Rota cor. Calcagnino in Romana* Cappellæ, *29.April.1733. §.Accuratius*. Secundo, ob solam restaurationem parochialis, vel alterius Ecclesiæ, aut Cappellæ, nullum in restauratam Ecclesiam, vel Cappellam jusratronatus adquiritur. *Glossa in cap.3. verbo Fundatores de jurep.* ibi: *ex refectione, seu reparatione non adquiritur*: *Lambert. eod. tract. lib.1. part.1. quæst.6. art.3. num.1. & seqq., Card. de Luca eod. tit. disc.55. num.16., Piton. discept.22. num.7. tom.1., Rota decis.931. num.6. cor.Buratto*, ibi: *Non sufficit reparatio, tum cor. Lancetta decis.576. num. 23., & in Urbevetana jurispatronatus 14. Jan.1757. §.11., & 6.Maii ejusdem anni §.14. cor.Emo Bussio*. 139 140 141

Nihil autem refert, utrum dicta restauratio facta fuerit ex eleemosynis ab incolis, aut a principali fundatore, ejusve hærede elargitis, per *Gloss. in Can.Piæ mentis caus.16. quæst.7., Cagnol. in l.1. num.117. ff. si certum petatur, Card. de Luca de jurep. disc.57. sub num.14. vers.Quod non, Lotter.de re benef. lib.2. quæst.7. num.12., Panimoll. decis. 10. annot. 1. num. 66., Rota decis. 333. num. 7. part-1., decis.149. num.9. part.19. tom.1. rec., & cor. Molin. decis.37.num.7.*, ubi refert resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in una *Asten. jurispatronatus 14. Jan. 1690., lib. 40. decret. pag.54.* Præsertim, ubi eleemosynæ datæ censentur ob insufficientiam aliorum redditutum, juxta *Concil. Trid. d.cap.7. sess.21. de reform.*, quo in casu refectio non ex voluntaria, sed ex necessaria causa proficiscitur, ac consequenter omnino inepta ad jurispatronatus adquisitionem, ad notata a *Lambertino de jurepatr. d. part.1. lib.1. quæst.6. art.3. num. 8.* Multoque minus, quotiescumque ab illius Rectore fuerit parochialis Ecclesia restaurata: eo quod ista restauratio non proficiscatur ex causa libera, sed 142 143 144

coacta, & necessaria: cum Parochus ad onus fabricæ manutenendæ, restaurandæque teneatur: ex supra demonstratis, *Cap. De redditibus cum 2. seqq. caus. 12. quæst. 2., D. Thom. 2. 2. quæst. 185. art. 7. in corp., Glossa in cap. Præsenti, verb. Renunciari de offic. Ordin. in 6., Bellam. cons. 3. num. 7.*

Quæ cum ita sint, post quam restauratores Ecclesiæ tale piis-
145 simum opus expleverint, benefactorum titulo unice erunt decorandi; *Abb. in cap. 3. num. 10. de jurep., Lambert. ut sup. quæst. 5. art. 12. num. 12.*, aliique communiter. Ferendum enim
146 non est, ex simplici restauratione servitutem Ecclesiæ imponi, *Glossa in cap. Quando, verbo Fundationis de jurep. ibique Abb. & alii, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. num. 33., Rota decis. 514. num. 9., & seq. part. 13. recent.* Secus vero dicendum foret, si
147 præter Ecclesiæ restaurationem, augmentum dotis, vel fructuum accederet, juxta doctrinam Rotalem in *decis. 472. num. 61. part. 19. tom. 2. recen.* Quod, si ad Ecclesiæ ampliationem oratio convertatur, necessaria erit præmittenda distinctio. Nam si agatur de
148 ampliatione per accessiones, & ornamenta Ecclesiæ, nullum juspatronatus ab ampliante adquiritur, sed mera insignis benefactoris prærogativa donatur, ut *Rota* declaravit in *Maceraten. jurispatronatus Ecclesiæ, 19. Febr. 1753. §. 13. & seqq. cor. Em. Caprara, tum 8. Febr. 1754. §. 14. & seq. cor. eodem*, contra illum, qui Ecclesiæ addiderat turrim campanariam, porticum, ac pavimentum sterneerat, & extremam faciem, seu frontem ornaverat, aliaque id genus ad decorem Ecclesiæ perfecerat: ratione in hoc posita, quia prior Ecclesia absque hisce ornamentis adhuc suo in statu existebat, & sic dici non poterat in totum constructa, seu reædificata.

Adde, quamvis hujusmodi accessiones factæ fuerint super fundis ab ampliante proprio ære pro se, suisque hæredibus compa-
149 ratis: & ratio est in aprico: quia videlicet per hanc unionem, & incorporationem tales fundi jure accessionis in Ecclesiæ dominium reipsa demigraverunt. *Rota cor. Em. Caprara in d. Maceraten. 8. Febr. 1754. §. 15.*, ac consequenter desierunt esse prioris domini;
150 cum res sacræ sub privatorum dominio esse nequeant, ad *textum in §. Nullius Instit. de rer. divis., Pignatell. consult. 125. num. 4. tom. 1., Rota d. §. 15.* Multoque magis erit deneganda hujusmodi adquisitio jurispatronatus, si in actu ampliationis nullam amplians
151 emiserit declarationem voluntatis circa juspatronatus adquirendum, ut prosequitur *Rota in d. Maceraten. §. 16.* Non enim agitur de novæ Ecclesiæ erectione, sed de augmentis tantum factis illi Ecclesiæ, quæ nulla egebat restauratione, fortiorique jure, si patronos proprios jam illa retinebat, ut in casu, de quo *Rota in d. Maceraten. jurispatronatus §. 16. in utraque decisione.*

Ubi

Ubi vero ampliantis declarationes de jurepatronatus adquirendo non solum desiderentur, sed, quod caput est, contrariæ ab eodem emissæ habeantur, pudendum sane erit, si ipse, vel ejus 152
successores de jurepatronatus contendant. Si v. g. ampliationis tempore solemniter fuit professus, quod quidquid accessionis, & ornamenti fecerat, & erat facturus in tali Ecclesia, gratis per- 153
egerat, & erat peracturus. Vel, si posuerit lapidem indicantem dominium, & possessionem Ecclesiæ esse penes eandem, non pe- 154
nes se ipsum. Vel, si in pristino reposuerit capsulam ad colligendas fidelium oblationes destinatam, & alia hujusce generis: ut 155
habetur in cit. Rotali specie in *Maceraten*. 19.*Febr*.1753. §.16.*&* 17. *& in eadem*, 8. *Febr*.1754. §.16. Hæc enim omnia aliave similia, non simplices sunt conjecturæ, sed evidentissima argumenta jurispatronatus adquisitionem excludentia: quandoquidem etiam conjecturæ illæ, quæ in linea probationis non relevant, admittuntur in linea adminiculativa probationis aliter resultantis: ut 156
Rota cor.Canilliac in Nepesina immissionis 28.*Martii* 1757. §.*ultimo*. Quam ob rem concludendum erit ad Summum Pontificem esse recurrendum ad effectum adquirendi juspatronatus per has re- 157
staurationes, vel accessiones. Hoc tamen ita adquisitum juspatronatus dici debebit adquisitum ex gratia, & privilegio, ac con- 158
sequenter subjectum Concilii Tridentini sanctioni in *sess*.25. *cap*.9. *de reform.*, *& regulæ* 9. *Cancellariæ*, *Rebuff. in praxi Signaturæ part*.3. *vers.Nec non juspatronatus num*.3., *Vivian.de jurep.part*.1. *lib*. 2. *cap*. 5. *num*. 5., *& seq.*, *Garz. de benefic. part*. 5. *cap*. 9. *num*.128., *Card.de Luca de jurep.disc*.11. *num*.2., *& disc*.14. *num*.14. *& seq.*, *Rota cor. Molin. decis*.1293. *num*.6., *& in Urbevetana jurispatronatus cor. Card. Bussio*, 14. *Jan*.1757. §.11., *&* 6. *Maii ejusd. anni* §.14.

E contrario, si agatur de totali ampliatione novam ædificationem inducente, nullum est dubium, quin ita amplians, seu 159
reædificans, juspatronatus adquirat, juxta ea, quæ desumuntur a citata Rotali decisione in *Maceraten*., ac præsertim *in* §.15.*&* 16., ubi notanda sunt illa verba: *Non fuit in totum constructa, seu reædificata*, & alia: *tum ageretur non de erectione novæ Ecclesiæ ex integro*: Hinc ex tali ampliatione, seu reædificatione adquiretur juspatronatus ex justitia, de jure, & oneroso titulo, minime cadens 160
sub revocatione Tridentini Concilii in *cit. sess*. 25. *de reform. cap*.9. *vers.Reliqui*, ut optime docet *Lotter. de re benefic. lib*.2. *quæst*.8. *num*.24. *vers. Liquet*, *& seqq.*, *Rota decis*.472. *num*.64. *part*. 19. *tom*.2. *recent.*, *& in d.Urbevetana tum primo*, *tum secundo loco decisa* §.11., *&* 14. Neque etiam sub regula reservationis mensium, *Massobr. de concursu prælud*.7. *dub*.3. *num*.94., *Lotter*.

ter. ut supra num. 28. *& seqq., Vivian. de jurep. lib.*2. *cap.* 5. *num.*17., *Rota d.decis.*472. *num.*65., *& in Urbevetana cit.* §§.11. *&* 14.

Sed hic aliquantisper consistamus, ut præjudiciis fortasse nascituris aditus præcludatur. Varia ad effectum adquirendi juspatronatus ex reædificatione requiruntur. Primum enim fieri debet
161 reædificatio ex diversa, non ex eadem antiquæ Ecclesiæ materia: per *Gloss. in cap.*3. *de jurep., Vivian. ut supra lib.*15. *cap.*1. *num.*3., *Rot. apud Garziam de benefic. part.*5. *cap. ult. num.*130., *& decis.*21. *num.*13. *part.*13. *recen., & decis.*3. *num.*13. *apud Card. de Luca in Mantissa*. Secundo concludenter probari debet, Ecclesiam fuisse funditus dirutam, & ex integro reædificatam, talive in
162 statu, ut necessaria omnino fuerit nova constructio, novaque consecratio, *Glossa in cap. Quoniam, verbo Fundatores de jurep., Rocch. eod. tract. apud Lambertin. verb. Construxit num.*17. *part.*3., *Rota decis.*220. *num.*27. *part.*17., *decis.*149. *num.*10. *part.*18. *tom.*1. *recen.*, *ac in Romana jurispatronatus* 29. *Jan.*1762. §.5. *cor. Olivatio*, ubi hæc habentur: *Ut ex nova ædificatione Ecclesiæ juspatronatus adquiratur, opus est eam esse penitus eversam, funditusque collapsam, ac ita divinis inhabilem, ut nova indigeret consecratione.* Tertio, quod notabilius est, omnino requiritur, quod Ecclesia reædificata nul-
163 lum habuerit Patronum: secus enim, non obstante hac reædificatione, juspatronatus haud quaquam adquiritur: juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *Reatina Cappellaniæ*, 10. *Maii, &* 7. *Jun.*1755. *ad* 1. *dubium*, ubi responsum fuit jus nominandi privative, & integraliter spectare ad Patronos, & nullo modo posse Communitatem Villæ Civitellæ Vervici concurrere, etsi contenderet adquisivisse jus nominandi cumulative cum Patronis ob Ecclesiæ reædificationem: *thes. resol. pag.* 36. *&* 43., & juxta decisionem Rotalem in *Sedunen. parochialis super jurepatronatus*, 10. *Jun.*1757. *cor. Borrull.* §.8., contra Communitatem Oppidi Trium Torrentium, quæ Ecclesiam ter a fundamentis excitaverat, eo quod Patronum haberet dicta Ecclesia, Abbatem videlicet Aggautensem.

Curandum enim vero est, ut Ecclesiæ ab uno tantum, non
164 autem a pluribus adquiratur juspatronatus: cum istud per plures adquisitum potius gravamini Ecclesiæ sit, quam utilitati; *Geminian. in cap.*2. §. *Si Laici de reb. Eccl. non alien. in* 6. quem sequitur *Dec. cons.*122. *num.*3. *vers. Et in hoc, Ciballin. in addit. ad Butr. cons.* 29. *litt.B., Piton. discept.* 4. *num.*70. *in fine*. Quamobrem, cum id fieri nequeat in Patroni præjudicium, concludenter erit probandum, quod Patronus pro reædificatione Ecclesiæ in totum diruta, vel extremam patientis ruinam requisitus, noluerit eam reædi-

reædificare, vel declaraverit se eam nequire ad pristinum ædificii 165
statum excitare; *Jo. Andr. in cap. Quoniam de jurep.*, *Lambert. eod. tract. lib.1. part.1. quæst.6. art.3. num.19.*, *Rota decis.149. num.1. part.18. tom.1. recen.* Dixi: *vel extremam patientis ruinam*: nam si aliquid tantum detrimenti passa fuerit Ecclesia, demoliri, ac reædificari nequit, quamquam in nobiliorem formam, contra voluntatem Patronorum, vel Communitatis, ut in folio Sacræ 166
Congregationis Concilii in *Maceraten. aperitionis oris 22. Septemb.1759. §.Ubi*, *tom.28. thes. resol. pag.86.*, ita ut Apostolica gratia ad hujusmodi effectum dolose obtenta ipso jure nulla sit, nec debeat executioni demandari, juxta resolutionem captam ab 167
eadem Sacra Congregatione in *d. Maceraten. 25.Aug.1760. ad dubium*, ubi responsum fuit intrare arbitrium Sacræ Congregationis pro aperitione oris, *tom.29. thes. resol. pag. 153. & seq.*

Requiritur insuper, quod reædificans Ecclesiam, necessario exprimat animum adquirendi juspatronatus: ex *Rota decis. 614.* 168
num.4. part.5., *decis.220. num.30. part.17. rec.*, *& cor. Borrull. in d. Sedunen. parochialis*, *super jurepatronatus*, 10.*Jan.*1717. §.8. In dubio enim præsumitur facta reædificatio ultronee, adeoque 169
absque animo adquirendi juspatronatus, præsertim in Patroni, si quis habeatur, præjudicium; *Rota d.decis.230.num.31.*, *& in d.Sedunen.cit.* §.8. Immo præsumitur in dubio facta Ecclesiæ reædificatio vel ex piorum ad id collectis eleemosynis, vel ex pecunia illorum, sub quorum patronatu Ecclesia existit: ut prosequitur 170
Rota in d. decis.220. num.31. Ex quo aperte, dilucideque eruitur discrimen, quod inter Ecclesiæ ædificationem, & reædificationem hac in re intercedit, in hoc præsertim positum, quod per illam, non vero per istam ulla absque animi speciali declaratione, 171
juspatronatus adquiratur.

Gradum nunc faciamus ad alium modum, quo per æquiparationem juspatronatus adquiri potest, videlicet ad Ecclesiæ redo- 172
tationem. Sed hic quoque notandum, quod per Ecclesiæ redotationem illud non adquiritur, si patronalis Ecclesia proponatur, 173
per adducta a *Rota in d. Sedunen. parochialis*, *super jurepatronatus*, 10.*Jan.*1757. §.8. *cor.Borrull.* Ad fundatorem enim, seu Patronum pertinet Ecclesiam redotare, quotiescumque opus fuerit, 174
eodem modo, quo ad ipsum pertinet eam restaurare; §.*Si quis auth. de Eccl. ædific.*, *Pax Jordan. elucubr. Canonic. part.1. lib.5. tit.8. num.24. & seq.* Ita ut, vel eam redotare, aut restaurare, sic exigente necessitate, teneatur, vel juspatronatus amittere debeat, per tradita a *Constantino vot.251. num.41. tom.2.*, *Rota cor. Vicecom. in Urbevetana restaurationis Ecclesiæ, 19.Jan.1752. §.3.*, *impressa anno* 1754. Quapropter ad hoc, ut juspatronatus conse-

qui

175 qui valeat, tria debent necessario concurrere. Primo requiritur, quod dos antiqua in detrimentum abierit, ita ut ad decentem il-
176 lius cultum, & ad conservationem, & sustentationem ministri necessariis indigeat subsidiis: *Rota cor. Em. Caprara in Maceraten. jurispatronatus Ecclesiæ* 8. *Febr.* 1754. §. 5., cui consona est alia *cor. Card. Bussio in Urbevetana jurispatronatus* 14. *Jan.* 1757. §. 11. ibi: *Quatenus ita eam depauperatam fuisse probetur, ut pro illius, & Sacerdotis toleratione omnia necessaria deficiant*: Secundo, quod constet de præmissa judiciali interpellatione facta Patrono, vel aliis, ad quos dicta pertinet Ecclesia, qui declaraverint se vel nolle, vel
177 non posse congruam dotem denuo assignare; *Rota decis.* 245. *num.* 59. *part.* 9. *tom.* 1. *rec.* Tertio, quod Ordinarii, seu diœcesani Episcopi consensus, & approbatio præcesserit: quemadmodum de
178 singulis casibus fuit declaratum a *Rota in d. Maceraten.* 27. *Jan.* 1749. §. 8. *cor. Vicecom.*, 21. *Jun.* 1750. §. 8. *cor. Migazzi*, 5. *Maii* 1751. *cor. Canilliac.* §. 6., 19. *Jun.* 1753. §. 7. & 8. *Feb.* 1754. §. 8. *cor. Card. Caprara, & in d. Sedunen.* §. 8. *cor. Borrull.* 10. *Jan.* 1717. Cujus redotationis effectus quoque is erit, ut in jurepatronatus
179 nova possit qualitas adduci, ut Rota declaravit *cor. Corio in Pistorien. beneficii* 6. *Febr.* 1722. §. *Hoc igitur*.

Post hæc ita breviter exposita circa redotationem, paullisper immoremur circa dotis augmentum, quod cum illa quamdam habet affinitatem. Si simplex sit dotis augmentum, nullum adqui-
180 ritur juspatronatus, ne nova eidem Ecclesiæ servitus injiciatur; *Piton. alleg.* 56. *num.* 40., & *discept.* 33. *num.* 14., *Card. de Luca de jurep. disc.* 2. *num.* 8., *disc.* 10. *num.* 4., *disc.* 65. *num.* 26., *Rota cor. Molin. decis.* 827. *num.* 12., *cor. Lancetta decis.* 401. *num.* 2., *in Aquilana jurispatronatus*, 29. *Jan.* 1751. §. 6. *cor. Card. Bussio*, & *in Triventina jurispatronatus* 12. *Martii* 1756. §. 5. *in fine cor. Borrull.* Ubi vero gratia Pontificis obtineatur, tale juspatronatus erit adquisi-
181 tum ex gratia, & privilegio; *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 31. *num.* 22., *Card. de Luca de jurep. disc.* 55. *num.* 2., *Paris. cons.* 114. *num.* 15. *lib.* 4., *Rota decis.* 922. *num.* 6. *cor. Buratto*, & *alibi apud Falcon. decis.* 62. *num.* 12. *de jurep.*, proindeque sub regulis reservationis omnino cadet; *Rota decis.* 88. *num.* 1., *decis.* 658. *num.* 5. *par.* 1. *rec.*, & *d. decis.* 62. *num.* 14. *cor. Falconer.*

Ut ergo juspatronatus de jure, & justitia adquiratur per dotis augmentum, eodem modo, quo per redotationem, primo re-
182 quiritur, quod dotis augmentum vel excedat, vel saltem attingat antiquæ dotis medietatem, ut Rota declaravit *decis.* 472. *num.* 52. *part.* 19. *tom.* 2. *recen.*, *in Triventina jurispatronatus* 12. *Martii* 1756. §. 5. *cor. Borrull.*, & *in Urbevetana jurispatronatus*, 14. *Jan.* 1757. §. 11., & 6. *Maii d. anni* §. 14. *cor. Card. Bussio*. Secundo, quod antiqua

tiqua dos omnino adpareat insufficiens, & incongrua ad Ecclesiæ manutentionem, illiusque Rectoris necessariam sustentationem, ex *Rota in citt.* §§.11. *&* 14. Tertio, si Ecclesia Patronum habeat, requiritur, quod prius fuerit interpellatus judicialiter patronus, atque auditus, utrum vellet, aut posset, nec ne, Ecclesiæ dotem congruam assignare: quemadmodum supra diximus de redotatione: ad tradita a *Rota decis.*245. *num.*19. *part.*9. *tomo* 1. *rec.*, *& in d. Sedunen. parochialis*, 10.*Jan.*1757. *cor. Borrull.* §.8. 183 184

Hinc supradicta ab eo, qui se fundat in jurispatronatus adquisitione, concludenter debent probari, ac præsertim justificari, quod dotis augmentum vel superet, vel attingat antiquæ dotis medietatem, ut de augmento apparere liquido valeat; *Glossa in Can. Piæ mentis can.*16. *qu.*7., *Lambertin. de jurep. part.*1. *lib.*1. *quæst.*6. *art.*3. *num.*16., *Garz. de benef. part.*5. *cap.*9. *num.*127., *Pax Jordan. elucubr. part.*2. *lib.*10. *tit.*7. *num.*53. *&* 72., *Card. de Luca de jurep. disc.*65. *num.*26., *Piton. discept.*22. *num.*11. *& seq.*, *Rota cor. Mantic. decis.*257. *num.*4., *d. Triventina* §.2., *d. Urbevetana* 14.*Jan.* §.11. *&* 12., *&* 6. *Maii* §.15. Quocirca, si juspatronatus fuerit concessum correspective ad dotis augmentum, si hoc effectum suum non fuerit sortitum, corruet omnino illius concessio; *Capon. discept.*12. *num.*37., *ac Rota decis.*14. *num.*4., *& seq. part.*1. *rec.*, ac pluries alibi in *d. Urbevetana citt.* §§. 12. *&* 15. Nec simplex reddit.uum incrementum probat dotalis augmenti adimplementum, cum illud alia ex causa potuerit proficisci: ut observat *Rota in citt.* §§.13. *&* 15. Quemadmodum nec illud evincunt assertiones, ac probationes turbidæ, ac irregulares: per tradita a *Pitonio de controv. patron. alleg.*36. *num.*3., *Rota cor. Falcon. decis.*4. *num.*27. *de jurep.*, *Peunen. beneficii super executione litterarum* 17. *Martii* 1720. §.*Ex hoc cor. Card. Aldrovando*, *d. Urbevetana* 14.*Jan.* §.14., *&* 6. *Maii* §.17. 185 186 187

Si dotis augmentum, quod dicta medietate minus erat, fuerit in litteris Apostolicis concessionis expressum in certa summa, non potest per id vindicari vera, & onerosa jurispatronatus adquisitio: quia Summus Pontifex tale juspatronatus concedendo, censuit hanc summam tantumdem attigisse, ita ut aliter non fuerit concessurus, ut observat *Rota in cit. Triventina jurispatronatus* 12. *Martii* 1756. §.6. Mens autem concedentis, seu Summi Pontificis, satis clare probari potest ex Datarii epistolis, quippe quæ ipsi Pontifici per suum organum adscribuntur: ut notat *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæst.*40. *num.*28., *Rota decis.*114. *num.*4. *par.*10. *rec.* & in cæteris collectis in *Potentina Canonicatus* 14. *Maii* 1751. §.9. *cor. Card. Elephantutio*, & in *cit. Triventina* §.*finali*. Quod si contingat præter dotis augmentum aliquid aliud concurrere: tunc 188 189

190 male in discrimen adducitur jurispatronatus adquisitio. Si v. gr. Ecclesia collapsa reædificetur cum augmento dotis in triplum;
191 verum consequi debet juspatronatus ex causa plusquam onerosa: cum id veræ fundationi æquiparetur; *Rota in Auximana super bono jure 21.Jun.1748. §.Æque cor. Clemente Aroftegui*.

Diximus, ad effectum adquirendi juspatronatus ex dotis augmento, ex causa onerosa, ita ut non cadat sub Apostolicis reservationibus, ac regulæ 9.Cancellariæ, requiri, ut tale augmentum vel excedat, vel saltem attingat antiquæ dotis medietatem. Id tamen non ita clarum, facile, & expeditum existit, quemadmodum primo obtutu videtur: quamobrem nedum utilem, sed necessariam interpretationem ita sumite: debet excedere, vel saltem attingere antiquæ dotis medietatem, videlicet debet esse majus redditu, seu dote Ecclesiæ, vel saltem illi æquale, ita ut red-
192 ditus, seu fructus beneficii, seu Ecclesiæ pro medietate constituantur ab antiqua dote, & pro medietate ab augmento; *Vivian. de jurep. lib.4. cap.10. sub num.22. vers. Insuper, Card.de Luca d. disc.65. num.26., Piton. discept.22. num.30. tom.1., discept.33. sub num.14., Panimoll. decis.10. annot. 4. num. 22., Garz. de benefic. part.5. cap.9. num.127., Rota decis.492. num.6. & 7. part.13., decis.449. num.1. part.14. rec., decis.827. num.10. & 17. cor.Molines, & in d. Triventina jurispatronatus 12.Martii* 1756. §.5. ubi ait requiri, quod præexistenti Ecclesiæ doti tantumdem accrescat, ut recens titulo dotis in eamdem collatum reddituum augmentum, antiquam peræquet dotem, vel uberius adaugeat.

Nec in contrarium statim respondeatur, ad effectum excludendi regulas reservatorias in jurispatronatus adquisitione suffice-
193 re augmentum dotis usque ad medietatem, vel ascendens ad medietatem dotis: ut eruitur ex *Lotter. lib.2. de re benefic. quæst.8. num.38. ad 45., Adden. ad Gregor. decis.397. in fine, Rota apud Garziam de benefic. part.5. cap.9. num.127., & cor. Coccino decis.1056. num.10.* Vel ad medietatem fructuum: ex *Constit.5. Inno-*
194 *centii VIII.*, edita anno 1488., & ex *Constit.3. Hadriani VI.* edita anno 1522. ibi: *Si fructus eorum usque ad medietatem veri valoris non auxerint*: Ita ut sola scuta quinquaginta sufficere, si antiqua dos scutorum 100. fuisset, ex hisce modo adductis auctoritatibus, aperte concludi posse videatur.

Quamquam hæc omnia videantur non levem gignere difficultatem, si tamen, quemadmodum decet, attente considerentur, nobis potius favent, quam noceant. Enim vero nominè augmenti dotis, vel fructuum usque ad medietatem, illud intellexerunt, quod habetur considerata dote antiqua simul, & nova,
195 seu fructibus antiquis cum recentibus in unum coacervatis, quemadmo-

admodum de more suo optime ratiocinatur *Pitonius in discept.33. sub num.*14. Quare, si parochiale beneficium annui redditus scutorum 100., augeatur in aliis scutis 100., tunc hujusmodi beneficium habebit annuum redditum scutorum 200., & sic verum foret, quod Patronus, vel alius augeret fructus beneficii ad medietatem, plus nempe eo, quod antea erant, ita & dos antiqua diceretur consistere in una medietate, & augmentum in alia; quemadmodum sacra *Rota* intellexit *decis.* 218. *part.6.*, *& decis.* 29. *part.7. rec.*, relata a *Pitonio loco citato*, & ita intelligi debent allatæ auctoritates, ut nempe dos augeatur ad medietatem, quæ 196
coæqualitatem dotis constituat; *Piton. loco cit. a* §.*Bene verum usque ad* §.*Et eumdem inclusive*, *Card. de Luca de jurep. disc.*10. *per tot.*, ac signanter *num.*3.*&* 4., *& disc.*65. *num.*26., *Rota dec.*492. *num.*6. *& seqq. part.*13. *rec.*, ubi addenda sunt, quæ traduntur in *cit. Triventina jurispatronatus* 22.*Martii* 1756. §.8. *& seq.*

Re quidem vera in citata *causa Triventina* agebatur de jurepatronatus, quod Eminentissimus Petra a Summo Pontifice impetraverat per augmentum dotis in scutis 70. super Archipresbyteralem Ecclesiam S. Nicolai, Oppidi Vastigiradi, diœcesis Triventinæ, sub falsa narrativa, quod Ecclesiæ redditus admodum forent depauperati. Hinc sub hoc jurispatronatus præsidio Dux Nicolaus Petra dicti Cardinalis nepos, nitebatur impedire resignationem factam anno 1755., Sanctissimo Domino approbante, ab Archipresbytero ejusdem Ecclesiæ, tunc Mario del Vecchio, favore Josephi della Croce. Adeoque exorta acerrima controversia inter Patronum, & Resignatarium, causaque agitata in supremo Sacræ Rotæ Tribunali, ad dubium: *An sit procedendum ad legitimam executionem litterarum Apostolicarum?* fuit contra Excellentissimum Patronum decisum: *Negative*. Nam augmentum dotis consistebat in scutis 70., redditus autem certi, & incerti Ecclesiæ Archipresbyteralis ad ducatorum 128. annuam summam ascendebant, videlicet redditus certi ad ducat.103., & incerti ad ducat.25., quemadmodum liquet in *d. Triventina* §.3. *&* §.5. ibi: *Quandoquidem, si, ut ponderatum est, annui Ecclesiæ redditus certi in ducatis* 103., *& incerti in ducatis* 25. *recensentur*. Ex quibus aperte sequitur, augmentum dotis in sola medietate haudquaquam sufficere ad effectum adquirendi juspatronatus ex titulo oneroso, & 197
Apostolicis reservationibus minime subjectum.

Nam in d. facti specie augmentum dotale erat majus ipsa medietate, eo quod medietas reddituum in solis ducatis 64. consistebat, & sic adhuc sex ducati superabundabant: nihilotamen secius tale augmentum fuit penitus rejectum. Unde necessario fatendum est, tale dotis augmentum debere vel superare, vel præ- 198

ponderare antiquæ doti, ut Rota demonſtravit in *cit.* §.5., ubi poſt dicta verba *Quandoquidem*, ita concludit: *Profecto tam perſpicuum erat ex annuo augmento ducatorum* 70. *juſpatronatus ejuſdem Eccleſiæ nequaquam adquiri potuiſſe*: *quam undique eſt exploratum, quem ex cauſa augmenti dotis patronum tunc tantummodo eſſe renunciandum, quando præexiſtenti Eccleſiæ doti tantumdem accreſcat, ita ut recens titulo dotis in eamdem collatum redditum augmentum, antiquam peræquet dotem, vel uberius adaugeat*, & in §.6., ubi notanda ſunt illa verba: *Siquidem, quoties Eñus Pro-Datarius Judicem exequutorem adduci fluctuantem, ad exequendas Apoſtolicas litteras per epiſtolam excitavit, ſemel ac per Cardinalem Petra exhibitum fuiſſet promiſſum dotis augmentum*: Coll' aſſegna di altrettanta entrata, che la ſteſſa Arcipretura prima godeva.

Omitto rationes a *Pitonio* adductas in *cit. diſcept.* 33. *ſub num.*14. *verſ. Ad quod, & verſ. Altera*, & unice addam in concluſionem hujus quæſtionis, quod augmentum tunc permittitur, quando antiqua dos fuit omnino depauperata, ita ut exiſtere amplius
199 non appareat: ſeu quando prima dos appareat ad non eſſe: & hoc in caſu nemo non videt, ſi prima dos in ſcutis 100. conſiſtebat, neceſſario debere augmentum dotis in 100. ſcutis conſtitui, ad inſtar redotationis. Nam ſi ſola quinquaginta ſcuta augerentur, primo eſſet inſufficiens, & inutile hujuſmodi augmentum: ſecun-
200 do, tale augmentum, habito reſpectu ad ſcuta 100. prioris dotis, non pro medietate, ſed pro tertia antiquæ dotis parte perficeretur: cum & antiqua dos, & augmentum ſimul coacervata ſcutorum 150. ſummam componerent; *Piton. d. diſcept.* 33. *ſub num.*14. *verſ. At æquivocum*, ac Rota *d.deciſ.*218. *num.*10. *& ſeq. part.* 6., *& d. deciſ.*29. *num.*30. *part.*7. *rec.* Ac per conſequens tale augmentum in tertia tantum parte minime eſſet ſufficiens,
201 ut juſpatronatus diceretur adquiſitum ex juſta cauſa, & titulo oneroſo, non ſubjacens regulæ 9. Cancellariæ, & Apoſtolicis reſervationibus; *Rota deciſ.*472. *num.*52. *part.*19. *tom.*2. *recen.*, *& in Mutinen. parochialis, ſeu Plebaniæ* 2. *Jun.*1737. §.*Nihilominus cor. Tanario*.

Vel inſuper dotis augmentum ad effectum, de quo agimus, permittitur, ſi Eccleſiæ dos omnino ſit inſufficiens, & incongrua
202 pro debita fabricæ, & Rectoris manutentione ac ſuſtentatione; *Pax Jord. elucubr. can. tom.*2. *lib.*10. *tit.*7. *num.*53., *Gratian. diſcept.*177. *num.*21. *& ſeqq.*, ac præſertim *Rota cor. Card. Buſſio in Urbevetana juripſatronatus* 14. *Jan.*1757. §.11., *&* 6. *Maii d. anni* §.14. Et hoc in caſu etiam integra dos requiritur, ſeu tale augmentum dotis, ut ejus reſpectu antiqua dos nullius habeatur con-
203 ſiderationis, per adducta a *Viviano de jurep. lib.*2. *cap.*1. *num.*19., *& lib.*4.

& lib.4. cap.10.num.29., *Piton. d. discept.33. sub num.14. vers. Ad quod*, *Rota cor. Coccino d. decis.1056. num.8. & seq.* Perinde atque si antiqua dos amplius non superesset, vel constituta ab initio minime fuisset: eo quod juris nostri hac in re non contemnendum principium existat, idem esse, Ecclesiam fore indotatam, vel dotatam quidem, sed insufficienter: *Lambertin. de jurep. part.1. lib.1.* 204
quæst.6. art.6. num.3., *& quæst. 10. art.4. num.5. vers. Dicerem*, *Piton. d. discept.35. sub num.14. vers. En itaque*, ac *Menoch. cons.90. num. 28. lib.1.*

Hæc ratio modo adducta, quod videlicet paria sint Ecclesiam esse indotatam, ac insufficienter dotatam, plures eo excitavit, ut asserent, quando agitur de adquirendo jurepatronatus per dotale augmentum, sufficere Ordinarii consensum, non vero requiri be- 205
neplacitum Apostolicum, inter quos ita sentientes recensentur. *Gratian. d. discept.177. num.28.*, *Menoch. d. cons.90. num.28. lib.1.*, *cons.24. num.14. lib.3.*, *& cons.336. num.24. lib.4.*, *tum Abb. cons.28. num.1. lib.2.* ibi: *Plus dico, quod in casu nostro, ne dum Papa, sed etiam Episcopus potuisset eis juspatronatus concedere &c.* ac *Rota apud Garziam de benefic. part.5. cap.9. num.84. in fine.*

At nemo istorum vestigiis inhæreat: quandoquidem hæc omnia admitterentur, quando sermo esset de jurepatronatus adquirendo tempore fundationis beneficii, & erectionis parochialis, vel quando dos esset in totum realiter deperdita, cum tunc per redotatio- 206
nem adquireretur juspatronatus; & sic Ordinarii auctoritas sufficeret, immo hæc omnino requireretur, ex deductis per *Rotam in Sedunen. parochialis* 10. *Febr.* 1757. §.8. *cor. Borull.*, cum aliis auctori- 207
tatibus hic supra relatis *num.*153., ubi egimus de redotatione. At præsenti in casu, ubi sermo est de beneficio, & de parochiali Ecclesia jam erecta, & de novo jurepatronatus adquirendo ex speciali privilegio in perniciem ejusdem Ecclesiæ, ob novam servitutis speciem superinducendam, absolute debet recurri ad Summum 208
Pontificem, pro illius obtinenda approbatione, & gratia; ad *gloss. in Cap. Piæ mentis cau.16. qu.7: verbo Piæ vers. Si quis. Barb. de offic.*, *& potest. Episc. part.3. alleg. 70. num.16.*, *Pax Jordan. d. tom.2. lib.10. tit.7. num.54. & 72.*, *Ricc. in praxi dec.190. num.195. Paris. cons. 47. num.20.*, ac Rota *apud Barb. d. num.16.* Quæ tamen singula melius elucescent, si præ oculis habeantur, quæ supra adduximus a *num.*180.

TITU-

TITULUS X.

De unione Parochiarum.

SUMMARIUM.

1 *Unio Parochiarum nihil aliud est, quam duarum vel plurium Parochiarum Superioris auctoritate facta conjunctio.*
Idemque dicendum de unione beneficiorum. Ibidem.
2 *Duplici modo uniri possunt Parochiæ, vel beneficia, ad tempus nempe, & in perpetuum.*
3 *Unio Parochiarum, vel beneficiorum ad tempus, quippe quæ a sacris canonibus improbata, fieri nequit ab Ordinario, sed tantum a Summo Pontifice.*
4 *Hujusmodi unio impropria, temporalis, & personalis nuncupatur.*
5 *Adeoque morte illius, favore cujus facta fuit unio, omnino expirat, & evanescit.*
6 *Unio beneficiorum quandoque fit a Summo Pontifice favore alicujus Episcopi, reservata interim congrua Rectori, seu Beneficiato, ad succurrendum Ecclesiæ Episcopalis indigentiis.*
7 *Hujusmodi unio ab Episcopo Constantiensi petita vivente Beneficiato, fuit a Sacra Congregatione Concilii denegata. permissa tamen facultate instandi tempore vacationis.*
8 *Unio in perpetuum facta a Summo Pontifice, vel ab Ordinario, vera, propria, & realis nuncupatur.*
9 *Unio semper præsumitur realis, in re dubia, quando videlicet de unione quidem constat, non autem de illius qualitate.*
10 *Unio realis cognoscitur ex verbis, quibus ipsa concipitur.*
Exempla traduntur. Ibidem.
11 *In hisce tamen unionibus semper solet apponi clausula:* in perpetuum unimus.
12 *Rejicitur opinio* Hostiensis in cap. Novit de Sede vacante, *ubi Ecclesiarum, seu beneficiorum uniones ad quinque species reducit.*
13 *Item illa* Antonii de Luca in annot. ad Ventrigl. in praxi part. 4. annot. 8. §. 1. num. 1. in princ. *ubi duas tantum species distinguit.*
14 Ex *saniorum Doctorum calculo Parochiarum, vel beneficiorum uniones ad tres species reducuntur, quarum prima æque principalis, alia subjectiva, seu accessoria, & tertia incorporativa, seu promiscua nuncupatur.*
15 *Parochiolium Ecclesiarum uniones improbantur a Tridentino Concilio* in sess. 24. de reform. cap. 13. & sub n. 24.
16 *Hujusmodi enim unio est materia nimis odiosa, ac juri communi repugnans, veluti cultus divini diminutiva.*
17 *In dubio nunquam præsumitur facta unio, sed requiruntur claræ, univocæ, ac concludentes probationes.*
18 *Concilii Tridentini decretum* in sess. 24. de reform. cap. 13. *non afficit Summi Pontificis auctoritatem, eo quod ista supra Concilium Tridentinum sit.*
19 *Uniones Parochiarum a Pontificia, non autem Episcopali auctoritate pendere debent, ut effectum consequantur.*
20 *Limita in unionibus, quæ factæ proponuntur ante Concilii Tridentini tempora.*
Istæ enim uniones ex sacrorum Canonum dispositione peragi libere, & indi-

indistinctè poterant ab Ordinariis. Ibidem, tum n.22. & 151.

21 *Uniones ab Ordinariis explet æ ante Concilium Tridentinum pro subjectivis, & extinctivis haberi, ac considerari possunt.*

23 *Limita secundo in unionibus parochiallum Ecclesiarum immemorabili, ac centenaria suffultis.*

24 *Tridentini Concilii verba in* sess.24. de reform.cap.13. non obstantibus privilegiis, ac consuetudinibus etiam immemorabilibus: *non sunt referenda ad prohibitionem unionis Parochialium, sed ad erectionem novæ Parochialis, ubi nullæ, vel non distinctæ Parochiæ habeantur.*

Cathedralibus, quæ summam 1000. *& Parochialibus, quæ summam* 100. *ducatorum, secundum verum annuum valorem, non excedunt, pensiones imponi nequeunt.* Ibidem.

25 *Clausula in fine posita non solet ad omnia præcedenela referri, quando intermedia capitula separatam habent materiam, & maxime si diversitas aliqua majoris, aut minoris rationis in eis valeat considerari.*

26 Episcopi *tamquam Sedis Apostolicæ delegati, uniones perpetuas a quadraginta annis citra factas, examinare, revidere, &, si opus fuerit, irritare possunt, non autem illas, quæ tale tempus excedunt.*

27 *Centenaria, ac immemorabilis inducie præsumptionem, quod concessio ab eo, qui concedendi facultatem habebat, facta fuerit; justaque de causa.*

Ideoque præbet quidquid ad justitiam, & ad validitatem tituli desiderabatur. Ibidem.

28 *Limita tertio uniones Parochiarum ab Episcopo factas pro fundatione, dotatione, augmento, vel conservatione Collegiorum, aliorumque locorum piorum ad fidei catholicæ defensionem, & propagationem, ac bonarum artium cultum.*

Istæ enim non improbantur, nec comprehenduntur sub Tridentini Concilii decreto in sess.24. de reform. cap.13. Ibidem.

29 *Unio Parochialis facta Domui probationis Societatis Jesu, Civitatis Cracoviensis, in medio hæreticorum existenti, sub conditione tamen, quod Vicarius perpetuus, cum Cappellano ad nutum amovibili deputaretur, fuit a Sacra Congregatione Concilii approbata.*

30 *Hujusmodi uniones, velut ex causa justa, ac necessaria videntur expletæ.*

31 *Unio parochialis* Ecclesiæ *facta Collegio Scholarum Piarum approbata fuit a Sacra Congregatione Concilii, dummodo Patres non possent adspirare ad beneficia, & Cappellanias in ea erectas, & Ecclesia in concernentibus curam animarum, & confraternitates laicales, subjectæ essent proprio Episcopo.*

32 *Item concessa fuit unio Parochialis Ecclesiæ, & alterius filialis, cum omnibus beneficiis eisdem annexis de consensu patroni laici, & Ordinarii, favore Collegii Societatis Jesu in urbe Dusseldorphien. juxta modum a Sacra Congregatione explicandum.*

33 *Unio Parochialis diversæ diæceseos, & contra Capitulorum cathedralium voluntatem facienda, Collegio Societatis Jesu pro augendis redditibus ejusdem, ad effectum manutenendi Magistros necessarios ad instructionem juventutis, non obstante consensu patroni, fuit a Sacra Congregatione Concilii denegata.*

Deinde tamen consentientibus Capitulis, modernisque Rectoribus, atque Ordinariis unionem commendantibus, fuit concessa, & approbata. Ibidem.

34 *Limita quarto in unionibus Parochiarum, quæ certis finibus distinctæ non sunt, sed per familias tantum designatæ: cum istæ uniones Tridentini Concilii decreto in* sess. 24.

sess. 24. de reform. cap. 13. *minime afficiantur*.

Sacræ Congregationis resolutio affertur. Ibidem.

35 *Contrarium, quod istæ uniones Tridentino decreto in* d. cap. 13. *non afficiantur: neque dicta declaratio Sacræ Congregationis referri debet ad* cap. 13. d. sess. 24. vers. In unionibus, *sed* ad vers. In iis quoque, & num. 37.

Alia ejusdem S. Congregationis declaratio refertur. Ibidem.

36 *Parochiæ, quæ per familias, seu domos, & per certas personas distinguuntur, sunt veræ, & propriæ Parochiæ*.

38 *Clara legis, ac decreti concurrente dispositione, ab inutilibus distinctionibus non est quærendum præsidium*.

39 *Episcopus unire nequit parochiales, curatasque Ecclesias Abbatiis, vel Monasteriis quibuscumque, atque Collegiis*.

40 *At Nuncius quidem Apostolicus potest per plenariam unionem Monasteriis factam Ecclesias sæculares in regulares immutare, sed Summi Pontificis interesse debet auctoritas*.

41 *Amplia quoad Episcopos, & Nuncios talem prohibitionem respectu portionis fructuum parochialium hisce locis uniendæ*.

42 *Secunda unire nequit Episcopus parochiales, curatasque* Ecclesias *Dignitatibus, aut præbendis Cathedralium, vel Collegiatarum*; & sub n. 49.

43 *Amplia, nec ad effectum quidem augendi distributiones quotidianas*.

44 *Potest Episcopus unire nonnulla beneficia simplicia, & in illorum defectum, aliquibus præbendis suppressis, illarum fructus, & proventus applicare distributionibus quotidianis reliquarum præbendarum*.

Limita, si tot non remaneant Canonicatus, quibus Ecclesia servitio fraudetur. Ibidem.

45 *Unio duarum Parochialium favore Fabricæ* Ecclesiæ *Cathedralis admodum pauperi, fuit a Sacra Congregatione Concilii denegata*.

46 *Amplia secundo, sive unio fiat æque principaliter cum certa tantum adsignatione fructuum, sive subjective, & cum tituli extinctione*.

47 *Amplia tertio, sive actu sit, sive habita tantum Ecclesia*.

48 *Amplia quarto, tametsi Ecclesia unienda diruta sit, vel unio ab Episcopo peragatur tempore Pastoralis visitationis de consensu etiam Capituli*, & num. seq.

50 *Quarto unire nequit Episcopus Dignitates*.

51 *Quinto nec Canonicatus, seu præbendas, nisi per modum suppressionis*.

Limita quoad Canonicatus rurales residentiam non habentes, quos unire potest Canonicatibus Cathedralibus, attenta istorum tenuitate. num. 54.

52 *Potest tamen Episcopus animarum curam apud Capitulum residentem, de consensu ejusdem Capituli, transferre in eum, qui dignitatem obtinet in eadem Ecclesia, istique illam unire*.

53 *Vel eam transferre in aliam ejusdem* Ecclesiæ *personam*.

55 *Quinto unire nequit Episcopus parochiales, curatasve Ecclesias Seminariis*.

Sed recurrendum est ad Sanctissimum pro facultate, vel gratia. Ibid.

56 *Amplia etiamsi habitu tantum, non autem actu sint curatæ hujusmodi Ecclesiæ*.

57 *Potest enim Episcopus in hisce casibus unire Seminario nonnulla beneficia ex Tridentino Concilio in* sess. 23. de reform. cap. 18.

58 *Talis unio non est intelligenda de parochialibus, vel curatis beneficiis, quæ sub d. Tridentino decreto minime continentur*.

59 *Beneficiorum simplicium nomine parochialia, & curata minime comprehenduntur*.

60 *Sexto unire nequit Episcopus parochiales, curatasve Ecclesias, hospitalibus, militiis, aliisque bujus gene-*

generis locis, vel beneficiis simplicibus, aut coppellaniis.

61 *E contrario unire beneficia simplicia, vel cappellanias potest parochialibus, vel curatis Ecclesiis, quotiescumque necessitas id suadeat.*

62 *Quando videlicet Ecclesia parochialis, vel curata ita pouper existit; ut illius status aliter nequeat conservari.*

63 *Beneficia parochialia, vel curata absque Sedis Apostolicæ beneplacito in simplicia converti nequeunt.*

64 *Potest Episcopus beneficia parochialia, & curata porochialibus, & curatis unire, si justæ, ac legitimæ causæ interveniant.*

65 *Si nempe evidens, & præcisa necessitas, & utilitas Ecclesiæ id expostulet.*

66 *Amplia, quamvis parochialia, vel curata beneficia unienda sint Apostolicæ Sedi reservata, & affecta.*

67 *Indigentia legitimam præbet occasionem, justamque causam unionis Ecclesiarum, vel beneficiorum.*

68 *Validissima erit unio porochialium, vel curatarum Ecclesiarum aliis parochialibus, vel curatis, ita illarum paupertate exposcente.*

69 *Ratione paupertatis concludenter probatæ permittitur unio parochialis, quando Ecclesia remansit indotata.*

70 *Plura etiam possunt legata pia uniri indotatæ Ecclesiæ pro ejus congrua dote, una tamen cum omnibus oneribus, quæ eisdem legatis annexa proponuntur.*

71 *Item permittitur unio quotiescumque redditaum Ecclesiæ parochialis, vel curatæ tenuitas, ac diminutio talem unionem requirat.*

72 *Item quando Ecclesia diruta fuit, vel absolutam expostulat restaurationem, & populus incapax est ad eam vel reædificandam, vel restaurandam.*

73 *Limita, si Parochiani paroti sint ad constituendam, augendamve dotem, ac redditibus Ecclesiæ supplendum.*

Debet Episcopus præfigere Parochianis congruum tempus ad promissa adimplenda. Ibidem.

74 *Limita quoque, quando Parochiani sese offerant ad Ecclesiam reædificandam, si diruta, vel ad illam restaurandam, ubi opus fuerit, sacrisque suppellectilibus, si destituta sit, ornandam.*

75 *Episcopus non solum ratione paupertatis unire potest parochialibus, curatisque Ecclesiis, alias parochiales, curatasve Ecclesias, verum etiam in cæteris casibus a jure permissis.*

76 *Valida erit unio, si istam expostulaverit vel populi, vel distantia ab una ad aliam Ecclesiam modicitas.*

77 *Item ob odia, & inimicitias Parochianorum utriusque Ecclesiæ, quando aliter consuli, ac mederi nequiat.*

78 *Unio facta sine justis, ac legitimis causis nullius est efficaciæ.*

79 *Justa, ac legitima causa interfuisse præsumitur, quum post unionem longissimum temporis spatium fuit præterlapsum.*

80 *Sunt justæ, ac legitimæ causæ omnino necessariæ indistincte in singulis beneficiorum, quæcumque sint, unionibus.*

81 *Reducuntur quoque hæ causæ ad eorumdem beneficiorum præcisam, evidentemque necessitatem, & utilitatem.*

82 *Ad unionis tamen validitatem non minus, quam justæ causæ, juris solemnitates exiguntur.*

83 *In unionibus ab Episcopo peragendis Capituli consensus est necessarius.*

84 *Quamvis Tridentinum Concilium* in sess. 21. de reform. cap. 5. *tribuat uniendi facultatem Episcopis, ut Sedis Apostolicæ delegatis, hæc tamen non illis simpliciter delegatur, sed conditionaliter, cum onere servandi juris formam.*

85 *Eaque propter attenta juris forma debent in hujusmodi unionibus adhibere Capituli consensum*, & n.87. & sub n.96.

86 *Reprehenduntur Doctores, ex eo, quod Episcopi valeant has uniones perficere, ut Sedis Apostolicæ delegati, concludentes non teneri ipsos Episcopos ad adhibendum Capituli consensum.*

88 *Delegatus, qui facultates a delegante commissas excedit, nulliter agit.*

89 *Excessus non solum committi potest a delegato circa facultates delegatas, verum etiam circa modum, quo illis uti debet.*

90 *In unione Ecclesiarum, vel beneficiorum facta a Legato Papæ uti Ordinario Capituli consensus omnino exigitur.*

91 *Limita si vice, & nomine Pontificis hujusmodi uniones peregerit.*

92 *Auctoritas Summi Pontificis est supra jus commune, ac positivum.*

93 *Etsi Capituli consensus non præcedat unionis actum, sufficit tamen, si illum subsequatur*, & sub n.118.

94 *Si Capitulum injuste dissentiat, supplere solet Sacra Congregatio Concilii, concedendo Episcopis facultatem deveniendi ad hujusmodi unionem, vel eam approbando, si jam facta proponatur.*

Non enim est in potestate Capituli unionem a Tridentino Concilio adeo provide demandatam vel impedire, vel retardare. Ibidem.

95 *Unio parochialis facta ab Episcopo absque consensu Capituli fuit a Sacra Congregatione Concilii declarata valida in* Cæsenaten. 17. Jul.1723.

96 *Intellige, quia hujusmodi unio facta fuerat ab Episcopo jure extraordinario, idest auctoritate delegata, & quidem speciali ad certum actum, in vim decreti Sacræ Congregationis a Summo Pontifice confirmati.*

97 *Ad unionis validitatem insuper requiritur, ut ipsa fiat sine præjudicio possessoris Ecclesiæ, vel beneficii uniendi.*

98 *Unio trium beneficiorum simplicium annui redditus scutorum 10. Parochiali tenui, petita, adhuc illorum possessore vivente, fuit a Sacra Congregatione Concilii denegata.*

Illa iterum petita, mortuo possessore, fuit concessa, quamvis dicta beneficia remansissent affecta Sedi Apostolicæ. Ibidem.

99 *Debet ergo Parochus, aliusve Beneficiatus, cum de illius præjudicio agatur, ab Episcopo citari, illiusque consensus inquiri.*

100 *Clausula in actu unionis adjecta:* sine præjudicio possidentis: *protrabit effectum suum usque ad Parochi, vel Beneficiati cessum, aut decessum.*

101 *Adeoque cum nullum possessori inferatur præjudicium, non debet de jure fieri illius citatio.*

102 *Ex æquitate tamen audiri debet possessor, si de parochiali, curatave Ecclesia agatur.*

103 *Item fieri debet citatio illorum omnium, quorum interest.*

104 *Regula Cancellariæ 22. præscribit unionem Ecclesiarum, ac beneficiorum faciendam esse per viam commissariam*, vocatis quorum interest.

105 *Optimum esset per proclama, seu edictum citare etiam habentes interesse secundarium, & sic quoscumque alios putantes sua interesse.*

106 *Patroni tum sæculares, tum ecclesiastici pro unionis actu citari, audirique debent.*

107 *Refellitur opinio* Turricell. de union. benefic. cap.9. num. 40., *sustinentis laicos tantum, non Ecclesiasticos patronos esse citandos.*

108 *Legati a latere ob amplitudinem auctoritatis, qua honestantur, unire possunt parochialia, aliave beneficia.*

109 *Si tamen patronata sint beneficia, de-*

debeat patronorum consensum per citationem exquirere.

110 *Rejicitur* Azor. Instit. moral. part.2. lib.5. cap. 29. quæst.76.& lib.6. cap.28. quæst.12., *sustinent Legatum a latere posse ex privilegio, consuetudine, ac præscriptione unire beneficia jurispatronatus, ne dum Ecclesiastici, sed etiam laicalis.*

111 *Habent quidem Legati facultatem quandoque derogandi in provisionibus beneficiorum præsertim Ecclesiastici jurispatronatus.*

112 *Id tamen limitatur in unionibus perpetuis, in quibus non una vice derogatur provisioni, sed in perpetuum provisioni aditus præcluditur, atque aufertur: eo quod tituli extinctio producatur in patronorum detrimentum.*

113 *Patronorum præsertim laicorum jura voluit Tridentinum Concilium illæsa remanere.*

114 *Enixe curandum est, ut Christifideles privilegiorum, præmiorumque dulcedine allecti ad Ecclesiarum, beneceficiorumque fundationes excitentur.*

115 *Ne Summus quidem Pontifex sine patronorum laicorum consensu Ecclesias unire solet.*

Amplia, si de jurepatronatu Regio agatur. Ibidem.

116 *In Ecclesiarum, beneficiorumque unionibus non sufficit citatio & consensus majoris partis, si plures sint patroni, sed omnium requiritur.*

117 *Non tamen requiritur, quod in ipso unionis actu patronorum consensus interveniat, ut male sustinent nonnulli Doctores.*

118 *Sufficit, si talis consensus actum subsequatur: eo quod unice exigatur ad præcovendum patronorum præjudicium.*

119 *Patronus laicus præsumitur consensisse, si post habitam unionis notitiam absque ejus consensu peractæ, intra quadrimestre minime contradixerit.*

120 *Quando parochialis Ecclesia libera parochiali Ecclesiæ jurispatronatus unitur, debet patronus juripatronatus renunciare, ne Ecclesia libera in servitutem redigatur.*

121 *Vel curandum saltem est, ut inter patronum, & Episcopum alternativa servetur.*

122 *Plebs Ecclesiæ parochialis uniendæ non est de jure ab Episcopo citanda, cum non præsumatur allegatura id, quod sibi utilius sit, atque convenientius.*

123 *Si tamen de facto se opposuerit, aliquid justi, ac relevantis adducens, ob quod ad unionem deveniri non expediat, audiri absolute debet.*

124 *Vicarius generalis nequit Ecclesias unire sine speciali sui Episcopi mandato.*

125 *Unio Ecclesiarum est negotium valde arduum, atque odiosum, cum alienationem inducat.*

126 *Vicarius autem generalis in negotiis arduis, & ecclesiasticis alienationibus nullam potest explicare jurisdictionem, nisi edoceat hanc sibi fuisse specialiter delegatam.*

127 *Amplia, quamvis ab Episcopo mandatum obtinuerit cum generali jurisdictione.*

Quia non præsumitur voluisse Episcopum sub hac generali mandato concedere id, quod speciale mandatum requirit, & quod non esset verosimiliter concessurus. Ibidem.

128 *Amplia secundo, etsi data illi fuerit facultas conferendi, cum clausula generali, & ad cætera speciale mandatum etiam exigentia.*

Quia hujusmodi facultas, & jurisdictio adhuc tamen non extenditur ad majora expressis. Ibidem.

129 *Doctores reprehenduntur indistincte sustinentes posse Vicarium Ecclesias, vel beneficia unire.*

130 *Item* Gambar. de potest. Legat. lib.5. rubr.1. num.11., *docens Vicarium Episcopi habentem speciale mandatum conferendi, posse Eccle-*

fiorum, vel beneficiorum uniones perficere.

131 *Beneficiorum collatio, illorumque unio sunt inter se se omnino diversæ, quamcumque argumentationem ab una ad aliam rejicientes.*

132 *Prælati Episcopo inferiores habere possunt facultatem conferendi beneficia ex lege fundationis, consuetudine, præscriptione, vel privilegio.*

133 *Non tamen possunt beneficia unire, nisi privilegio, præscriptione immemorabili, aut saltem quadragenaria cum titulo.*

134 *Vel nisi expliceant jurisdictionem quasi Episcopalem.*

135 *Secus erit unio facienda ab Episcopo diœcesana cum consensu Prælati inferioris, & Capituli.*

136 *Possunt uniones Ecclesiarum perfici a Capitulo Sede Vacante, in iis casibus, in quibus ab Episcopo peragi poterant.*

137 *Limita si Ecclesias, vel beneficia sibi, seu mensæ capitulari unire voluerit.*

138 *Episcopus nequit beneficia, quæcumque sint, mensæ Episcopali unire.*

139 *Garzias refellitur* de benefic. part. 12. cap. 2. §. 1. n. 67. & seq., *simpliciter, & indistincte proferens Capitulum Episcopo succedere in facultate peragendi Ecclesiarum, vel beneficiorum uniones.*

140 *Capitulum Sede vacante peragere tantum potest uniones æque principales*, & num. 142.

141 *Verba, quibus utuntur Doctores hanc Capitulo facultatem concedentes*: dummodo nihil juribus Episcopalibus detrahatur: *non aliter possunt, quam æque principali unioni convenire.*

Per hanc enim unionem æque principalem jura Episcopi adhuc illæsa remanent: cum Ecclesiæ, vel beneficia unita adhuc in suo primævo statu perseverent. Ibidem.

143 *In unionibus subjectivis, ac incorporativis multum derogatur juribus Episcopalibus, quia Episcopo aufertur jus, & facultas Ecclesiam, vel beneficium unitum conferendi.*

144 *Si Ecclesia a patrono laico fuerit alteri unita, talis unio non erit vera unio, sed jurispatronatus translatio dici debebit.*

145 *Nulla competit laicis facultas, & jurisdictio uniendi, aut distrahendi jura Ecclesiastica, & spiritualia.*

146 *Adeoque si talis Ecclesia unita fuerit alicui Monasterio, adhuc retinebit priorem qualitatem, & secularis adhuc erit habenda.*

147 Alphonsus *Hispaniarum Rex ex indulto* Urbani II., *Ecclesias, quas e Maurorum manibus recuperaverat, univit Monasteriis una cum omnibus juribus.*

148 *Hujusmodi unio dici nequit facta auctoritate Regia, sed Apostolica.*

149 *Unio facta a laico, sed a Cardinali Legato a latere approbata, omnino valida est.*

150 *Item si ante Concilium expleta, ab Ordinariis fuerit approbata.*

151 *Quia approbata proponitur ab Ordinario eo tempore, quo ipse fruebatur facultate has uniones peragendi.*

152 *Uniones Ecclesiarum vel beneficiorum, quæ vivente Summo Pontifice, qui eas peregit, vel ante renovationem Regulæ 13. Cancellariæ, non fuerunt sortitæ effectum suum, subjacent dictæ Regulæ decimæ tertiæ.*

153 *Amplia, non obstante adjecta clausula*: Nunc pro ut ex tunc; *eo eo quod bisce clausulis expresse derogetur in novis regulis Cancellariæ.*

154 *Unde ex d. regula 13. Cancellariæ perinde est, ac si facta nunquam fuerit hujusmodi unio.*

155 *Effectus sortitus, cum in facto consistat, numquam præsumitur, sed debet concludenter probari.*

156 *Et quidem ab eo, qui effectum sortitum esse contendit.*

157 *Huic*

157 *Huic tamen regulæ* 13. *Cancellariæ non subjacent illæ uniones, quæ factæ fuerunt vigore Concilii Tridentini, quæ etsi effectum non fuerint sortitæ, tamen a Successore Pontificis non revocantur.* & num.162.

158 *Verba*, non tamen Concilii Tridentini auctoritate: *fuerunt primum adjecta a Sixto V.*

159 *Secundo, illæ uniones; quæ factæ fuerunt auctoritate Ordinarii, postea auctoritate Pontificis confirmatæ, vel renovatæ.*

160 *Tertio, illæ uniones, quæ factæ perhibentur pro fundatione, dotatione, augmento, vel conservatione Collegiorum, aliorumque piorum, ac religiosorum locorum, ad catholicæ fidei defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum institutorum*, & sub n.162.

161 *Verba regulæ* 13. *Cancellariæ*: Non tamen Concilii Tridentini auctoritate, nenon pro fundatione, dotatione, augmento &c. *ante* Gregorii XV. *tempora sub continuata oratione legebantur ulla absque parenthesi, sed postea tempore* d. Gregorii XV. *poni cœperunt sub parenthesi.*

163 *Quarto, illæ uniones, quæ factæ fuerunt onerosa ex causa.*

164 *Quando uniones auctoritate Pontificia expletæ, non fuerunt sortitæ effectum suum vivente Summo Pontifice, petitur a novo Pontifice illarum confirmatio.*

165 *Non tamen confirmantur, sed roborantur forma gratiosa, seu:* Etiam valere, & sub num. seq.

166 *Quando fuerunt expleta auctoritate Ordinarii, vel Legati Pontificii, petitur a Summo Pontifice confirmatio, & hæc, justa exigente causa, conceditur.*

Notabile caput Cancellariæ refertur. Ibidem.

167 *Uniones ab Ordinariis, vel Legatis Pontificiis nulliter peractæ, vel suspectæ, a Summo Pontifice non confirmantur, sed ab eodem, si rationabiles id suadeant causæ, permittitur, ut illæ denuo conficiantur.*

PArochiarum Unionis nomine, quod velim quoque accipias de beneficiis, nihil aliud intelligo, quam
duarum, vel plurium Parochiarum Superioris aucto- 1
ritate factam conjunctionem, ut eruitur *ex textu in cap. Sicut unire de excess. Præl.*, ex *Tholos. de benefic. cap.*10. *n.*3., *Garzia eodem tract. part.*12. *cap.*2. *n.*3., *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.*28. *n.*96. Duplici modo uniri possunt Paro-
chiæ, vel beneficia, ad tempus nempe, & in perpetuum, ut inter 2
cæteros docet *Petr. Anton. Daniel in Archigymnasio Urbis Professor, & in Romana Curia Advocatus, in suis doctis Instit. Canon. Civil., & Criminal., tom.*2. *tit.*12. *n.*7., quod ex infra deducendis melius patebit. Unio Parochiarum, vel beneficiorum ad tempus fieri nequit ab Episcopo, sed tantum a Summo Pontifice, eo quod
talis unio a sacris Canonibus, & a Tridentino Concilio penitus pro- 3
hibeatur, ex *Concil. provinc. Bononiensi tit. de union.* §. *quæ obstent unionibus beneficiorum, in fine*, ibi: *Quocumque autem casu beneficia quæcumque ad vitam unire, omnino est interdictum*: *Concil. Trident. sess.*7. *cap.*4., & *sess.*24. *cap.*17. *de reform.*, *Gonzal. ad reg.*8.

reg.8. Cancell. glossa 5. §.7. n.146., Gambar. lib.5. rubric.1. a n.17., Garz. de benef. d. part. 12. cap. 2. §. 1. num. 84., Ricc. in praxi part. 2. resolut. 393. n.5., Ventrigl. in praxi, part.2. annot. 8. §.1. *num.*24.

Hæc unio Parochiarum, vel beneficiorum, quæ a Summo Pontifice ad certum tempus, & ad vitam alicujus fieri quandoque
4 solet, unio impropria, temporalis, & personalis nuncupatur, *ex Garz. d. part.12. cap.2. §.1. n.88., Rebuff. in praxi, tit. de union. bene. a n.6., Hojed. de incompat. benefic. cap.3. n.1.*, & tunc morte
5 illius, favore cujus facta fuit unio, omnino expirat, & evanescit; *ad text. in cap. Quoniam Abbas de offic. deleg., Concil. Trid. d. sess.7. cap.4., Gonzal. d. n.146.* Quandoque contingit, ut Summus Pontifex talem unionem perficiat favore alicujus Episcopi, reservata interim congrua Beneficiato, tunc cum succurrendum est
6 Ecclesiæ Episcapali indigenti, ut novis proventibus augeatur: ut docent Tridentini Patres *in sess.24. de reform. cap.13., Gonzal. in cap.un. n.3. de excess. Prælat., Turricell. de union. benefic. cap.8. n.4. & 5.*, quibus consonat resolutio sacræ Congregationis Concilii apud Cardin. Alciatum in suis Manuscriptis, ubi responsum fuit posse applicari Ecclesiæ, seu mensæ Episcopali redditus Ecclesiæ, relicta summa scutorum 100. Rectori, ac *S. Rotæ decis.337. n.35. part.9. rec.* Simile indultum petierat Episcopus Constantien. ob æs alienum Ecclesiæ, sed Sacra Concilii Congregatio *sub die*
7 23. *Julii* 1707., & 19. *Maii* 1708. respondit: *Instet tempore vacationis beneficii*: ut apud *Cardin. Petram* legi potest *ad Constit.* 5. *Joannis XXII. sub n.23. in fine, tom.4.*

Alia unionis species, de qua hic defferimus, in perpetuum nempe facta, vel a Summo Pontifice, vel ab Ordinario, vera,
8 propria, & realis nuncupatur, de qua *Garz. d. parte 12. cap.2. n.9., Rebuff. in d. tit. de union. a n.6.* Et hæc semper talis in dubio præsumitur, non vero personalis, quando videlicet de unione quidem
9 constat, non vero de illius qualitate; arg. *Cap.1. Ne sede vacante.* Cognoscitur autem hæc realis unio ex verbis, quibus ipsa conci-
10 pitur; ex notatis a *Rota cor. Zelada in Terraconen. reædificationis, & restaurationis Ecclesiarum 19. Jun.1761. a §.7., ac alibi passim*, v. g. cum exprimitur: *ut perpetuo fiat, Cap. Exposuisti de præb.*, vel quando dicitur: *ad perpetuam rei memoriam*, vel: *ad beneplacitum Sedis Apostolicæ*: *Cap. si gratiose de rescript. in 6.*, vel *si concedatur contemplatione Ecclesiæ*: *Cap. 1. Ne Sede vacante*; ut observant Rebuff. *d. tit. de union. benefic. n.7. & 8., & Hojed. de incompat. benefic. num.*1. ac præsertim *Anton. Daniel in suis dd. Institution.*
11 *Canon., Civil. & Crimin. tom.2. tit.12. §. 7.* Cæterum solet in hisce unionibus semper apponi clausula; *in perpetuum unimus*: ut tradit *San-*

Sanchez ad præcept. Decalog. lib.7. cap.29. n.145. circa finem; in quo consonant quæ diximus in *cit. Terraconen.* §.7.

Quod attinet ad species, in quas dividi, ac discindi solet realis Parochiarum, vel beneficiorum unio, si parvipendas auctoritatem *Hostiensis*, qui in *Cap. Novit*, *ne Sede vacante*, quinque agnoscit, quæ videri possunt apud *Fagnanum in eod. Cap. Novit a n.6. ad* 12., tum illam *Antonii de Luca*, qui *in annot. ad Ventrigl. in praxi part.2. annot.*8. §.1. *n.*1. *in princip.* ad duas tantum eas redigit, placet ex saniorum Doctorum votis tres species distinguere, quarum prima æque principalis unio nuncupatur, altera subjectiva, seu accessoria, & tertia incorporativa, seu promiscua, ut docent *Glossa in d. Cap. Novit, ibique Fagnan. n.* 2., *Gonzal. in Cap. Sicut unire n.*3. *de excep. Prælat.*, *Matta de cans. Constit. sect.*9. *n.*8., *Rigant ad regul. Cancell.*9. §. 2. *num.*402. *tom.*2., *Card. de Luca in Miscell. disc.*1. *sub n.*38. *vers. vel ex perpetua*, ac *Rota decis.*784. *n.*10. *cor. Molin.*, *& in celebri causa Colonien. seu Leodien. unionis* 17. *Martii* 1752. §.4. *cor. Molino*, confirmata coram eodem, 3. *Jul. d. anni*. Sed de hisce singulis unionis speciebus, ad effugiendam in præsenti nimiam prolixitatem, & majoris claritatis gratia, in sequenti titulo satis abunde disseremus. 12 13 14

Parochiales uniones improbatæ conspiciuntur a Tridentino Concilio *in sess.* 24. *de reform. cap.*13.; quod pariter sentit *Rota cor. Molines decis.*1316. *n.*6., *ac cor. Clemente Arostegui in Cracovien. Canonicatus* 30. *Jun.*1747. §. 3. *& seq.* Versamur enim in materia nimis odiosa, ac juri communi repugnante, veluti cultus divini diminutiva; ut docet *Calderin. cons.*13. *vers. Item unio, de reb. Eccl. non alien.*, *Dec. cons.*233., ac *Rota cor. Molin. dec.*662. *n.*1., ac omissis cæteris, *coram Clemente Arostegui in d. Cracovien. Canonicatus* §. *Jam pridem*. Hinc est, quod in dubio nunquam præsumitur facta unio, sed omnino requiruntur claræ, univocæ, atque concludentes probationes, ex notatis a *Ventrigl. in praxi part.*2. *annot.*8. §.2. *n. fin.*, *Garz. de benefic. part.*12. *cap.*2. *n.*226., *Card. de Luca de Paroch. disc.*37. *sub n.*421. aliisque pluribus, *ac Rota decis.* 246. *num.* 4. *part.*8. *rec.*, ac præsertim in *Valentina Vicariæ* 1. *Jun.*1733. §. *Nec impedimentum*, *cor. Millino*, *& in d. Cracovien. Canonicatus* §. *Jam pridem*. Eaque propter, cum dictum Tridentini Concilii decretum Summi Pontificis auctoritatem minime afficiat, eo quod supra Concilium ipsa omnino sit, per *textum in Cap. Significasti ante fin. de elect. ibique Abb. n.*3., *cum ejus addit. magna*, *verbo* Concilia, *Cap. Proposuit de concess. præb.*, ac *Glossa verbo Præsumit*, *Can. Sicut sancti dist.*15., *Cassador. decis.*2. *num.*4. *de præb.*, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell.* §.1. *proœm. n.*62., *& Gloss.*5. §.7. 15 16 17 18

§.7. *n*.146.; Quod & Tridentini Patres aperte professi sunt in *sess*.7. *de reform. in princ.*, ac in *sess*.21. *cap. fin. de reform.*, ubi declaratur, quod omnia vel disponenda, vel jam disposita, semper intelligantur, salva Sedis Apostolicæ auctoritate: quod melius videri potest in cit. locis; *ac Gonzal. d. §. proœm. n*.62. Hinc sequitur, quod hujusmodi uniones a sola Pontificia, non autem Epi-
19 scopali pendeant auctoritate; *Zabarell. ad* Clement. *Quæ contingit n*.12. *de relig. domib.*, quod a Sacra Congregatione Concilii comprobatur, in *Herbipolen. parochialis Ecclesiæ*, *& Primissariæ*, 22. *Aug*.1750. §. *Ex his*, *circa fin.*, *thes. resol. pag*.71. *& seq.*, *ac Rota cor. Borrull. in Sedunen. unionis*, 4. *Martii* 1757. §.3.

Sunt tamen nonnulli casus excipiendi, in quibus Parochiarum uniones ab Episcopis factæ suo frustari minime debent effectu, nulloque modo irritari. Id primum contingit in unionibus, quæ ab
20 Episcopis factæ proponuntur ante Concilii Tridentini tempora; *Rota in Celsonen. annuæ præstationis*, 9. *Jul*.1752. *cor. Matthæjo* §.6. Istæ enim ab ipsis merito poterant executioni demandari ex sacrorum canonum dispositione: *Cap. Exposuisti de præb.*, *Cap. Sicuti unire de excess. Præl.*, *Rota cor. Lancetta decis*.1005. *n*.5., *& cor. Gamaches in Aurien. parochialis de Rozamonde*, 16. *Jun*.1721. §. *Quandoquidem*, *ac in d. Celsonen*. §.6. Quæ uniones ante Tridentini Concilii tempora expletæ, pro subjectivis, & extinctivis
21 haberi, & considerari possunt, per tradita *a Rota in Sabinen. jurium parochialium*, 8. *Maii* 1733. §. *Nihilque coram Calcagnino*. Quamobrem poterant Episcopi, quotiescumque id expedire judicavissent, parochiales Ecclesias unire etiam Monasteriis, Collegiis,
22 aliisque locis piis, ut notant; *Hojed. de incompatib. benef. part*.2. *cap*.3. *n*.6., *Gonzal. ad reg*. 8. *Cancell. d. Glossa* 6. §. 7. *num*.63., *Garz. de benefic. part*.11. *cap*.2. §.1. *n*.86., *Rota decis*.817. *part*.18. *rec.*, *& cor. Falçon. de unione benefic. decis*.7. *n*.25.

Secundo excipiendæ sunt parochialium Ecclesiarum uniones
23 factæ ab Episcopo, quæ immemorabili, ac centenaria suffultæ existunt, ex traditis a *Rota cor. Lancetta decis*.1235. *n*.41., sed præsertim *cor Falcon. decis*.6. *sub n*.23. *ac* 24., *& d. decis*.7. *sub n*.23. ac præcipue *in vers. Siquidem*, *de union. benefic.* Neque refragantur illa Tridentini Concilii verba *in d. Cap*.13. *sess*.24. *de reform.*; *Non obstantibus privilegiis*, *ac consuetudinibus etiam immemorabilibus*: nam hæc clausula derogatoria non est referenda ad prohibitionem unionis parochialium, sed ad erectionem novæ parochia-
24 lis, ubi nullæ habentur, vel non distinctæ Parochiæ, ut præter ea, quæ tradit *Barb. de offic. & potest. Episc. part*. 3. *alleg*. 66. *n*. 30., observat *Rota cor. Falcon. in cit. decis*.6. *n*. 25., *& in alia decis*.7. *sub n*.25. Quod decreti contextum legenti facili nego-

tio

tio patebit. Primo enim Tridentini Patres prohibent uniri parochiales Ecclesias Monasteriis, Abbatiis, Dignitatibus, seu præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ &c. Deinde ad aliam dispositionem in sequenti periodo transeuntes, prohibent imponi pensiones Cathedralibus, quæ summam 1000., & Parochialibus, quæ summam 100. ducatorum, secundum verum annuum valorem, non excedunt. Tandem diversa oratione jubent distingui, vel novas erigi Parochiales, ubi distinctæ non sunt, vel nullæ existunt, & sub hac dispositione clausulam adjiciunt: *Non obstantibus privilegiis, ac consuetudinibus etiam immemorabilibus*; unde non debet hujusmodi clausula ad omnia præcedentia referri, quando intermedia Capitula habent separatam materiam, ex regula 25
generali, præsertim attendenda, si diversitas aliqua majoris, vel minoris rationis in eis valeat considerari, ut ratiocinantur *Abb.*, *& Dec. in Cap. Secundo requiris de appell.*, *Gabr. de clausul. conclus.*9., *Menoch. lib.*4. *præfat.* 182. *num.*19., *Rota coram Penia decis.*295. *num.*3., *decis.*399. *n.*3. *cor. Buratto*, *dd. decis.*6. *n.*25., *& decis.*7. *sub n.*25. *cor. Falcon. de union. benefic.*

Hoc insuper alienum non videtur a mente Tridentinorum Patrum, qui jubent, ut Episcopi tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, uniones perpetuas a quadraginta annis citra factas, examinare, revidere, &, si opus fuerit, irritare valeant, non autem alias, quæ tale temporis spatium excedunt, ut legere est in 26
*sess.*7. *de reform. cap.*6., *& d. sess.*24. *cap.*13., in quo conveniunt Doctores, ac præsertim *Garz. d. part.*12. *cap.*2. *n.*11., *Corrad. in praxi benefic. lib.*2. *cap.*15. *n.*82., *ac Rota cor. Card. Falcon. dd. decis.*6. *n.*19., *& decis.*7. *n.*24., *& cor. Ratto decis.* 101. *num.*4. Equidem nefas est de validitate harum unionum, quæ immemorabili, seu centenaria donatæ sunt, suspicari: cum ignoret nemo centenariam, ac immemorabilem, ex indole, & natura sua, inducere præsumptionem, quod concessio ab eo, qui concedendi facultatem habebat, facta fuerit, justaque de causa, ideoque 27
præbere quidquid ad justitiam, & ad validitatem tituli desideratur; *Gabr. de præscript. conclus.*1. *n.*56., *Valenzuol. cons.*47. *n.*4., *Mascard. conclus.*1371. *n.* 20., *Covaruv. in regul. possess. part.* 2. §.4. *n.*5., *Rota decis.* 286. *num.* 4. *cor. Emerix jun.*, *decis.*494. *num.* 5. *coram Dunozet. jun.*, *& d. decis.* 7. *num.*20. *coram* Card. *Falcon.*

Tertio excipi quoque debent uniones parochialium Ecclesiarum factæ ab Episcopo pro fundatione, dotatione, augmento, vel conservatione Collegiorum, aliorumve locorum piorum ad fidei catholicæ defensionem, & propagationem, ac bonarum artium cultum: cum istæ non improbentur, neque comprehendantur 28

ſub Tridentini Concilii ſanctione in d. cap. 13. quemadmodum ſentiunt *Galerm. ad d. cap. 13. verbo Monaſteriis*, *Ventrigl. part. 2. annot. 8. §. 1. num. 14.*, *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 7. n. 47.* Quod Sacræ Congregationis Concilii videtur conſonum reſolutionibus, at præſertim in *Cracovien. unionis* 5. *&* 19. *Decemb.* 1739., *&* 30. *Jun.* 1740., ubi unio parochialis Eccleſiæ Villæ Vieclaviæ, facta ab Epiſcopo Cracovienſi anno 1731. Domui probationis Societatis Jeſu, ſeu Collegio SS. Matthæi, & Matthiæ, Civitatis Cracovienſis, in hæreticorum medio exiſtenti, ſub conditione ta-
29 men, quod Vicarius perpetuus, cum Cappellano ad nutum amovibili deputaretur, fuit ab Emis Patribus approbata, ut videre eſt *in theſauro reſolutionum d. anni* 1739. *pag.* 186. *cum ſeqq.*, *&* 193., & in *theſ. reſol. d. anni* 1740. *pag.* 19. Hujuſmodi enim uniones,
30 velut ex cauſa juſta, ac neceſſaria videntur expletæ, per tradita *a Rigant. ad regul. Cancell. 13. ſub n. 134. tom. 2.*

Hinc eſt, quod quotieſcumque pro obtinendis hujuſce generis unionibus, ſupplices libelli SSmo Domino fuerunt porrecti, & ab eodem SSmo Domino unionis peragendæ examen Emis Patribus Sacræ Congregationis Concilii fuit commiſſum, poſt auditam de more informationem, ac votum Ordinarii Epiſcopi, propoſitoque dubio; *An ſit ſignanda ſupplicatio, in caſu &c.* affirmativam ſemper Emi Patres reſponſionem ediderunt, adhibitis interdum nonnullis modificationibus. Sic in *Reatina unionis Eccleſiæ*, 20. *Martii*, 17. *Jun.*, *&* 8. *Jul.* 1719., *ut in theſ. reſol. pag.* 200. *cum ſeqq. &* 207., fuit conceſſa unio parochialis Eccleſiæ S. Joannis in Statua, Collegio ſcholarum piarum, dummodo Patres adſpi-
31 rare non poſſent ad beneficia, & Cappellanias in ea erectas, & Eccleſia in concernentibus curam animarum, & Confraternitates laicales, ſubjectæ eſſent proprio Epiſcopo.

Fuit quoque unio parochialis Eccleſiæ, & alterius filialis cum omnibus beneficiis eiſdem annexis de conſenſu Patroni laici, & Ordinarii, conceſſa Collegio Societatis Jeſu in urbe Duſſeldor-
32 phien., juxta modum a Sacra Congregatione explicandum in *Colonien.* 20. *Septemb.* 1727., *theſ. reſol. pag.* 119. Erat enim hujuſmodi unio maxime profutura catholicæ fidei, ac moribus Parochianorum in medio hæreticorum exiſtentium, & ſic Paſtor erat neceſſarius, ac numeris omnibus abſolutus, ut oves ſuas a vicinis hædis arceret, & errantes ad ſalutis viam reduceret: ut ex relatione Archiepiſcopi Colonienſis facta Sacræ Congregationi adparet in folio dictæ *Colonien. pag.* 119. Fateor equidem ſimilem unionem faciendam Collegio d. Societatis Jeſu pro augendis redditibus ejuſdem ad effectum manutenendi Magiſtros neceſſarios ad inſtructionem juventutis, etiam conſentiente patrono, fuiſſe dene-

denegatam ab eadem Sacra Congregatione in *Legionen. & Astoricen. unionis*, 24.*April*.1723., *thes. resol. pag*.302., sed potissima erat causa hujusmodi unionem denegandi, cum ageretur de unione parochialium diversæ diœceseos, &, quod caput est, facienda contra expressam Capitulorum Legionensis, & Astoricensis voluntatem. Cæterum renovata causa 11.*April*.1739., cum Capitula primum contraria consensum suum præstarent, tum moderni Rectores, modernique etiam Ordinarii Legionensis, & Astoricensis, talem unionem commendarent, fuit unio concessa, & permissum, ut supplicatio signaretur, ut videre est in *thes. resol. pag*.43. 33

Quarto excipiendæ pariter essent uniones parochialium Ecclesiarum, quæ certis finibus distinctæ, circumscriptæque minime sunt, sed per familias tantum designatæ: cum istæ uniones 34
Tridentini Concilii decreto in *cit. cap*.13. minime afficiantur, ex doctrina *Ventrigl. in praxi part*.2. *d. annot*.8. §.1. *num*.14., ac *Gonzal. ad reg*.8. *Cancell. glossa* 6. *num*.96., ubi Sacræ Congregationis resolutionem refert, ita conceptam: *Parochiæ, quæ certos fines non habent, sed certum tantum populum, & per certas familias distinguuntur, usque adeo ut sacramenta promiscue non administrentur, hoc Concilii decreto utiquam non comprehenduntur*. Sed hæc opinio mihi displicet, at e contrario adridet altera *Garziæ de benefic. part*.12. *cap*.2. §.1. *num*.89., qui asserit dictam declarationem referri perperam debere ad citatum decetum in *vers. In unionibus*,
sed in *vers. In iis quoque*, juxta aliam Sacræ Congregationis de- 35
clarationem, quæ ait: *Congregatio Concilii censuit sufficere ad hoc, ut non sit locus cap*.16. *sess*.24. *de reform., curam esse distinctam*: idest censuit sufficere curam esse distinctam, ut Episcopus non teneatur ad erectionem novæ Parochiæ, ut a Tridentinis Patribus in *d. vers. In iis quoque*, præscribitur. Enim vero quamquam distinctos non habeant fines, sed per populum, & per certas familias, vel etiam personas distinguantur, attamen nemo iverit inficias,
quod tales Parochiæ, veræ, & propriæ dicantur: ut plene de- 36
monstravimus in *tit*.3. *de erectione Parochiarum a num*.39. *ad* 46.
Eaque propter fatendum est, has Parochias quoque sub Tridentino 37
decreto in *cit. cap*.13. *sess*.24. *de reform.* contineri: cum neminem lateat, clara legis, ac decreti concurrente dispositione, ab inu-
tilibus distinctionibus non esse quærendum præsidium, ut post 38
textum in L. Hoc distinguendum ff. de recept. arbitr., firmat *Rota cor.Vicecom. in Fulginaten., seu Spoletana dotis* 9.*Maii* 1755. §.6., & *cor. Em.Caprara*, 15.*Martii* 1756. §.7.

Episcopus itaque unire haudquaquam potest parochiales, vel curatas Ecclesias Abbatiis, vel Monasteriis quibuscumque, atque

39 Collegiis, ex *Tridentino Concilio in d. sess.24. de reform. cap.13.*, & ita sentiunt Doctores, sed præcipue *Hoyed. de incompat. benefic. part.2. cap.3. num.6.*, *Gonzal. ad reg.8. Cancell. d. glossa 5. §.7. num.63.*, *Garzias de benefic. d. part.11. cap.2. §.1. num.56.*, *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.29. num.39.*, *& 40.*, *Rigant. ad regul.13. Cancell. sub num. 156.*, *Rota cor. Card. Falcon. de unione benefic. decis.7. num.25.*, *& cor. Borrull. in Seduren. unionis 4. Martii 1757. §.3.*, ubi ait, non posse Episcopos, immo nec Nuncios quidem Apostolicos, per tales uniones Monasteriis factas, Ecclesias sæcu-
40 lares in Regulares immutare, sed Summi Pontificis privativam auctoritatem esse implorandam. Eademque prohibitio est intelligenda circa uniones portionis fructuum parochialium hisce locis
41 faciendas, ex eod. Tridentino Concilio in *sess.25. de reform. cap.16.*, ut testatur *Ricc. part.1. resol.343. vers. Limita sexto*, *post Garz. d. part.12. cap.2. num.87. d. §.1. num.13.*

Nec parochiales, vel curatas Ecclesias unire potest Episcopus
42 dignitatibus, aut præbendis Cathedralium, vel Collegiatarum; nec ad effectum quidem augendi distributiones quotidianas, cum
43 id interdictum habeatur ex *d. Trid. Concil. sess.64. cap.13. de reform.*, quemadmodum tradunt *Fagnanus in cap. Proposuisti num.11.*, *cap. Extirpandæ §. Qui vero num.55. de præb.*, *Garz. d. part.12. cap.2. num.87.*, *Gonzal. d. glossa 5. §.7. num.87.*, *Ventrigl. in praxi part. 2. annot. 6. §.1. num.15.*, *Rigant. ad regul.13. Cancell. num.156. tom.1.* Satis enim a Tridentinis Patribus provisum fuit, permittentibus facultatem uniendi nonnulla beneficia simplicia, vel in illorum absolutum defectum, ex aliquibus præbendis sup-
44 pressis, dummodo tot remaneant Canonicatus, quibus Ecclesiæ servitio non fraudetur, illarum fructus, & proventus applicandi distributionibus quotidianis reliquarum præbendarum, *d. cap.13. sess. 24. de reform.*, *Ventrigl. d. §.1. num.17.*, *Rigant. loco cit. d. num.156.*, *& 157.*, ubi ait Sacram Concilii Congregationem pluries denegavisse Episcopis hanc facultatem uniendi parochiales Ecclesias, ut in *Celsonen. 19. Jan.*, *& 5. Decemb. 1647.*, *in Cracovien. unionis 13. Novemb. 1677.*, *in Legionen. unionis 15. Maii 1682.*, quibus resolutionibus, & illa congruit, quæ habetur apud *Aldan. in compend. canon. resolut. lib. 4. tit. 8. num.3. in Alexandrina 3. Maii 1594.*, sed specialis est illa in *Aurien. unionis 16. Decemb. 1724.*, ubi unio duarum parochialium favore fabricæ Eccle-
45 clesiæ Cathedralis admodum pauperis negata fuit ab Emis Patribus, *thes. resol. pag.106.*

Nec refert, an unio fiat æque principaliter cum certa tantum assignatione fructuum, vel subjective, & cum tituli extin-
46 ctione: cum hæc omnia ab eodem Tridentino Concilio æqualiter prohi-

prohibeantur, ut notat *Fagnan. in d. cap. Propofuisti num.14., & seqq. de præb., ac Rigant. loco cit. num.158., & seq.*, quod Sacræ Congregationi Concilii consonum est, ut legi potest in *Asloricen. 26.Maii 1711. sub Clemente XIV.*, ubi, cum Capitulum supplicaret, ut Summus Pontifex permitteret, quod citra tituli parochialis extinctionem, medietas fructuum ei applicaretur ad effectum istos distribuendi Canonicis primæ horæ interessentibus, reservata interim cura ab eodem Parocho administranda, cum medietate altera, remissis precibus Sacræ Congregationi, propositoque dubio: *An & quomodo Oratorum precibus sit annuendum in casu?* responsum fuit: *Negative*, quod a Rota etiam fuit declaratum *cor. Crispo decis.59. num.1. §.Nec non*. Parique modo nil refert, an actu, vel habitu sit parochialis Ecclesia. *Rigant.loco cit. num.160.*, 47
juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *Thelesina unionis 7.Jul.1703., & 8.Aug.1704.*, ubi similis unio fuit nulla, atque irrita declarata, juxtaque Rotalem decisionem *cor. Crispo d. decis.59. num.1.* Immo, tametsi parochialis Ecclesia diruta sit, & ab Episcopo hujusmodi unio fiat in actu visitationis: ut decla- 48
ravit Sacra Congregatio Concilii in *Tropien. 15. Jun.1645. apud Rigant. ut sup. num.161., & in supradicta Thelesina unionis*, ubi de parochiali tantum habitu, atque diruta agebatur.

Cæterum, quamquam Episcopus unire nequeat parochiales, vel curatas Ecclesias Cathedralibus, vel Collegialibus, etiam tempore visitationis, de consensu Capituli: juxta resolutionem Sa- 49
cræ Congregationis Concilii in *Cajacen.unionis 13.Jan.1703.*, nec, ut diximus, dignitatibus, vel præbendis Cathedralium, vel Collegiatarum: sed nec etiam dignitates unire valeat ex dispositione 50
Tridentini Concilii in *sess.13. cap.18. & sess.24. cap.15. de reform.*, ut decisum refert *Ricc. in praxi part.1. resol.393. vers. Limita*; neque etiam Canonicatus, seu præbendas, nisi per modum suppressionis, ut tradit *Gonzal.ad reg.8.Cancell. glossa 5. §.7. num.64.*, 51
Ventrigl. d. part. annot.8. §.1. num.25. Attamen potest Episcopus de Capituli consensu animarum curam apud idem Capitulum residentem transferre in eum, qui dignitatem obtinet in eadem Ecclesia, istique illam unire, ut decisum refert *Aldan. in d. Com-* 52
pend. canon. resol. lib.4. tom.5. num.4., die 3.Martii 1704. Vel eam transferre in aliam ejusdem Ecclesiæ personam, ut decisum refert 53
Garzias de benefic. part.9. cap.2. num.190. apud Ventrigl. in cit. §.1. num.16. Tum etiam unire potest Canonicatus rurales, residentiam non habentes, Canonicatibus Cathedralis, attenta istorum 54
tenuitate; *Concil. Trid. d. sess. 24. cap.15. de reform.*, quod Sacra Concilii Congregatio approbavit in *Aquen. unionis 12. Novembr. 1689.*

Fieri quoque nequit ab Episcopo Ecclesiæ parochialis, vel cu-
55 ratæ unio favore Seminarii; *cap. Majoribus, cap. Vacantibus de præb., Fagnan. in cap. Extirpandæ §. Qui vero num. 59. eod. tit., Clericat. de benefic. discord. 76. num. 9., Card. de Luca de Paroch. disc. 35. num. 4., Rigant. ad regul. 13. Cancell. num. 92. tom. 2., Rota decis. 233. num. 7. part. 6., decis. 165. num. 5. part. 13. rec., decis. 59. num. 2. cor. Crispo*, ac alibi passim; sed recurrendum est Sanctissimo pro facultate, vel gratia, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *Ravellen. 17. Jul.* 1645. Etiamsi habitu tantum, non
56 autem actu sint curata hujusmodi beneficia; *Fagnan. in d. cap. Extirpandæ §. Qui vero num. 55., Corrad. in praxi benefic. lib. 4. cap. 8. num. 23., Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 20. num. 162.*, ac pluries Sacra Concilii Congregatio apud *Fagnan. in loco cit., tum in Cathacen. 23. Febr. 1656. apud Rigant. ad d. regul. 13. Cancell. num. 93., ac Rota decis. 226. num. 2. & seq. part. 15. rec., & d. decis. 59. num. 2. cor. Crispo*. Habet enim Episcopus a Tridentino Concilio mutua-
57 tam facultatem uniendi nonnulla beneficia, *sess. 23. de reform. cap. 18., Rigant., & Doctores mox citati, Garz. de benef. part. 12. cap. 2. §. 2. a num. 193. ad 201., Daniel. in suis Institut. canon. civil. & crimin. tom. 2. tit. 12. num. 3.*, ac Rota *decis. 361. num. 3., & 7. part. 2. decis. 101. num. 6. part. 15. rec.* Unde talis unio non est intelligenda de beneficiis parochialibus, vel curatis, quæ sub dicto
58 decreto Tridentino minime continentur; *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. d. glossa 5. §. 7. num. 63. & 64., Lotter. ut supra d. num. 162., Anton. de Luca ad Ventrigl. d. §. 1. num. 7.* Cum nemini peregrinum sit beneficiorum simplicium nomine parochialia, & curata mini-
59 me comprehendi; *Rigant. ad reg. 13. Cancell. num. 155. tom. 2., ac Rota cor. Calcagnino in Gerunden. Canonicatus 3. Martii 1727. §. Quin imo*.

Neque unire potest Episcopus parochiales, vel curatas Ecclesias hospitalibus, militiis, aliisque hujus generis locis, vel be-
60 neficiis simplicibus, vel Cappellaniis, *d. sess. 24. de reform. cap. 13.* Quamvis e contrario beneficia simplicia, vel Cappellanias parochialibus, vel curatis Ecclesiis unire possit, quotiescumque neces-
61 sitas id suadeat; *Cap. Exposuisti de præb., Rebuff. in praxi, tit. de union. benef. num. 17., Ventrigl. d. §. 1. num. 11., & 35.*, ac Doctores cæteri communiter; quando videlicet Ecclesia parochialis, vel curata ita pauper existit, ut illius status aliter nequeat conser-
62 vari: *Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 5., ac Ventrigl. d. §. 1. n. 37.* Ratio hujus prohibitionis est, quia beneficia parochialia, vel curata
63 absque Sedis Apostolicæ auctoritate converti nequeunt in simplicia, ex *Trid. Concil. in sess. 25. de reform. cap. 16., Ricc. in praxi part. 1. resol. 393. n. 5. vers. ultimo, Ventrigl. d. par. 2. annot. 8. §. 1. num. 12.*

Po-

Poteſt autem Epiſcopus beneficia parochialia, & curata, parochialibus, & curatis unire, ſi juſtę, ac legitimæ interveniant cauſæ; *Concil.Trid.ſeſſ.*21.*de reform. cap.*5., *ac Rota deciſ.*316. *num.*1. 64
*part.*2.*rec.* Si nempe evidens, & præciſa neceſſitas, & utilitas Eccleſiæ id expoſtulet; *Can.* 49. *cau.*26. *quæſt.*1., *Garz. d. cap.* 2. 65
*num.*108., *Rebuff. d. tit.de union. num.*38., *Barb.de offic. & poteſt. Epiſc. part.*3. *alleg.* 66. *num.*3. & 21., *Pax Jord. elucubr. diverſ. part.*2. *lib.*10. *tit.*31. *num.*2., *Daniel. in Inſtit. canon. civil. & crimin. tom.*2. *tit.*12. *num.*6., *ac Rota deciſ.*406. *num.*8., & 9. *par.*10., & *deciſ.*281. *num.*5. *part.*9. *tom.*1. *rec.* Quin referat, quod parochialia, vel non parochialia beneficia parochialibus, vel curatis 66
unienda, ſint Apoſtolicæ Sedi affecta, *d.ſeſſ.*21. *cap.*5., ibi: *Etiamſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpecialiter reſervata, aut qualitercumque affecta*; *Rigant. aliique apud ipſum ad regul.*13.*Cancell. num.*135., & 162. *tom.*2., *Daniel.ut ſup.tom.*2. *tit.*12. *num.*3. Quapropter cum indigentia legitimam præbeat occaſionem, juſtamque cauſam unionis Eccleſiarum,, vel beneficio- 67
rum: ut ratiocinatur *De Luca ad Ventrigl. d.*§.1. *num.*11., *ac Rota cor. Card. Creſcentio in Vicen. jurisdictionis* 30. *Jan.*1723. §. *Non obſtante*, inter ejus impreſſas *deciſ.*204. *num.*12.; hinc validiſſima erit unio Eccleſiarum parochialium, vel curatarum, ita illarum 68
paupertate expoſcente; *Can.*12. *cau.*10. *quæſt.*3., *cap.*33.*de præb.*, *Concil. Trid. d.ſeſſ.*21. *cap.*5. *de reform.*, *Turricell. de union. cap.*6. *num.*18.& *ſeqq.*, *Lotter. d.lib.*1. *quæſt.*28. *num.*134., *Rigant in d. reg.*13.*cancell. num.*138., *Daniel. loco cit. num.*3., ac Sacra Congregatio Concilii in *Leopolien. unionis* 1.*Septemb.* 1736. §.*Perpetuitas*, ubi plures, quibus mox utemur, referuntur reſolutiones, ut in *theſ. reſol. pag.*140.

Ratione, itaque paupertatis concludenter probatæ permittitur unio, quando Eccleſia indotata remanſerit; *Rota deciſ.*376. 69
*num.*2. 5. & *ſeq. part.*18. *tom.*1. *rec.* Et hoc in caſu etiam plura legata pia uniri poterunt indotatæ Eccleſiæ pro ejus congrua dote, una tamen cum omnibus oneribus eiſdem legatis annexis, ut 70
Sacra Congregatio Concilii declaravit in *Lycien.* 11.*Jan.*1698. Secundo, quotieſcumque reddituum Eccleſiæ parochialis, vel curatæ tenuitas, vel diminutio hanc requirat unionem; *Rigant. ad regul.*13.*Cancell. num.*136., *Daniel. ut ſup. tom.*1. *tit.*12.*num.*6., quod 71
Sacra Congregatio Concilii pluries declaravit, ut in *Verulana* 1. *Decemb.*1708., 11.*Martii* 1709., & 28.*Jul.*1713., tum in *Reatina unionis parochialium* 4. *Aug.*1714., relata a *Rigant. loco cit. num.*136. *poſt med.*, ac in *Fulginaten.* 30.*Jan.*1723., *theſ. reſol. pag.*198., ubi talis unio fuit ab Emis Patribus approbata, non obſtante oppoſitione Capituli,& aliquot Parochianorum,ut videre eſt, in

in *d. pag.* 168., tum in *lib.* 2. *decret. pag.* 190., tum apud *Rigant. d. num.* 136. *in fine*; quibus omnibus resolutionibus consona est *Rotalis decis.* 316. *num.* 2. *part.* 2. *rec.* Tertio, concurrit justa causa ratione paupertatis, quando Ecclesia parochialis, vel curata diruta fuit, vel absolutam expostulat restaurationem, & populus in-
72 capax est, & impos ad eam vel reædificandam, vel restaurandam, ad præscriptum Tridentini Concilii in *cit. sess.* 21. *de reform. cap.* 7., juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *Aquilana* 9. *April.* 1712. *apud Rigant. d. num.* 136. *in med.*, ubi approbata fuit unio duarum Parochiarum, quæ a terræmotu fuerant dirutæ, tum in *d. Reatina unionis parochialium* 4. *Aug.*, ubi fuit approbata alia unio trium parochialium Ecclesiarum e terræmotu dirutarum, quas Parochianorum indigentia non patiebatur in pristinum statum restituere, *thes. resol. d. pag.* 168. juxtaque ea, quæ habentur in folio ejusdem Sac. Congreg. in *Parmen. translationis parochiæ* 2. *Decemb.* 1719. §. *Homines*, *thes. resol. pag.* 256.

Scire tamen operæ pretium erit, quod si Parochiani, vel alii, parati sint ad constituendam, augendamve dotem, ac redditibus parochialis, vel curatæ Ecclesiæ supplere, non potest Epi-
73 scopus transferre, ac unire talem Ecclesiam; quemadmodum Sacra Congregatio Concilii declaravit in *Parmen.* 2. *Decemb.* 1719., ubi proposito dubio: *An translatio parochialis Ecclesiæ facta ab Episcopo Parmensi sustineatur in casu &c.*, responsum fuit: *Negative*: Erant enim Parochiani prompti, & parati, quatenus ab Eminentissimis Patribus id necessarium fuisset judicatum, ad augendam dotem parochialis Ecclesiæ, ut videre est in *thes. resolut. pag.* 156. *& seq.* Quod Sacræ Rotæ Tribunal comprobavit *coram Lancetta decis.* 357. *num.* 7. Eaque propter præfigere debet Episcopus Parochianis congruum tempus ad promissa adimplenda: ut eadem Sacra Congregatio decrevit apud *Rigant. loco cit. num.* 137. *in Aversana* 3. *April.* 1704, *ad* 1. *dubium*. Idemque intelligas, quando Parochiani sese offerant ad Ecclesiam reædificandam, si diruta, vel ad illam restaurandam, ubi opus fuerit, vel ad illam sacris sup-
74 pellectilibus, si destituta sit, ornandam, instruendamque, juxta resolutionem Sacræ Congregationis in *d. Aversana ad* 1. *dubium*, *teste Rigant. in cit. num.* 137.

Non solum autem ob earum paupertatem unire potest Epi-
75 scopus parochiales, curatasque Ecclesias, aliis parochialibus, vel curatis, sed etiam in cæteris casibus a jure permissis, ex Tridentino Concilio *d. sess.* 21. *cap.* 5. *de reform.*, *Turricell. de union. benefic. cap.* 6. *num.* 18. *& seqq.* Valebit itaque hujusmodi unio, quotiescumque istam expostulaverit vel populi, vel distantiæ ab una ad aliam
76 Ecclesiam modicitas; per *textum in Can.* 3. *cau.* 10. *qu.* 3., *can.* 43. *cau.* 16.

cau.16. qu.1., cap.33. de præb., Daniel. Instit. can. civil. & crim. tom. 2. tit. 12. num. 6., quod etiam Sacra Congregatio Concilii comprobavit apud *Rigant. ad regul. 13. Cancell. cit. num. 136. in fine, in Fulginaten. 21. Novemb. 1722.* confirmata *30. Januar. 1723.*, ut videre quoque est in *thes. resol. pag. 266., & seqq.* Justa quoque, atque efficax erit unio parochialis facta ab Episcopo ob odia, & inimicitias Parochianorum utriusque Ecclesiæ, quotiescumque hisce nequeat malis consuli, ac mederi, nisi unionis ministerio, ut ratiocinantur *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 28. num. 30., & seq., Lap. alleg. 66. num. 6. vers. Quæro numquid*, ac *Rota decis. 239. n. 4. vers. Et satis part. 1. rec., & decis. 351. num. 6. cor. Lancetta.* 77

Sunt istæ causæ justæ, ac legitimæ omnino necessariæ, ita ut hisce non existentibus vis, & efficacia unionis evanescat necesse sit, per *textum in cap. Exposuisti §. Si evidens de præb., Turricell. de union. cap. 8. num. 1., Rota in Cracovien. plebaniæ 22. Jun. 1717. §. Atque hinc cor. Arostegui, in Conchen. præstimonii 8. Jun. 1739. §. Neque coram Millino, in Cracovien. Canonicatus 30. Jun. 1747. §. Jampridem, cor. eodem.* Justa autem, ac legitima causa interfuisse præsumitur, quum post unionem longissimum temporis spatium fuit præterlapsum: ut observat *Turricell. ut supr. cap. 10. num. 17., Garzias de benef. part. 12. cap. 2. num 121., Rota decis. 190. num. 19. cor. Crispo, decis. 101. num. 5. cor. Rojas, & in Celsonen. annuæ præstationis 9. Jul. 1752. §. 6. cor. Em. Matthæjo.* Sed hæ justæ, ac legitimæ causæ non solum in unionibus beneficiorum parochialium, vel curatorum, sed indistincte in singulis beneficiorum, quæcumque sint, exiguntur, ad *textum in d. cap. Exposuisti, ibique Fagnan. num. 15., & seq., ac Rota cor. Herrera decis. 90. num. 13.* Quæ pari modo reducuntur ad eorumdem beneficiorum præcisam, evidentemque necessitatem, & utilitatem, *d. cap. Exposuisti de præb., Can. Etsi Ecclesiæ cau. 1. qu. 7., Pax Jord. elucubr. canon. tom. 2. lib. 10. tit. 32. num. 2. & 60., Murga de benef. quæst. 3. divis. 3. num. 109., Vanespen in jus Eccles. univ. part. 2. tit. 29. cap. 2. num. 2., Rigant. ad reg. 13. Cancell. num. 2., aliique apud Piton. discept. 151. num. 3.* 78 79 80 81

Nil autem prodessent justæ causæ, si eodem tempore juris solemnitates omitterentur: cum istæ ad unionis validitatem non minus, quam illæ exigantur, per tradita a *Rota cor. Lancetta decis. 1351. num. 1., & cor. Herrera d. decis. 99. num. 13.* Inter solemnitates itaque a jure præscriptas, primum recensetur Capituli consensus ab Episcopo requirendus: per *textum in Clem. ult. de excessu Prælat.*, ibi: *per Episcopum suo consentiente Capitulo*: *cap. Pastoralis de præb., cap. Tua nuper de iis, quæ fiunt a Præl., Concil. Trid., d. sess. 21. cap. 5. de reform., Ventrigl. d. part. 2. annot. 8. §. 1. num. 2., & seqq.* 82 83

& seqq., *Anton. de Luca ad eundem*, *Ventrigl. d.* §.1. *sub num.*5. *vers.Sed sufficiunt*, Rigant. *ad d.reg.*13.*Cancell. num.*139., *& seqq.*, *& ad reg.*22. *num.*55. *tom.*2., *Daniel. Instit. canon. civil. & crim. tom.*2. *tit.*12. *num.*1. Quod & Sacra Congregatio Concilii declaravit 20.*Novemb.*1609., ibi: *Congregatio censuit Episcopum in unione facienda vigore decreti Concilii*, *sess.* 21. *cap.*5., *teneri adhibere consensum Capituli*: *quod si illum consensum in unione prætermiserit*, *unionem nullam*, *atque irritam esse*; tum in *Sancti Severini* 19.*Decemb.*1604., *vers.Cum sessione* 21. *cap.*5. *caveatur*, quæ resolutiones habentur apud *Rigant. in fine num.*141. *ad reg.*13. *Cancell.*, qui ait talia decreta eruisse ex antiquo Codice resolutionum Sacræ Congregationis ad usum *Card. Paulutii senioris*. Quibus Sacræ Congregationis auctoritatibus, & illa accedit *Sacra Rota in decis.*222. *num.*5. *& seq. part.*9. *rec.*, *decis.*1078. *num.*5. *cor.Seraphino*, *& in Concben.præstimonii* 8.*Jun.*1739.§.*Neque cor.Millino*.

Re quidem vera, quamvis Tridentini Concilii Patres in *cit.*
84 *cap.*5. hanc tribuant facultatem Episcopis, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis, hæc tamen ipsis absolute, & simpliciter haudquaquam delegatur, sed conditionaliter, sub onere, & obligatione servandi juris formam, atque præscriptum, ibi: *Possint Episcopi*, *etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegati*, *juxta formam juris &c.* Eaque propter attenta juris forma debent in hujusmodi
85 unionibus adhibere Capituli consensum; ut ratiocinantur *Fagnanus in cap.*3. *Ad audientiam sub num.*53. §.*Similiter de Eccles. ædific.*, *Turricell. de union. cap.*9. *num.*4., *&* 14., *Card.de Luca de benef. disc.*14. *num.*3., *Pignatell. consult.*3. *num.*6. *tom.*8., Ricc. *decis.Curiæ Archiep. Neapol. pars.*4. *decis.*198. *num.*15., *Rigant. in locis supracitatis*.

Ex quibus suapte natura in pessum ruunt auctoritates illorum, quibus, eo quod Episcopi valeant has uniones perficere, ut Sedis
86 Apostolicæ Delegati, videtur per consequens non teneri ipsos Ordinarios ad adhibendum Capituli consensum, inter quos ita male ratiocinantes, recensentur *Navar. cons.*10. *de offic. & potest. Jud. Deleg.*, Ricc. *in praxi fori Eccles. part.*1. *resol.*388. *num.*4., *Gallemart. ad Concil.Trid. d. cap.*5., *Zerola in praxi Episcopor. part.*2. *verbo Unio* §.9. Hoc enim adversariorum ratiocinium concluderet, si Episcopi simpliciter ad hunc unionis actum delegarentur, non vero præsenti in casu, ubi præscribitur onus servandi juris
87 formam, ita ut Episcopis aliter agentibus unio parochialis ipso jure nulla sit, juxta citatam resolutionem Sacræ Congregationis 20.*Novemb.*1600. ibi: *Quod*, *si consensum in unione prætermiserit*, *unionem nullam*, *atque irritam esse*: quod simili modo declaratur a Sacra Rota in *d.Concben.præstimonii* §.*Neque*. Quandoquidem explora-

ploratissimum est, Delegatum, qui facultates a delegante commissas excedit, nulliter agere; *Cap. Cum dilecta de rescript. cap. Cum olim de offic. deleg.*, Rota *decis.399. num.7. part.14. rec.*, *decis.748. num.2. cor. Molin.*, *& in Avenionen.*, *seu Carpentoracten. Concilii super reintegratione* 1.*Jul.*1754. §.6. *cor. Vicecem.* Excessus autem non solum a delegato committi potest circa facultates delegatas, verum etiam circa modum, quo illis uti debet, ut notat eadem Rota *in cit. Avenionen.* §.9., & 10. 88 89

Illa, quæ modo diximus, magis, magisque elucescent, si consideretur, quod etiam unio Ecclesiarum, vel beneficiorum facta a Legato Papæ, uti Ordinario, Capituli consensum omnino exigit; 90
Garz. d. cap.2. num.150., & seq., *Barb. de offic. & potest. Episc. part.3. alleg.66. num.6.*, *Scopp. ad Cod. Fabri. lib.1. tit.2. exp'anat.48. num.23.*, *& seq.*, *Rigant. ad regul.22. Cancell. num.57.*, *Card. de Luca de benef. disc.45. num.11.*, *& disc.47. num.12.* Nisi vice, ac nomine Papæ talis unio simpliciter perficeretur, tunc enim 91
non esset necessarius Capituli consensus, ut præter Doctores mox relatos, ita distinguentes, ponderat *Rigant. loco cit. num.56.* Hoc enim in casu ageretur de unione simpliciter facta vice, ac nomine Pontificis, qui juris solemnitatibus, ac regulis minime subjicitur: cum illius auctoritas sit supra jus commune, ac positivum, 92
ut docet *Card. de Luca de benefic. disc.25. num.13.*

Cæterum, quamquam Capituli consensus non præcedat unionis actum, sufficit tamen, si illum subsequatur; *Gonzal. in cap.* 93
Sicut unire num.5. de excessu Prælat., *Scopp. ut supra num.22.*, *Turricell. de union. d. cap.9. num.8.*, *Garz. loco cit. num.147.*, *Gratian. discept. for.278. num.32.*, Rigant. *ut sup. num.142.*, *Fragos. de regim. reip. christ. part.2. lib.9. disput.2.* §. 6. *num.14.*, ac in folio Sacræ Congregatianis Concilii in *Cæsenaten.* 17. *Jul.*1723. §. *Ordinarius sub fine*, ibi; *Tum quia consensus Capituli subsequi potest*, *thes. resol. pag.*345., ac *Rota decis.* 318. *num.* 41. *& seq. part.5. rec.*, & cum aliis in *decis.*190. *num.*13. *cor. Crispo.* Quod, si Capitulum ulla absque causa consensum præstare deneget, solet, necessitate, & utilitate Ecclesiæ concurrentibus, a Sacræ Congregationis Concilii Tridentini Tribunali suppleri, concedendo Episcopis facultatem deveniendi ad hujusmodi unionem, vel eam 94
approbando, si jam facta proponatur: cum in Capituli potestate minime sit unionem a Concilio Tridentino adeo provide demandatam vel impedire, vel retardare, ut præ cæteris sentit *Rigant. loco cit. num.*143., juxtaque resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in causa *Fulginaten.* 21. *Novemb.*1722., (quæ tamen in thes. resol. desideratur, quia extra folium proposita fuit) confirmata sub 30. *Jan.*1723. ut in *thes. resolut. d. anni pag.*266. *& seqq.*

Neque refragatur resolutio Sacræ Congregationis Concilii in *d. Cæsenaten.* 17. *Jul.* 1723., ubi suppressio parochialitatis, & curæ animarum Sancti Severi, ejusque respective unio ad aliam parochialem Ecclesiam S. Joannis Evangelistæ facta ab Episcopo etiam
95 absque consensu Capituli in Urbe Cæsenatensi, fuit ab Emis Patribus ad bina dubia declarata valida: ut videre est *in thes. resolut. pag.* 346. *& seq.* Ibi enim agebatur de suppressione, ac respective de unione Ecclesiarum parochialium facta ab Episcopo jure ex-
96 traordinario, idest auctoritate delegata, & quidem speciali ad certum actum, in vim decreti Sacræ Congregationis a Summo Pontifice confirmati: quo in casu nullum est dubium, quin valeat hujusmodi suppressio, atque unio: quemadmodum ponderat *Garzias de benef. part.* 12. *d. cap.* 2. §. 1. *n.* 151., relatus in *d. Cæsenaten.* §. *Ordinarius, sub fine, pag.* 345. Proindeque cessat objectio in nostro proposito, ubi agitur de unione ab Episcopo facienda jure ordinario, idest juxta formam, & præscriptum juris; quibus attentis, Capituli consensus est necessarius, ex *Rota in Conchen. præstimonii* 8. *Jun.* 1739. §. *Neque cor. Millino*, præter auctoritates jam supra relatas.

Ad unionis validitatem insuper requiritur, ut ipsa omnino
97 fiat sine præjudicio possessoris Ecclesiæ, vel beneficii, de cujus unione quæritur: juxta claram Concilii Tridentini sanctionem in *d. sess.* 21. *de reform. cap.* 5. ibi: *Sine tamen præjudicio obtinentium*, in quo uno ore conveniunt Doctores, ac præsertim *Barb. de jure Eccl. univ. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 29., *Ventrigl. d. part.* 2. *annot.* 9. §. 1. *n.* 12. Exemplum nobis suppeditat Sacra Congregatio Concilii in *Asculana* 23. *Febr.* 1726., ubi unio trium beneficiorum simplicium annui redditus scutorum 10. Parochiali tenui, petita, quando adhuc illorum possessor vivebat, denegata fuit. At mortuo possessore, qui fuerat Cappellanus *Innocentii XII.*, eaque iterum petita unione
98 per Parochum, quamvis beneficia affecta Sanctæ Sedi remansissent, Sacra Congregatio respondit eam esse faciendam, in eadem *Asculana* 28. *Jul.* 1730. relata *inter precum Summaria*.

Quam ob rem nedum opportunum erit, sed necessarium Episcopo prævia citatione consensum Parochi, vel alterius Re-
99 ctoris beneficii, requirere, & obtinere: cum de illius agatur præjudicio; *ad textum in L. De unoquoque ff. de re judic.*, *cap.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6., *cap.* 3. *Ad audientiam de Eccles. ædific.*, *Anton. de Luca ad Ventrigl. d.* §. 1. *sub num.* 5. *vers. Sed sufficiunt*, ac *Rota decis.* 239. *num.* 5. *part.* 5. *recent.* Quod si unio facta fuerit cum clausula; *Sine præjudicio possidentis*, talis clausula protrahit effe-
100 ctum suum usque ad cessum, vel decessum, quando vacaverit parochiale, vel non parochiale beneficium sub tali clausula unitum;

tum; *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.29. n.36.*, *Anton. de Luca ad Ventrigl. loco cit.* Hinc cum hoc in casu nullum possessori per 101
hujusmodi unionem inferatur detrimentum, non debet de jure citatio, aut monitio fieri ab Episcopo uniente; *per textum in Clement.2. de reb. Eccles. non alien.*, *Gonzal. in Cap. Sicut unire n.5. de excess. Prælat.*, *Peleus. in Comment. analytic. ad regul. Cancell. cap.42. in princ.*, *Barb. de offic. & potest. Episc. part.3. alleg.66. n.20.*, *Murga de benefic. cap.4. divis.4. n.156.*, *Vanespen in jus Eccles. univ. part.2. tit.29. cap.3. num.14.*, *Rigant. ad regul. Cancell.22. n.58. tom.2.*, ac *Rota apud Garz. de benef. part.12. cap.2. §.2. num.204.*, *tum cor. Lancetta decis.813. n.8.* Ex æquitate tamen, si de parochiali, vel curata Ecclesia agatur, audiri debet 102
possessor; *Sanchez in præcept. Decal. lib.7. cap.29. n.171.*, *Hojed. de incompatib. benefic. cap.3. sub n.9.*, *Vanespen loco cit. num.14. §. Quantumvis*, *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst.28. n.171. & seqq.*, *Rigant. ut sup. n.154.*, ac *Rota decis.817. num.14. part.18. rec.*, *decis.1078. n.3. cor. Seraphino*.

Juris insuper solemnitates exigunt, ut citatio illorum, quo- 103
rum intereſt, legitime adhibeatur; *Clement. un. §. Ad hæc, de statu Monach.*, *Concil. Tridentin. sess.7. de reform. cap.6.* ibi; *Vocatis quorum interest*, *Concil. Bonon. tit. de union. §. Quæ servanda in unionibus*, ibi: *Et vocatis, quorum interest, tota erit res pertractanda*: *Pax Jordan. elucubr. Canon. tom.2. lib.10. tit.32. n.83.*, *Hojed. loco cit. sub n.9.*, *Tondut. quæst. & resol. benefic. part.1. cap.37. n.1.*, *Rebuff. ad regul.22. gloss.11. n.3.*, *Rigant. ad eand. regul.22. Cancell. n.39.*, in qua regula præcipitur unionem fieri debere per viam commissariam, vocatis quorum interest, ibi: 104
& semper in unionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest: quod pluries Rota declaravit, *apud Garziam d. §.2. n.205.* Optimum quoque erit per proclama, seu per edictum citare habentes interesse secundarium, & sic quoscumque alios putantes sua in- 105
teresse; ut consulit *Mandosa ad regul.22. Cancell. quæst.8. n.5.*, *Rigant. ad eandem n.40.*, *Hojed. loc. cit. n.9.*

Patroni igitur nedum sæculares, sed etiam Ecclesiastici pro 106
unionis actu citari debent, ad *text. Concilii Tridentini in sess.21. de reform. cap.15.* ibi: *Cum patronorum consensu*: *Concil. Bonon. in d. tit. de union. §. Quæ obstant*, *& in tit. de Seminario §. Quæ beneficia uniri nequeunt*, *Mandosa loco cit.*, *Rebuff. d. Glossa 11. n.6.*, *Vanespen ut sup. n.9.*, *Rigant. loco cit. n.40.*, *Turricell. de union. cap.9. n.40.*, *Faber in cod. lib.1. tit.2. defin.48. & seq.*, *Scoppa ad eundem, explanat.48. n.25.*, *Garz. d. §.2. num.210.* ubi refert duo decreta Sacræ Congregationis Concilii, in quorum primo Eminentissimi Patres super *Cap.5. sess.21. de refor.* hæc habent: *Hoc Capitu-*

pitulum, quo disponitur posse Episcopum facere uniones perpetuas quarumcumque Ecclesiarum parochialium, & aliorum beneficiorum cum curatis propter eorum paupertatem, non comprehendit beneficia jurispatronatus, & in altero super *cap.18. sess.23.* ita statuerunt; *Uniri non possunt beneficia jurispatronatus etiam Ecclesiastici, nec pertinentia ad provisiones Inferiorum, neque beneficia, quæ residentiam requirunt, neque regularia, neque etiam quæ commendata sunt, nec quæ Monasteriis sunt unita, & annexa.*

Contemnenda proinde est opinio Doctorum, qui sustinent, laicos tantum, non ecclesiasticos Patronos vocandos esse, citandosque: quemadmodum reprehenduntur præ cæteris a *Turricell. de de union. d. cap.9. n.40.* Quod majori sub luce collocabitur, si asseratur, quod etiam Legati a latere, qui in vim, qua honestantur, amplitudinis auctoritatis, peragere valent uniones parochialium, aliorumve beneficiorum, ut docent *Tondut. quæst. canon. part.3. cap.200. n.18., Gambarat. de Legatis a latere, tit. de potest. uniend. n.97., Lotter. de re benef. lib.1. quæst.28. n.117., ac Rota cor. Falcon. de unione benef. decis.7. n.22.*; attamen, si de Ecclesiis parochialibus, aliisve beneficiis jurispatronatus uniendis agatur, debent vocare, citareque singulos Patronos, illorumque consensum explorare; *Garz. d. part.12. cap.2. §.2. n.205., Rigant. loco cit. n.44., ac Rota apud Garziam in Spoletana Cappellaniæ*, ubi decisum fuit, unionem factam a Legato a latere de beneficiis jurispatronatus sine Patronorum consensu, invalidam fuisse, atque irritam.

107 (margin, beside "que: quemadmodum…")
108 (margin, beside "lium, aliorumve…")
109 (margin, beside "sum explorare…")

Dignus quoque est, qui reprehendatur, *Azor. Instit. moral. part.2. lib.5. cap.29. quæst.16., & lib.6. cap.28. quæst.12.*, ubi sustinet, Legatum a latere posse ex privilegio, consuetudine, vel præscriptione unire beneficia jurispatronatus nedum ecclesiastici, sed etiam laicalis. Nam valere id posset in beneficiorum provisionibus; cum hi Legati facultate gaudeant quandoque derogandi in provisionibus beneficiorum præsertim ecclesiastici jurispatronatus; *Garz. de benef. part.5. cap.3. num.71. & 72., & d. part.12. cap.2. §.2. n.211., Castropal. Oper. moral. tract.13. disp.6. punct.2. §.2. n.22., ac Rigant. cit. n.44.*, numquam vero id debet admitti in unionibus perpetuis, in quibus non una tantum vice derogatur provisioni, sed in perpetuum provisionibus aditus præcluditur, in Patronorum, quicumque illi sint, detrimentum: ut distinguendo ratiocinantur *Garzias cit. n. 205., Castropal. loco cit., ac Rigant. d. n.44.* Unde requiritur patronorum præsertim laicorum consensus: cum hisce in unionibus eorundem jura lædantur, quæ tamen Tridentinum Concilium illæsa voluit remanere, *Sess.24. de reform. ca.9. in princ.* ibi: *Sicuti legitima patronorum jura tollere, pias-*

piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare, æquum non est &c., & *cap.* 15. *ejusd. sess.*, *Vanespen loco cit. part.*2. *cap.*3. *n.*9., Rebuff. *in theor. & praxi juris Can. lib.*2. *cap.*11. *n.*5., Rigant. *ut sup. n.*49., *Faber in cod. lib.*1. *tit.*2. *defin.* 48. *sub n.*2. *ibique Scoppa explanat.*48. *n.*25., *& explanat.*49. *n.*2.

Verendum sane est, ne Christifideles, piique benefactores, ac sæculares præsertim de bonis propriis libere disponendi facultate donati, ab Ecclesiarum fundationibus, & beneficiorum erectionibus removeantur, sed potius enixe, diligenterque curandum est, ut privilegiorum, præmiorumque dulcedine adlecti, ad dictas fundationes, & erectiones hilari animo excitentur, ad 114
textum in Cap. Cum Apostolica, de iis, quæ fiunt a Præl., *Cap. Cum plantare, ibique Glossa, verbo Ecclesias, de privil.*, ac Doctores apud *Rotam cor. Card. Falcon. de jurep. decis.*39. *n.*8. Hinc evenit, ut ne Summus quidem Pontifex sine Patronorum laicorum consensu Ecclesias unire soleat, præsertim si de jurepatronatus Regio agatur, 115
quemadmodum Doctores fatentur, ac præcipue *Barb. in Clem. fin. n.*4. *de Eccl. ædific. in* 6., *& ad Concil. Trid. sess.*7. *de reform. cap.*6. *n.*22., *Vivian. de jurep. lib.*1. *cap.*15. *n.*58., *Murga de benef. quæst.*4. *n.*155. *& seq.*, *Rigant. ad reg. Canc.*22. *n.* 52., *ac Rota cor. Lancetta decis.*129. *n.*7.

Duo hic notanda sunt in præsenti, de quo agimus, casu: quorum primum est, quod pluribus existentibus patronis, non sufficit citatio, & consensus majoris partis, sed omnium requiri- 116
tur, ne actus unionis nullus sit, atque invalidus, arg. *Cap.*7. *de donat.*, *Clem. un.* §. *Ad hæc de statu Monach.*, *Concil. Trident. sess.* 24. *de refor. cap.*15., *Vivian. de jurep. lib.*14. *cap.*5. *n.*58., *Tondut. quæst. benefic. part.*3: *cap.*14. *n.*8., *Garz. de benef. part.*12. *cap.*2. §.2. *n.*204., *ac Rota apud eundem Garz. in Spoletana Cappellaniæ* 17. *Jun.*1551., *& apud Farinacc. decis.*567. *ad fin.*, *tum cor. Merlino decis.*837. *n.*8., *& cor. Molin. decis.*534. *num.*5. Secundo, quamvis singulorum patronorum consensus necessario sit exquirendus, non tamen requiritur, quod in ipso unionis actu interveniat, ut 117
male docent *Bursat. cons.* 285., *Castropal. Oper. moral. tract.* 13. *disput.*6. *punct.*2. §. 2. *n.*26., & alii apud R*otam decis.*294. *num.*19. *& seqq. part.*5. *rec.*, sed sufficit juxta receptiorem sententiam, quod subsequatur, eo quod talis consensus unice exigatur ad præcavendum patronorum præjudicium: quo in casu nil refert sive 118
ante, sive post unionem præstetur, ut tenent *Rebuff. in praxi ad reg.*22. *Cancell. gloss.* 11. *n.*20., *Hojed. de incompat. benefic. cap.*3. *n.*9., *Tondut. quæst. benefic. part.*2. *cap.*4. §. 9. *num.*2., *Gratian. discept. Eccles. cap.*278. *n.*30. & alii apud *Rigant. ad regul. Cancell.* 22. *n.*51., eodem modo, quo supra diximus de Capitulo, cujus subse-

subsecutus consensus ad unionis validitatem sufficit. Præsumitur autem patronus, si laicus est, consensisse, quotiescumque post
119 habitam notitiam unionis absque ejus consensu factæ, intra quadrimestre minime contradixerit; *Tondut. quæst. benef. part.3. cap.144. n.12.*, *Vivian. de jurep. lib.14. cap.2. n.6.*, *Paris. cons.127. n.23. lib.4.*, *Rota cor. Molines decis.584. n.7.*

Quandoque casus contingit, in quo parochialis Ecclesia libera parochiali Ecclesiæ jurispatronatus uniatur, & tunc requiritur,
120 quod patronus juripatronatus renunciet, ne sub unionis prætextu, ac colore Ecclesia libera in servitutem redigatur, juxta Tridentinam sanctionem *in sess.24. de reform. cap.9. in principio*. Vel saltem curandum est, ut quam minus fieri potest parochiali Eccle-
121 siæ liberæ noceatur: adeoque servanda saltem erit inter patronum, & Episcopum alternativa, ut docent *Ventrigl. in praxi fori Eccl. part.2. annot.8. §. 1. num.28.*, *Piton. de controv. patron. alleg.54. n.34.*, ac *Rota cor. Bich. decis.382. n. 22.*

Ad Plebem quod attinet parochialis uniendæ Ecclesiæ,
122 non est illa de jure ab Episcopo vocanda, citandaque, cum non præsumatur allegatura id, quod sibi utilius sit, atque convenientius; *Pax Jordan. divers. lucubr. part.2. lib.10. tit.32. num.94.*, *Monacell. in formul. legal. pract. tom.1. tit. 2. form.7. n.3.*, quod sacra Congregatio Concilii pluries comprobavit, ac præsertim in *Fulginaten. union. 30. Jan.1725. §. Scriptura, thes. resol. pag.268.*, *in Cæsenaten. 17. Jul. d. anni, §. Ordinarius, pag.345.*, *& 31. Jul. ejusd. anni, pag.346. & seq.* Cæterum si de facto sese opposuerit,
123 aliquid justi, ac relevantis adducens, ob quod ad unionem deveniri non expediat, debet absolute audiri; *Rebuff. in reg. de union. gloss. 11. n.12.*, *Hojed. d. n.9.*, *Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. §.2. n.219.*, *Pax Jordan. d. n.94.*, *Monacell. in cit. formul.7. n.3.*, quod pariter legitur in folio Sacræ Congregationis *in d. Cæsenaten. §. Ordinarius*. Quin referat, quod in utraque citata causa, uniones parochialium aliis parochialibus Ecclesiis factæ ab Episcopis Cæsenaten., & Fuginaten., validæ, ac firmæ ab Eminentissimis Patribus declaratæ fuerint, etiamsi Parochianorum oppositiones aliter esse resolvendum suaderent: hujusmodi enim oppositiones, rationesque a Parochianis adductæ, irrelevantes fuerunt a sapientissimo Eminentissimorum Patrum congressu judicatæ.

Si Episcopus aliis negotiis, atque curis distentus, aliave causa impeditus, uti velit Vicarii sui generalis ministerio in uniendis parochialibus, aliisve Ecclesiis, vel beneficiis, nequit Vicarius generalis ad unionis actum valide devenire, si speciali, expressoque ad talem actum mandato Episcopi munitus non adpareat: juxta
124 doctrinam *Rebuff. in praxi in tit. de union. n.37.*, *Garz. ut sup. §. 1.*

§.1. *num.69.*, *Sbrozz. de offic.& poteſt. Vic. lib.2. cap.118. num. 3., & ſeq.*, *Turricell. de union. cap.6. num.54.*, aliorumque plurium, ac *Rotæ cor. Herrera deciſ.90. num.12.* Verſamur enim in negotio valde arduo, valdeque odioſo, cum hujuſmodi unio alienationem inducat; *Corrad. in praxi benefic. lib.2. cap.15. num.71.*, *Claud. Ferrier, traitè du Droit de patronage, chap.11. num.57. & ſeq.*, *De Luca ad Ventrigl. part.2. annot.8. §.1. num.6. in princ.*, *Maſcbard. de probat. tom.3. concl. 1420. num.12.*, *Card. de Luca diſc.14. num. 6. de Regul.* Proindeque neceſſum omnino eſt, ut in hiſce, aliiſque ſimilibus negotiis arduis, & eccleſiaſticis alienationibus, in quibus Vicarius generalis nullam habet juriſdictionem, edoceat hanc ſibi ſpeciali modo fuiſſe delegatam; *Zerol. in praxi Epiſc. part.1. verbo Vicarius §.12.*, *Monacell. formul. eccleſ. tom.1. tit.1. formul.1. n.2.*, *Rota in Fanen. molendini 12.Feb.1751. §.13. cor. Cortada, ac in Gneſnen. decimarum 13.Jun.1753. §.fin. cor.Card.Caprara, & in eadem 21.Jan.1757.§.14. cor.Stadion.* 125 126

Neque etiam Vicarius generalis has poterit ſine ſpeciali mandato uniones perficere, quamvis ab Epiſcopo mandatum obtinuerit cum generali juriſdictione: quia non eſt præſumendum, cum de jurium Epiſcopalium remiſſione agatur, voluiſſe Epiſcopum ſub hoc generali mandato concedere id, quod ſpeciale mandatum requirit, & quod non eſſet veroſimiliter conceſſurus, ad *cap.81.de regul. jur.in 6.*, *cap. Cum generali 3.*, *ibique Paſſerin.n.3. de offic.Vicar.* tum ad notata a *Rota cor.Cornelio in Ratisbonen.juriſdictionis 26. April.1762.§.11.in fine.* Immo etſi illi data fuerit facultas conferendi cum clauſula generali, & ad cætera ſpeciale mandatum etiam exigentia: quia hujuſmodi facultas ac juriſdictio adhuc tamen non extenditur ad majora expreſſis; *Cap. Qui ad agendum de procur. in 6.*, *Clem.2. eod.tit.*, *Rebuff.ut ſupra*, *Turricell. d.cap.6.num.14.*, *Garz.*, *aliique apud eundem d. part.12. cap.2. §.1. num.69.* Proindeque rejiciendi inter cæteros *Mobedan. de offic. deciſ. 6.*, *Gabr. conſ.200. lib.3. num.1.*, *apud Garz. d. §.1. num.70.*, qui indiſtincte ſuſtinent poſſe Vicarium Eccleſias, vel beneficia unire; tum etiam *Gambar. de poteſt. Legat. lib.1. rubric.1. num. 115.*, docens Vicarium Epiſcopi generalem habentem ſpeciale mandatum conferendi, poſſe hujuſmodi uniones perficere: beneficiorum enim collatio, illorumque unio ſunt inter ſe omnino diverſæ, ac proinde perperam ab una ad aliam argumentatio deſumitur, arg. *L. Papinianus ff.de minor.* quod in ſpecie comprobat *Pax Jordan. d. lib.10. tit.32. n.42.*, ac in genere *Rota cor.Molin. deciſ.710.n.28.*, *& cor.Paracciano in Praneſtina Cappellaniæ 13.Jun.1755. §.9.* 127 128 129 130 131

Verum enim vero, ut res exemplo roboretur, etiam Prælati Epiſcopo inferiores habere poſſunt facultatem conferendi beneſi-

132 neficia ex fundationis lege, consuetudine, seu præscriptione, vel privilegio petitam, ad *cap.25. de jurep.*, *cap.15. de offic. & potest. Jud. deleg.*, *cap.2. de arbitr.*, *cap.15. de præscript.*, *ac passim*, *Concil. Trid. sess.24. de reform. cap.18.*, *sess.25. cap.9. de reform.*, *Garz. d. §.1. num.71.*, *Pax Jordan. d. tit.32. num.43.*, *Barb. de offic. & potest. Episc. part.3. alleg.66. num.6.* Nihilotamen secius unire minime possunt, ob adductam rationem, parochialia, vel non parochialia beneficia, nisi privilegio, præscriptione immemorabili, aut saltem quadragenaria cum titulo, hæc sibi facultas competat,
133 & de ea concludenter adpareat; *Cap. Sicut unire de except. Præl.*, *ibique Abb. num.3.*, *& Clem.1. §. Ad hæc de statu Monach.*, *ibique glossa verbo Ordinarius*, *Rebuff. in praxi tit. de union. num.33. & seq.*, *aliique apud Garz. loco cit. num.71.* Vel nisi expli-
134 cent jurisdictionem quasi Episcopalem, ut docet inter cæteros *Gambar. de potest. Legat. lib.5. rubr.1. num.16.*, ac Sacra Congregatio Concilii apud *Garziam loc. cit. num.74.* Secus facienda erit
135 unio ab Episcopo diœcesano cum consensu Prælati inferioris, & Capituli; *Garz. loco cit. num.74.*, & d. Sacra Congregatio, ubi in fine decreti hæc habet: *Alioquin unionem faciendam esse per Episcopum cum consensu Abbatis, & Capituli.*

Possunt & istæ uniones beneficiorum perfici a Capitulo sede
136 Episcopali vacante, iis in casibus, in quibus ab Episcopo peragi poterant, quemadmodum sentiunt *Rebuff. d. tit. de union. num.36.*, *& in tit. de devolut. num.100.*, *Zerol. in praxi Episc. part.2. verbo Capitulum §.4.*, *& verbo Unio §.7.*, *Genuens. in praxi Arch. Cur. Neap. cap.85. num.25.*, *Ugolin. de offic. Episc. cap.81. §.1. sub n.1.*, *Garz. ut sup. num.67.*, *Pax Jord. d. tit.32. num.29. & seq.*, *Daniel, Instit. canon. civil. & crim. tom.2. tit.12. num.1.*, aliique plures. Dummodo tamen sibi, seu mensæ Capitulari dicta beneficia, vel
137 portiones non uniat; *Alex. Monet. de distrib. part.5. qu.29. num.29.*, *Barb. de offic. & potest. Episc. part.3. alleg.66. num.11.*, *Pax Jord. d. tit.32. num.29.*, *Garz. loco cit. num.66.*, ubi refert ita fuisse decisum a Sacra Congregatione Concilii, eodem modo, quo nec
138 ipse Episcopus poterat sibi, seu mensæ Episcopali beneficia, quæcumque forent, unire, per *text. express. in Clem.2. de reb. Eccl. non alien.*, *ibique Glossa verbo Mensæ suæ*, *Pax Jord. elucubr. canon. tom.2. lib.9. tit.1. num.413.*, *Daniel loco cit. tit.12. num.3.*

Hæc autem facultas peragendi beneficiorum uniones Capitulo competens tempore Sedis vacantis, non est intelligenda de
139 quacumque unionis specie, quemadmodum *Garzias* sustinet *d. part.12. cap.2. §.1. n.67. & seq.*, qui simpliciter profert Capitulum Episcopo succedere in facultate peragendi hujusmodi unio-
140 nes; sed intelligi tantum debet circa uniones æque principales,

quem-

quemadmodum docet *Pax Jord. loco cit. num.*33., & non aliter sentiunt, teste *Azorio Instit. moral. part.*2. *lib.*3. *cap.*28. *quæst.* 9., *Lupus in cap.*1. *de major. & obed.*, *Felin. in cap. Cum olim eod. tit.*, *Card. & Imola in Clem.*1. *de statu Monach.*, *Rebuff. tit. de un. n.*36., *Zerol. in praxi Episc. part.*2. *verbo Capitulum* §.4. & *verbo Unio* §.7. *num.*11., *Caccialup. de union. art.*3. *quæst.*6. *num.*19., aliique plures, qui hanc facultatem Capitulo competere admittunt Sedis vacantis tempore, dummodo nihil juribus Episcopalibus detrahatur; quæ verba non aliter possunt convenire, quam unioni æque 141
principali, quia per hujusmodi unionem Episcopalia jura illæsa remanent, Ecclesia, vel beneficia unita proprium retinent nomen, titulum, jura, honores, unoque verbo, adhuc in suo primævo statu perseverant; *Azor. loco cit.*, *Pax Jord. d. num.*30., *ac Rota cor. Em. Caprara in Asloricen. parochialis* 5. *Jun.*1747. §. *In sententia*.

At e contrario, si Ecclesias, vel beneficia unire Capitulum voluerit subjective, vel incorporative, hæc facultas illi merito 142
denegatur Sede Episcopali vacante, ut tradunt *Pax Jord. loco cit. num.*30., *Azor. in d. quæst.*9.; nec diverso modo sentiunt *Pavin. de offic. & potest. Capit. Sede vacante part.*2. *quæst.*3. *a num.*17., *Cucch. Instit. canon. lib.*2. *tit.*9. *num.*81., *ipseque Lotter. de re benef. lib.*1. *quæst.*28. *num.*140., quidquid ab initio asserat. Equidem in unionibus subjectivis, ac incorporativis multum derogatur Episcopalibus juribus, cum per hujusmodi uniones, ut melius in sequenti Titulo videbimus, alienatio, & extinctio tituli inducatur, ac Episcopo auferatur facultas, & jus Ecclesiam, seu beneficium uni- 143
tum, ac suppressum, non amplius vacans, conferendi, ut Doctores adducti ratiocinantur, ac præsertim *Azor. d. quæst.*9., & *Pax Jord. d. num.*30., quibus addi possunt *Corrad. in praxi benefic. lib.*1. *cap.*6. *num.*283., & *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell. glossa* 5. §.7. *num.*7., tum Rota *cor. Em. Crescentio in Colonien. decimarum* 29. *April.*1733. §. *Maxime*, *seu decis.*223. *n.*9.

Id autem non contingeret, si Ecclesia parochialis, vel alia ad patronum laicum, cujuscumque generis ille habeatur, pertinens ab eodem patrono alteri Ecclesiæ unita fuerit; quia talis unio 144
non unio esset dicenda, sed potius jurispatronatus translatio: cum nulla competat laicis facultas, & jurisdictio uniendi, aut 145
distrahendi jura ecclesiastica, & spiritualia, quemadmodum decidit *Rota in Cracovien. Plebaniæ* 22. *Jan.*1717. §. *Pro declinanda cor. Cerro*. Ac per consequens, si talis Ecclesia unita fuerit, v.g., alicui Monasterio, adhuc retinebit Ecclesia priorem qualitatem, & sæcularis adhuc erit habenda, ut tenent *Monet. de commut. ultim.* 146
*volunt. cap.*10. *num.*21., *Garz. de benefic. part.*7. *cap.*10. *num.*1., *Rota decis.*215. *num.*4. *part.*15., & *decis.*47. *num.*12. *part.*18. *rec.*,

 & *cor.*

*& cor.Crispo decis.*308.*num.*10., ac præsertim in *d.Cracovien.*§.*Suasit*, ubi agebatur de parochiali Ecclesia, seu Plebania S. Andreæ Villæ Tynec de jurepatronatus Regio, a *Casimiro I.* Poloniæ Rege unita, seu donata anno 1040. una cum 90. villis, insigni Monasterio S. Benedicti Tynecensi.

Nec refragatur exemplum Alphonsi Hispaniarum Regis,
147 qui ex indulto sibi concesso ab *Urbano II.* anno 1095., potuit Ecclesias, quas e Maurorum manibus recuperaverat, Monasteriis unire una cum omnibus juribus. Nam hujusmodi unio, quemadmodum res est in propatulo, dici nequit facta auctoritate Regia,
148 sed Apostolica, arg. *L. Nemo plus ff. de reg. juris*; ac Rota pluries, sed præcipue *cor. Lancetta decis.*1005. *num.*6. *& seq.* Cæterum, si hujusmodi unio fuerit a Cardinali Summi Pontificis Le-
149 gato a Latere approbata, illicitum esset de illius validitate disputare; *Abb. in cap. fin. de confirm.*, Rebuff. *in praxi, tit. de union. num.*14., *Garz. de benef. d.part.*12.*cap.*2. §.1. *num.*65., Rota *cor. Ansaldo decis.*590. *num.*14., *& cor.Ursino in Cracovien. unionis* 10. *Jun.*1681. §.*Ulterius*. Idemque dicas de unionibus parochialium, aliarumve Ecclesiarum a laicis personis ante Concilium Triden-
150 tinum expletis, & ab Ordinariis approbatis, juxta doctrinam Rotalem *cor. Ansaldo decis.*744. *num.*15., *& decis.*1005. *num.*4. *cor. Lancetta*. Quia fuerunt approbatæ ab Ordinariis, eo tempore,
151 quo ipsi fruebantur facultate has uniones peragendi, per *textum in cap.Exposuisti de præb.*, *cap.Licet unire de excess.Prælat.*, ac Rot. *cor.Lancetta d.decis.*1005. *num.*15., ac Sacra Congregatio Concilii in *Spiren. Parochialis* 18.*Jul.*1761. §.*Verum*, *tom.* 30. *thes. resol. pag.*139. *& seq.*

Unum adhuc notandum superest scitu maxime necessarium, omissis cæteris, de quibus in sequenti Titulo, videlicet, quod Ecclesiarum, vel beneficiorum uniones auctoritate Apostolica factæ, si vivente Summo Pontifice, qui eas peregit, vel ante renovationem *regulæ* 13. *Cancellariæ* factam a Pontificis Successore,
152 non fuerit sortitæ effectum suum, subjacent dictæ *regulæ* 13., ut docent *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell. gloss.*1. §.7. *num.*52., Rigant. *ad d.reg.*13. *num.*8. *&* 281., *Garzias d.cap.*2. *num.*2. *&* 281., *Card. Petra ad Constit. unic. Joannis XXIII. sect. un. num.*9., Rota *decis.*305.*num.*7.*part.*11.*recen.*, *cor.Lancetta decis.*1219. *num.*9., *& in Salamantina beneficii* 20.*Novemb.*1694. §.*Clarior cor.Ursino*. Quin referat, quod in hujusmodi unionibus adjecta fuerit clausula:
153 *Nunc prout ex tunc*, eo quod hisce clausulis expresse derogetur in novis regulis Cancellariæ; *Turricell. de union. cap.*15. *num.*20., *Lotter. de re benef. lib.*1.*quæst.*29. *num.*98., *Rigant. ut supra num.*9., Rota *decis.*627. *in fine part.*3., *decis.*6.*num.*7.*part.*6. *rec.*, *decis.*971. *num.*7.

num.7. cor.Emerix jun., *decis.261. num.11. cor. Ottobono*, *& d.decis.1219. num.10. cor.Lancetta*. Unde perinde est, ac si numquam facta fuerit hujusmodi unio, ex *d. reg.13.*, ut observat Rota *in Celsonen. parochialis de Cardona 16. Jan.1739. §.Firmum cor. Emo Bussio*, *& in Theatina beneficii 19. Jan.1742. §.Constabilita cor.Lana*. Iste autem effectus cum in facto consistat, numquam in dubio 154
præsumitur sortitus, sed debet concludenter probari, arg. *Cap. Licet de constit. in 6.*, *L. In bello §.Facta ff. de postlim. revers.*, ac *Rigant.loco cit. num.36.* Et quidem ab eo, qui hunc effectum secutum esse contendit; *Mandos. ad d. reg.13. quæst.7.*, *Rigant. ad eandem num.32.*, Rota *decis.627. num.3. part.3. rec.*, *& cor.Tuja in Tullen. beneficii*, *seu unionis 13. Jun.1672. §.Et quamquam*, *& §.finali*. 155 156

Huic tamen *regulæ 13.Cancellariæ* non subjacent illæ uniones, quæ factæ fuerunt vigore Tridentini Concilii, quæ etsi effectum non sint sortitæ tempore Pontificis, attamen a Successore non revocantur: ut legere est in eadem Regula, ibi: *Non tamen Concilii Tridentini auctoritate*: quod pariter notat *Rigant. ad eandem regul. num.53. tom.2.* Quæ verba fuerunt primum adjecta a *Sixto V.*, nec in Antecessorum regulis legebantur, ut concordant Doctores, inter quos *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.29. num.14. & 24.*, *Kocbier ad d. reg.13. num.16.*, *Rigant.ad eandem loco cit.*, *ac num.194.*, *Card. de Luca ad Concil. Trident. disc.8. num.14.*, *Rota decis.190. n.9. cor.Crispo*, *& in Faventina beneficii 10.Jun.1707. §.Minus cor. Aldrovando*. Neque huic *regulæ 13.* subjacent illæ uniones, quæ factæ fuerunt auctoritate Ordinarii, postea auctoritate Pontificis confirmatæ, vel renovatæ, quamquam vivente Pontifice non fuerint effectum sortitæ; *Rebuff. sup. reg.12.Cancell. §.Hic revocata*, *Mandos. sup. d. regul.12. quæst.6. per tot.*, *Kocbier ibidem num.14. ante num.16.*, ac Rota *decis.3.in princ. cor. Crescentio de Paroch.*, impressa *sub n.135.* post decisiones Card.Crescentii *tom.4.*, *& cor. Lancetta decis.1005.num.13.*, ubi agebatur de unione præcedenter facta auctoritate Ordinarii Auriensis, postea auctoritate Pontificis *Pauli II.* renovata, quæ ob mortem Pontificis ante captam a Rectore possessionem effectum suum sortiri non potuit. 157 158 159

Huic insuper *regulæ 13. Cancellariæ* non subjacent illæ uniones, quæ factæ perhibentur pro fundatione, dotatione, augmento, vel conservatione Collegiorum, aliorumque piorum, ac religiosorum locorum, ad catholicæ fidei defensionem, & propagationem, bonarumqne artium cultum institutorum, ut eruitur ex ipsammet *regula 13.* ubi hæc verba inter parentheses posita leguntur, *Non tamen Concilii Tridentini auctoritate*, *nec non pro fundatione*, *dotatione*, *augmento &c.*; quod a *Rigant.* confirmatur 160

in

*in suis commentariis ad eandem regulam n.*194., tum a *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell. glossa* 5. §.7. *n.*47. *& seqq.*, *Rota decis.*91. *num.*2. *& seqq.*, *& n.*26. *part.*9. *recent.*, *& cor. Lancetta decis.* 1005. *num.* 15. Quæ verba ante *Gregorii XV.* tempora sub continuata oratione legebantur ulla absque parenthesi, sed postea emenda-
161 tus fuit error, & sub dicta parenthesi posita fuerunt tempore d. *Gregorii XV.*, in suis regulis impressis apud *Quæsadam*, aliisque *Alexandri VII.* omniumque postea Successorum, ita ut hodie hujusmodi uniones nedum vigore Concilii Tridentini factæ, sed
162 etiam pro fundatione, dotatione &c. velut ex legitima, ac necessaria causa expletæ ulla absque difficultate excipiantur, quemadmodum demonstrat *Rigant. loco cit. n.*194. *& seq.*, apud quem *Rotale* habetur exemplum de unione facta a *Clemente VIII. in Faventina beneficii*, 10. *Jun.*1707. §. *Minus cor. Aldrovando*. Idem-
163 que intelligas de unionibus, quæ factæ fuerunt onerosa ex causa, per tradita *a Gonzal. ad reg.*8. *Cancell. d. glossa* 5. §. 7. *num.*50. & apud eundem a *Mohedan. decis.*6. *n.*1., *&* 2. *de privileg.*, *ac Puteo decis.*52. *n.*2. *lib.*1.

Solet unionum, quæ, Summo Pontifice vivente, effectum
164 non sunt sortitæ, a novo inaugurato Pontifice peti confirmatio, ut convalescere valeant. Sed hujusmodi uniones auctoritate Pon-
165 tificia expletæ, non confirmantur a Summo Pontifice, sed roborantur forma gratiosa, seu, *Etiam valere*; *Mandosa ad reg.* 22. *cancell. quæst.*9., *Rigant. ad eandem regulam num.*74. *&* 75., *ac Corrad. in praxi benefic. lib.*2. *cap.*15. *n.*64. §. *Quando autem*, apud quem habentur formulæ per extensum exaratæ in hisce casibus necessariæ, ut videre est in *d. cap.*15. *post n.* 52. Si vero auctoritate Ordinarii, vel Legati factæ fuerint, petitur a Summo Pontifice
166 confirmatio, & hæc justa exigente causa conceditur, ut tradit *Corrad. d. cap.*15. *n.*65. post quem formula traditur ab Ordinariis adhibenda, & *in vers. Quando autem*, ac *Rigant. ut supra num.*75., ubi refert notabile caput Cancellariæ, *pag. mihi* 30. ibi: *In confirmationibus unionum, nota, quod semper dici debet, an fuit Ordinaria auctoritate, vel Legati facta; quia tunc bene datur confirmatio: si vero fuisset facta auctoritate Papæ, non daretur confirmatio, sed* etiam valere, *aut similes litteræ*, *sed non confirmationis*. Si vero uniones, ab Ordinariis, vel Legatis etiam Pontificiis peractæ, vel nullæ sint, vel nullitatis suspicionem ingerant, ob defectum potestatis, vel solemnitatum, vel alia de causa; habetur quidem recursus ad Summum Pontificem pro iis adprobandis, confirmandisque: at in hisce, aliisque similibus casibus non confir-
167 mantur hujusmodi uniones a Summo Pontifice, sed ab eodem, si rationabiles id suadeant causæ, permittitur, ut illæ denuo effician-

ciantur, ut docent *Amayd. de stylo Datar. lib.1. cap.15. §.1. n.4.*, *Corrad. d. cap.15. sub 64.*, *Rigant. loco cit. n.76.* ubi nonnulla majoris claritatis gratia in medium exempla adducit.

TITULUS XI.

De triplici unione Parochiarum.

SUMMARIUM.

1 *Perpetua Parochiarum, seu Parochialium Ecclesiarum unio ad tres species reducitur, ad subjectivam videlicet, seu accessoriam, ad promiscuam, seu incorporativam, & ad aeque principalem.*

2 *Unio subjectiva dicitur, quando una, vel plures Ecclesiae alteri accedunt Ecclesiae, illique subjiciuntur.* *Idemque dicendum de beneficiis.* Ibidem.

3 *Unio incorporativa dicitur, quando una, vel plures Ecclesiae alteri non uniuntur accessorie, sed singulae aeque incorporantur, ita ut de duabus, vel pluribus, una tantum efformetur, & in unum veluti corpus omnes coalescant*, & sub num.132., 138.

4 *Unio aeque principalis dicitur, quando duae, vel plures Ecclesiae, quoad Rectorem tantum uniuntur, ita ut ille singularum caput efficiatur.*

5 *Unio aeque principalis unica est tantum, & Doctores, qui illius tres constituunt species, reprobantur.*

6 *Unionis subjectivae natura, & effectus praecipuus est, ut Ecclesia unita juribus, ac privilegiis principalis, cui unitur, plene fruatur, istius assumat naturam, suamque cum singulis praerogativis amittat, & alteri, cui fuit unita, omnino accrescant.* Et n.142. 219.

7 *Per unionem subjectivam beneficium parochiale, vel curatum tale esse desinit, & beneficii nomen amittit, nec amplius est in titulum collativum*, & sub n.21. vers. Diximus, & n.105.

8 *Unio enim subjectiva omnino importat extinctionem tituli, & qualitatis collativae beneficii*, & num.68.

9 *Nil magis repugnat statui collativo beneficii, quam unio subjectiva, seu accessoria.*

10 *Ecclesia plenarie unita desinit esse libera, & corpus per se subsistens, & efficitur membrum, & pars, & de dominio alterius, cui fuit unita*, & n.147. 189.

11 *Ecclesia, vel beneficium subjective, seu plenarie unitum vacare amplius nequit.*

12 *Nec amplius impetrari potest.*

13 *Neque etiam resignari, aut permutari.*

14 *Unio subjectiva sub* regula 9. Cancellariae *minime continetur*, & sub n.21. vers. Diximus.

15 *Quindennii tamen solutioni subjicitur: quia unionis perpetuae effectus est, ut tale quindennium solvatur, seu singulis quindecim annis annata beneficii uniti solvatur*, & n.204.

16 *Media annata solvi debet, quotiescumque fructus utriusque beneficii excedunt summam 24. ducatorum aureorum de Camera.*

17 *Ex regula 12. Cancellariae debet exprimi annuus valor secundum communem aestimationem tum uniendi bene-*

beneficii, tum alterius, cui uniri alterum petitur.

18 *Debet hujusmodi valor, ne fraus Annatistis fiat, exprimi* per non excessum.

19 *Exprimitur annuus valor secundum communem æstimationem, cum asseritur, quod beneficium tempore unionis oneribus deductis tantum valuit per quinque annos ante, anno sterili cum fertili computato.*

20 *Talis quoque expressio annui valoris haberi debet in unionibus beneficiorum, quæ in Germania, & Gallia efficiuntur.*

21 *Contrarium, quod ad concludendum beneficii valorem sufficiat calculus fructuum quinquennii, sed ex sacra Rota illud integri decennii requisitur.*

22 *Beneficia in Ecclesia plenarie unita existentia, quæ de mensa Ecclesiæ unitæ non sunt, non obstante plenaria unione Ecclesiæ, adhuc retinent proprium nomen, atque titulum, nihilque alterantur.*

23 *Ab unione Ecclesiæ ad illam beneficiorum independenter in ea existentium, minime potest deduci argumentum.*

24 *Sola subjectiva, ac plenaria unio est vere, ac proprie talis: cum per eam extincto Ecclesiæ, vel beneficii titulo unus tantummodo remaneat.*

25 *Unionis promiscuæ, seu incorporativæ effectus est, ut invicem jura, & privilegia utriusque Ecclesiæ, vel beneficii incorporentur, & communicentur.*

26 *Si Ecclesia parochialis patronata alteri parochiali patronatæ uniatur per unionem incorporativam, patroni unius evadunt patroni alterius Ecclesiæ.*

27 *Unio incorporativa subjicitur dispositioni* regulæ 9. Cancellariæ.

28 *Neque ulla ratio suadere potest contrarium exemptionis argumentum.*

29 *Solet unio incorporativa cum unione æque principali comparari.*

30 *Unionis æque principalis natura & effectus est, ut nulla fiat jurium translatio, nulla confusio, & incorporatio inter Ecclesias ita unitas, sed qualibet in suo jure, honore, ac statu adhuc conservetur,* & n. 78. & 134.

31 *Vicariæ quoque inter se æque principaliter unitæ suas retinent prærogativas, & qualitates.*

32 *Si Vicaria æque principaliter uniatur alicui Dignitati, aut in titulum tantum facta fuerit alicujus Dignitatis, retinebit statum collativum cum suis primævis juribus, & excludetur jus nominandi, & adstruetur in Ordinario facultas eam libere conferendi.*

33 *Beneficia diversæ diœceseos æque principaliter unita sua privilegia, ac jura, ut antea, retinebunt.*

34 *Illorum collatio debet ab utroque Episcopo perfici.*

Non enim debet hujusmodi unio præjudicare Episcopo Ecclesiæ, seu beneficii uniti. Ibidem.

35 *Limita in unione subjectiva, ob quam Episcopus beneficii uniti conferre amplius nequit.*

36 *Uniones beneficiorum diversæ diœcesis poterant ab Episcopis libere peragi ante Concilium Tridentinum.*

37 *Per unionem æque principalem patronorum voces ulla absque confusione, & commixtione in eodem identifico statu, in quo antea reperiebantur, relinquuntur,* & n. 129.

38 *Adeoque patroni unius Ecclesiæ erunt patroni alterius, habebuntque integram vocem in præsentatione Parochi, vel Rectoris, & integram alii patroni alterius Ecclesiæ.*

39 *Si duæ Abbatiæ, vel diœceses Episcopales æque principaliter uniantur, utraque distincta, & separata adhuc remanet, & unaquæque jura, & primævam naturam conservat.*

40 *Limita quoad Abbatem, vel Episcopum, respectu cujus una tantum Abbatia, unaque diœcesis erit censenda.*

41 *Abbas Episcopali jurisdictione donatus, vel Episcopus tenetur diebus a Concilio Tridentino præscriptis* in sess.23. cap.1.de reform., *in alterutra ex Ecclesiis æque principaliter unitis residere pro peragendis sacris functionibus.*

42 *Episcopus potest ad libitum pro peragendis Pontificalibus alternativam servare in Cathedralibus æque principaliter unitis.*

43 *Ecclesiæ enim Cathedrales ita unitæ, quamquam materialiter inter se distinctæ sint, formaliter tamen, & quoad Episcopum pro una tantum censeri debent.*

44 Pitonius discept. Eccles. 9. n.11. 14. 15. 20. & 40., *asserens teneri Episcopum ad alternativam, reprobatur.*

45 *Decisiones Sacræ Rotæ, in iis, de quibus serio agitur, communi Doctorum opinioni prævalere debent.*

46 *Resolutiones Episcoporum, & Regularium, ac Concilii Tridentini* in causa Hadrien., & Pennen., *&* Breve Gregorii XV. *explanantur.*

47 *Priora posterioribus derogantur.*

48 *Ob lites, ac dissensiones Capitulorum, ac populorum utriusque Ecclesiæ æque principaliter unitæ, per alternativæ exercitium componendas, potest Episcopus ad alternativam obligari pro Pontificalibus peragendis.*

49 *Epistola Sacræ Congregationis Episcoporum ad Episcopum Hadrien. & Pennen. quoad alternativæ exercitium directa.*

50 *Episcopus prudenter, æquè ac laudabiliter aget, si pro peragendis Pontificalibus, tametsi non obligatus alternativam exercere studuerit.*

51 *Non minus Episcopum, quam alium quemlibet Præsidem, Principem, vel Regem decet palam edocere se æquali studio, ac sollicitudine, æqualique benevolentia proprios subditos dirigere.*

52 *Dux Parmæ, & Placentiæ Farnesius, ne magis Parmæ, quam Placentiæ favere videretur, se P. &* P.Ducem, *solebat subscribere.*

53 *Tiberius Imperator, ad Germaniæ, & Pannoniæ Legiones profecturus pro sedandis acerrimis hinc inde exortis dissidiis, sub timore has, vel illas offendendi, dum primum ingressum faceret, Drusum, & Germanicum filios illuc mittere deliberavit, ut tam istæ, quam illæ eodem tempore adiri possent Legiones.*

54 *Unio æque principalis subjacet regulæ 9.Cancellariæ.*

55 *Unio parochialis Ecclesiæ subjectiva, ut odiosa, probationes univocas, concludentissimas, & rigorosissimas exigit,* & num.214. ac sub num.216. vers. Dixi.

Amplia in iis præsertim casibus, in quibus sub illius prætextu detrimentum Datariæ procreatur. num.217.

56 *Deficientibus hisce probationibus judicium fieri debet pro libertate Ecclesiæ, & status beneficii parochialis collativi.*

57 *In dubio semper est præsumenda unio æque principalis, non subjectiva: & redditur ratio; ac* num.215. & sequ.

58 *Unio cum sit quid facti, & odiosa; semper debet ab eo probari, qui in illa se fundat.*

59 *Allegans unionem subjectivam tenetur eam concludenter probare, nedum quoad temporalia, sed etiam quoad spiritualia per Bullam unionis, per solemne, ac publicum instrumentum, vel per alias probationes univocas huic æquipollentes.*

60 *Non valet contra libertatem Ecclesiæ, præsertim parochialis, de una ad aliam Ecclesiam prorsus separatam, ac diversam illatio.*

61 *Bulla unionis, vel solemne, ac publicum instrumentum, sunt media, quibus satis commode cognosci potest an æque principalis, vel subjective facta fuerit unio.*

Hæ duæ unionis species in usu sunt, atque frequentiores. Ibidem, & n.131.

62 *Bulla unionis decretum irritans præseferens non potest ulla præscriptione interverti.*

63 *Amplia, si unio facta fuerit titulo oneroso, & ex vero contractu.*

64 *In unione subjectiva fere omnes difficultatum, atque litium cardines consistunt.*

65 *Ut per unionis* Bullam, *& decretum subjectiva præsertim unio probetur, debet ista ex clara, & perspicua, non vero dubia, & æquivoca Summi Pontificis, vel Ordinarii dispositione proficisci.*

66 *Formula in unionis Bulla adjecta:* Ecclesias A., & B. unitas esse volumus, *unionem æque principalem indicat.*

Et redditur ratio. Ibidem.

67 *E contrario formula hisce verbis concepta:* Ecclesiam A. Ecclesiæ B. in perpetuum unimus: *unionem subjectivam manifestat.*

Et redditur ratio. Ibidem.

69 *Verba:* Unimus, annectimus, incorporamus, *vel* unionis, annexionis, incorporationis, *subjectivam unionem indicant.*

70 *Et sic tradunt facultatem convertendi fructus in usum Ecclesiæ, cui unio facta fuit,*

71 *Verba tamen:* annectimus, incorporamus, *non sunt absolute necessaria ad evincendam subjectivam unionem.*

Ratio & exemplum affertur. Ibidem.

72 *Item subjectivam unionem designabunt verba:* perpetuo extinguimus, supprimimus, applicamus, incorporamus, appropriamus &c.

73 *Tum hæc alia:* jurisdictiones temporales, & spirituales, *vel* tam in temporalibus, quam in spiritualibus.

74 *Natura unionis subjectivæ exigit, ut omnia jura temporalia, & spiritualia, in aliam Ecclesiam translata, illique penitus unita censeantur,* & num.77.

75 *Secus erit unio æque principaliter facta, & Ecclesiæ qualitas non immutabitur.*

76 *Item subjectiva unio indicabitur per hæc verba:* Cum omnibus juribus, & pertinentiis suis: *vel* Plenum jus: *vel* Cum fructibus, redditibus, juribus, & emolumentis. Ibidem, & n.81.

79 *Limita quoad verba:* Cum suis appendicibus: *cum satis commode referri possint ad jus patronatus, vel aliud simile.*

80 *Limita secundo quoad illa:* de juribus spiritualibus: *cum & ista referri queque possint ad juspatronatus.*

81 *Unio subjectiva probabitur, si data fuerit facultas deputandi Sacerdotes ad nutum amovibiles in iisdem unitis Parochiolibus.*

83 *Limita, si facta fuerit alicui Monasterio, sub hac formula:* ad victum, & vestitum Monachorum: *quæ unionem quoad temporalia tantum importabit.*

84 *Item unionis subjectivæ qualitas ex ipsis tabulis prætensa excludetur, quotiescumque appareat causam finalem Summi Pontificis, vel Episcopi fuisse utramque Ecclesiam æque principaliter uniendi.*

85 *Quando utraque* Ecclesia *unita fuit ob expressam utriusque redditunm tenuitatem, ita ut unus Parochus in qualibet earum se commode, & honeste nequiverit sustentari, hujusmodi unio æque principalis præsumitur.*

Et redditur ratio. Ibidem.

86 *Verba in tabulis unionis adjecta:* ut Ecclesiæ unitæ in oneribus, servitiis, & obsequiis suis non graventur, seu aliquo modo fraudentur

tur; *æque principalem unionem arguunt*.

87 *Perseverantia enim præcedentis status non est compatibilis cum unius erga alteram subjectione*.

88 *Item si unio facta fuerit ea lege*: ut Ecclesiæ unitæ pro una Ecclesia curata, & Parochia habeantur, & per unam Rectorem regantur, & gubernentur, sicut aliæ Ecclesiæ invicem unitæ.

89 *Illæ dicuntur Ecclesiæ invicem unitæ, quarum unio est æque principalis*.

90 *Nullum melius, atque efficacius haberi potest probationis genus, quam illud, ex unionis Bulla, decreto, vel publico instrumento mutuatum*.

In istorum defectum ad alia argumenta, & adminicula recurri potest ad unionis qualitatem probandam. Ibidem.

91 *Unio etiam subjectiva probari potest per centenariam, seu immemorabilem, vel saltem quadragenariam cum titulo*.

92 *Unio temporis diuturnitate, & longæva observantia suffulta semper præsupponit beneplacitum Apostolicum*.

93 *Semperque præsupponit quemcumque titulum unionis Apostolica auctoritate firmatæ, cum omnibus qualitatibus ad omnimodam actus perfectionem, & firmitatem necessariis*.

94 *Observantia recentissima attendi non meretur ad inducendam probationem unionis Parochialis*.

95 *Neque illa, quæ affecta adpareat variis nullitatibus; v. g., quæ innitatur privilegio Apostolico abrogato, aliove simili*.

96 *Nec centenaria, vel immemorabilis, quæ concludenter non probetur nunquam contradicta*.

97 *Item probari potest unio, ejusque qualitas ex litteris Apostolicis*.

Dummodo non sit suspecta illarum fides, eo quod non exhibeatur autographum, vel abrogatæ edoceantur, vel alio simili vitio affectæ. Ibidem.

98 *Vel ex enunciotivis, dummodo claris, non vero dubiis & æquivocis, & incertis, quamvis a Summo Pontifice promanantibus*.

99 *Enunciativa per dictionem* vestram *non potest designare unionem subjectivam: eo quod referri valeat ad juspatronatus*.

100 *Vel ex confessionibus in feriis, ac proportionatis visitationum actibus ab Ordinario panditis*.

Episcopo enim, seu Ordinario debent qualitates, & prærogativæ Ecclesiarum diœceseos esse perspectæ. Ibidem.

101 *Item ex denominatione vel ab Ecclesia, vel ab illius ministris petita*.

102 *Denominatio fieri semper solet a digniori, & potentiori*.

103 *Si Parochialis* Ecclesia *unita adhuc ut antea Parochialis nuncupetur, erit æque principaliter, non subjective unita*.

104 *Item si Sacerdos sæcularis unitæ Ecclesiæ regimini destinatus, adhuc Parochus, ac Rector nuncupetur*.

106 *Parochus* Ecclesiæ *subjective unitæ non potest amplius rigorose nuncupari Parochus*.

107 *Limita, si Parochialis unita; nuncupetur Vicaria. Et redditur ratio*.

108 *Id tamen quandoque fallit; eo quod nomina* Rectoriæ, Parochiæ, *seu* Curæ, *ac* Vicariæ *pro synonimis frequenter habeantur*.

109 *Ex nuda denominatione Cappellæ probari non potest unio subjectiva, quamvis privato potius Oratorio, & Altari, quam parochiali Ecclesiæ congruere videatur: nisi eodem tempore probetur Cappellam esse quid diversum a Parochiali*.

110 *Cappellani nomen, quod a Cappella derivat, ad verum, & perpetuum Parochum significandum traductum*

ctum esse constat, quod insolens non est.

111 *Debet ergo aliunde constare de unione subjectiva, ut valeat denominatio Cappellani ad Vicarium amovibilem referri.*

112 *Denominatio personatus diversa est ab illa patronatus, & sua vi dominium, ac proprietatem indicat, ac consequenter unionem subjectivam.*

113 *Limita quando actus exerciti ad jus patronatus referuntur.*

114 *Ex defectu aliarum probationum cognosci potest unio per conjecturas, & præsumptiones.*

115 *Conjecturam suppeditat id quod magis, vel minus dignum erit, si de unione subjectiva agatur.*

116 *Quod majus est, & dignius ad se semper erabit quod minus est, ac minus dignum.*

117 *Minus digna Ecclesia magis dignæ semper unitur.*

118 *Cathedralis, vel Collegialis Ecclesia non potest uniri Parochiali Ecclesiæ, quia hae illæ digniores habentur.*

119 *Unio æque principalis præsumitur, si Episcopus aliquam Ecclesiam dismembraverit, deinde sic dismembratam in Vicariam perpetuam erexerit, alterique univerit.*

120 *Perpetuæ enim Vicariæ adjecta qualitas per contemporaneam unionem subjectivam illico resoluta remansisset, atque extincta.*

121 *Reparatio, & reædificatio Ecclesiarum, nec non alterutrius modus, & norma Episcopi curæ, ac vigilantiæ ac sacris canonibus remittitur, ac commendatur.*

122 *Ecclesia non est reædificanda in loco, ubi adest periculum devastationis.*

123 *Unio subjectiva excluditur, si patronorum jura specialiter fuerint reservata.*

124 *Unio subjectiva, & juspatronatus, quod per illam extinguitur, sunt inter se incompatibilia, atque invicem repugnantia, & n.150.*

125 *Ex modo præsentationis patronorum cognoscitur an æque principaliter, vel incorporative, seu promiscue facta fuerit unio.*

126 *Quando patroni promiscue ad utriusque Ecclesiæ unitæ præsentando Parochum, utriusque se patronos enunciarunt, unio erit incorporativa.* Et redditur ratio.

127 *Adeoque Patroni unius Ecclesiæ fient Patroni alterius ita unitæ, & incorporatæ.*

128 *E contrario, si patroni ulla absque vocum confusione præsentaverint, sed aperte enunciaverint alios ad unam, alios ad alteram Ecclesiam præsentare: Tunc erit unio æque principalis.*

130 *Allucinantur Doctores, qui incorporativam unionem æque principaliter, cum unione simpliciter æque principali confundunt.*

132 *Unio incorporativa duobus modis fieri potest, vel subjective, vel æque principaliter.*

133 *In unione incorporativa æque principaliter, per quam e duabus Ecclesiis una tantummodo efformatur, datur communicatio privilegiorum, & prærogativarum per viam adæquationis, & attributionis alteri Ecclesiæ, ejus, quod plus in altera reperitur.*

135 *Parochus duarum Ecclesiarum æque principaliter unitarum duplicem repræsentat personam.*

Nullaque per hujusmodi unionem fit transfusio unius Ecclesiæ in aliam, sed quædam tantum alteratio quoad Parochi regimen, & obedientiam. Ibidem.

136 *Per unionem incorporativam subjective factam, e duabus Ecclesiis una tantum efformatur, in unum veluti corpus coalescens, absque tamen via adæquationis, & attributionis alteri Ecclesiæ, eius, quod plus in altera reperiebatur.*

137 *Unio incorporativa subjective facta confundi minime debet cum illa,*

quæ

quæ simpliciter subjectiva dicitur.

138 *In unione subjectivo omnia jura, ac privilegia unitæ Ecclesiæ transferuntur absolute in alteram, cui fuit unita, illique accrescunt & incorporantur, sine ulla tamen confusione, per quam cognosci amplius nequeat quænam principalis, vel accessoria sit judicanda.*

139 *In unione simpliciter incorporativa talis, ac tanta sit jurium ac prærogativarum communicatio, atque confusio, ut una ab altera Ecclesia distingui amplius nequeat.*

140 *Unio subjectiva etiam incorporativa passim dicitur, quia non potest esse subjectiva, quin & incorporativa sit, seu incorporative fiat; at dici minime potest etiam simpliciter incorporativa.*

141 *Aliud est unionem subjectivam fieri incorporative, adeoque & incorporativam nuncupari: at longe aliud unionem subjectivam eandem esse ac simpliciter incorporativam.*

143 *Unio subjectiva in se continet suppressionem, & extinctionem velut quædam præambula ad unionem perficiendam.*

Et sine suppressione, & extinctione perfici unio nequit. Ibidem.

144 *Suppressio tamen, & extinctio non sunt unum & idem cum unione, & incorporatione.*

145 *Sola jurispatronatus expressio unionem subjectivam penitus rejicit.*

146 *Juspatronatus servitutem inducens dari nequit in Ecclesia, quæ subjective unita prætenditur.*

Servitus enim in re propria dari minime potest. Ibidem & n.149.

148 *Excluditur subjectiva unio Vicariæ, si favore alterius Ecclesiæ reservatum fuerit juspatronatur.*

151 *Amplia si Rector Ecclesiæ, vel Abbas, cujus Monasterio unita fuit Parochia, asseruerit in seriis, ac proportionatis actibus juspatronatus Ecclesiæ, quæ unita prætenditur, ad se pertinere. Et redditur ratio.*

152 *Illiberale prorsus est, quod idem Rector, idemve Monasterium in discrimen adducat, quod pluribus vicibus sua confessione testatum fecit.*

153 *Per simplicem Parochiæ donationem, seu unionem probari nequit unio plenaria favore alicujus Monasterii, sed adhuc sæcularis ex juris dispositione præsumitur.*

154 *Non enim repugnat, quod parochialis Ecclesia sit sub dominio, & jurisdictione alicujus Monasterii, & eodem tempore non sit illi subjective unita.*

155 *Aliud est Ecclesiam esse subjectam dominio, & jurisdictioni Monasterii: sed longe aliud eam esse illi subjective unitam.*

156 *Si parochialis, curataque Ecclesia alteri Ecclesiæ, vel Monasterio fuerit unita, & sub protectione Sedis Apostolicæ recepta, id non potest inducere unionem plenariam; cum ad sola temporalia referri debeat.*

157 *Repugnant unioni subjectivæ favore Monasterii, aliusve Ecclesiæ, visitationes Episcoporum, & institutiones titulo collativo ab iisdem expletæ, vacationes per obitum, resignationes, permutationes Parochorum, & similia.*

158 *Unio enim, quæ subjectiva est, extinguit titulum, & illius statum ab ordinaria Episcopi jurisdictione avellit, nec visitationes Episcoporum admittit, neque vacationes per obitum, collationes, institutiones patitur.*

Quæ omnia quo magis libertati Ecclesiæ obsecundant, eo magis illius servituti a subjectiva unione inductæ, repugnant. Ibidem.

159 *Amplia ad exclusionem subjectivæ unionis præsertim respectu Monasterii, quoad institutiones, si admissum quandoque fuerit in seriis actibus has penes Episcopum omnino residere.*

160 *Amplia secundo, non obstante quod insti-*

institutiones Episcoporum, nisi aliunde concludenter edoceatur, referri possint ad simplicem institutionem auctorizabilem, quæ integra manet Ordinario in Ecclesia subjective unita Monasterio.

161 *Amplia tertio, quando Presbytero sæculari titulus perpetuus, & collativus fuit concessus, atque absoluta Parochiæ administratio, cum amplissima jurium temporalium traditione.*

Talis enim institutio sic expleta, strictè, & proprie convenit institutioni in titulum collativæ, non vero simplici institutioni auctorizabili, quæ semper præsupponit jam fuisse absolutam collationem tituli erga personam simpliciter ab Episcopo instituendam. Ibidem.

162 *Amplia quarto, si retroactis temporibus semper fuerit facta institutio, & collatio in titulum perpetuum.*

163 *Titulus perpetuus omnino pugnat cum statu beneficii regularis suapte natura manualis, & ad nutum amovibilis.*

164 *Amplia quinto, si auctoritate Ordinarii facta semper fuerit privative continuata Presbyterorum sæcularium deputatio.*

165 *Unio subjectiva favore Monasterii transfert curam, & potestatem in Abbatem, aliumve Superiorem constituendi Parochos regulares vel sæculares independenter ab Episcopo.*

166 *Ex nominationibus Monachorum probari nequit parochialis Ecclesiæ subjectiva unio.*

Possunt enim tribui indulto, ac Sacerdotum sæcularium inopiæ. Ibidem.

167 *Neque ex nonnullis actibus regularibus per Parochos habitis citra qualitatem regularem. Et redditur ratio.*

168 *Neque ex habitu Monachali, ac Regulari ab aliquibus Parochis delato: eo quod vel devotionis, vel ostentationis gratia gestari potuerit.*

169 *Professio non aliter, quam ex emissis votis regularibus est eruenda: in qua vera qualitas regularis substantiatur, & sine qua collatio beneficii regularis concedi nequit.*

170 *Excluditur quoque unio subjectiva favore Monasterii, si conventio secuta fuerit inter Capitulum, & Episcopum ex una & Monasterium ex altera parte, quod Parochi annuum tributum respondeant Episcopo: quod ad synodum diœcesanum accedant: quod pro correctione, & punitione excessuum Episcopo subjaceant. Et redditur ratio.*

171 *Quæ omnia unionem quoad temporalia tantum aperte designant.*

172 *Episcopus nequit sine Capituli interventu suam interponere auctoritatem in negotiis Ecclesiarum uniones tangentibus, aliisque similibus*, & num. 174.

173 *Permutatio duarum Parochiarum facta solo consensu Episcopi, & Superiorum Ecclesiarum, quæ fuerunt permutatæ, nullo modo apta est ad inducendam unionem subjectivam.*

175 *Si parochialis Ecclesia intra Monasterii fines existat, vel Monasterii insignibus præfulgeat, probari ex hoc nequit unio subjectiva, cum referri possit ad solam jurisdictionem in temporalibus exercendam.*

176 *Neque ex fidelitatis juramento a Parochis præstito in manibus Abbatis: eo quod referri possit ad juspatronatus ad Monasterium pertinens super parochiali Ecclesia.*

177 *Neque ex perceptione emolumentorum, ex canonum, & decimarum exactione, argui poterit hujusmodi unio, quia hæc omnia alio titulo, quam unionis reservari possunt Monasterio, aliive Ecclesiæ.*

178 *In Hispania decimarum exactio referri potest ad regias donationes.*

179 *Cano-*

179 *Canonum, decimarum & similium exactiones adquiri quoque possunt præscriptione, consuetudine, vel contractu.*

180 *Ex litteris Apostolicis tantum approbantibus donationem decimarum, reservata congrua Vicario perpetuo, perperam probari potest unio subjectiva.*

181 *Et unio facta ab Exequutore vigore d. approbationis, ut excedens limites delegationis, ipso jure nulla est.*

182 *Item excluditur unio subjectiva, si parochiolis Ecclesia suos habeat distinctos redditus a mensa Monasterii, aliusve Capituli, & parochiales proventus jure proprio ab Ecclesia, quæ unita prætenditur, percipiantur.*

183 *Amplia, etsi Monasterium parochiales redditus percipiat: eo quod unio quandoque permittatur ad hanc simplicem facultatem percipiendi tales redditus.*

Et tunc unio efficiet, ut Ecclesia in suo statu permoneat, sed unice resideat penes Monasterium jus præsentandi Rectorem in Ecclesia unita. Ibidem.

184 *Per simplicem quoque concessionem ad firmam, seu conductionem portionis redditVum a Monasterio uniente perceptorum, probari nequit unio subjectiva. Et redditur ratio.*

185 *Simplices firmarii, ac conductores dici nequeunt illi Parochi, qui pro bonis stabilibus ad Parochiam spectantibus recognitionem in dominum recipiunt independenter a Monasterio.*

186 *Non enim posset Monasterium has exigere recognitiones suapte natura præsupponentes dominium illius, cujus favore fuerunt expletæ.*

187 *A fortiori excluditur subjectiva unio, ex stipulatis contractibus super juribus, ac bonis Ecclesiæ per Parochos vel proprio, vel Ecclesiæ nomine peractis.*

188 *Per hanc enim unionem hujus facultas Parocho adimitur, eo quod omnia unitæ Parochiæ jura in aliam, cui fuit unita, transferantur.*

190 *Et Parochus factus fuit simplex Minister, cujus officium, & auctoritas omnino dependet ab illo, vel illa principalis, cujus ipse Minister existit.*

191 *Ex congrua assignata Vicario probari nequit unio subjectiva, eo quod tribui possit unioni temporali ad fructuum, & proventuum perceptionem referendæ.*

192 *Hoc etiam in casu assignanda est congrua ab Ecclesia, cujus favore fuit unio permissa.*

193 *Etsi hujusmodi congrua sumi quoque possit pro salario destinato manuoli, & ad nutum amovibili Vicario: id tamen fallit ubi nullæ, vel omnino dubiæ sunt probationes.*

194 *A propria verborum significatione, ubi nulla urget necessitas, non est recedendum, & sic subjectivæ unioni id non est accommodandum, ubi nulla evincit ratio.*

195 *Vicaria secularis curata etsi unita alicui Capitulo, vel* Ecclesiæ, *semper in dubio præsumitur perpetua, & in titulum collativa, non vero plenarie unita.*

196 *Præsertim si Rector* Ecclesiæ, *seu Vicarius omnes percipiat fructus, Capitulo annuum censum persolvendo.*

197 *Hæc tamen fructuum perceptio, & annui census solutio, non est signum univocum Vicariæ non accessorie unitæ: propterea quia illa ad congruam Vicario debitam referri valeat, hæc vero in argumentum subjectionis Capitulo a Vicario debitæ exequi possit.*

198 *Decreta provisionalia non possunt unionis* Ecclesiæ *univocam probationem suppeditare, sed est necessaria definitiva sententia.*

199 Ex *tribus sententiis eadem de re latis redditur unio indubitata, notoria, & manifesta.*

200 Pro-

200 *Probationes, quæ a testibus fide dignis prodierint de publica voce, & fama non sunt in præsenti materia rejiciendæ.*

201 *Præsertim quando hujusmodi probationes cumulative concurrunt cum aliis argumentis, & adminiculis*, & sub num. seq.

202 *Amplia, etsi de re antiqui temporis agatur, quando testes deponunt plenam rei habere memoriam, multoque magis si sub eadem depositione decesserint.*

203 *Taxatio in libris Cancellariæ descripta pro quindenniis ad titulum unius Parochiæ, vel beneficii, validum præbet subjectivæ unionis argumentum.*

205 *Item si Ecclesia nunquam fuerit in titulum, vel in commendam collata.*

206 *Ex hoc autem, quod Parochia nunquam fuerit a Sancta Sede provisa, inferri nequit unio plenaria, neque id statui collativo* Ec*clesiæ potest nocere, si iste plene fuit conservatus per institutiones in titulum ab Episcopis concessas, aliosque per actus sujectivæ unioni repugnantes.*

207 *Amplia quoad beneficia in ea existentia, quorum status collativus plene, ac sufficienter conservaverit Episcopus.*

208 *Amplia secundo, non obstantibus collationibus Ecclesiæ, vel beneficii in mensibus reservatis: nisi insuper probetur vacationes in mensibus reservatis contigisse.*

209 *Concursus omissio inducere potest argumentum subjectivæ unionis.*

210 *Parochiales subjective unitæ, minime cadunt sub concursu, seu sub Plana Constitutione: sed simpliciter provideri debent cum solo examine idoneitatis nominati ad Parochiæ regimen.*

Præsertim in Parochialibus plenarie unitis Monasterio, aliive. Loco pio. Ibidem.

211 *Concursus tamen omissio non est subjectivæ unionis univocum argumentum, & signum: eo quod ab oscitantia, & incuria Abbatis, aliusve Superioris regularis, si de Monasterio agatur, proficisci potuerit.*

212 *Parochiæ omnino liberæ multoties sine concursu conferuntur.*

213 *Conjecturæ igitur a concursus defectu petitæ sunt multoties inefficaces ad probandam subjectivam unionem, eo quod ab aliis conjecturis elidantur: unde probationes ab aliis validioribus fontibus sunt eruendæ.*

218 *In unione subjectiva concludenter probata haud quaquam continetur jurisdictio in Clerum, & populum, nisi concludentissime edoceatur factam fuisse unionem cum tali jurisdictione.*

220 *Ecclesia, cui unio plenarie facta fuit, subire debet omnia jura, omnesque obligationes alterius* Ec*clesiæ unitæ, & incorporatæ.*

221 *Repugnat, quod* Ecclesia, *quæ in vim unionis, omnia percipit jura, & commoda Ecclesiæ unitæ, non teneatur eodem tempore subire illius onera, obligationes, atque incommoda.*

222 *Si post varias adhibitas diligentias de controversa unione constare nequeat, adhuc desumi nequit negativum argumentum, nisi scrutatis omnibus locis, nulla amplius remaneat possibilitas.*

223 *Parochialium, aliarumve* Eccle*siarum uniones solent in Urbe Roma peragi per Cameram, vel per Cancellariam* Apostolicam, *vel per Datariam, vel per Secretariam Brevium, vel per sacras Congregationes, præsertim Concilii Tridentini ex Summi Pontificis commissione.*

224 *Ante Constitutionem 53. Pii IV. transibant per Organum Pœnitentiariæ.*

225 *Hinc si post revolutiones, & diligentias, v.g. in Cancellaria, vel Data-*

Dataria Apostolica, de unione non constiterit, male concluderetur unionem non fuisse habitam, eo quod ipsa fieri potuerit aliis in locis: adeoque non fuerint diligentiæ adhibitæ omnibus in locis, ubi illa perfici potuit.

DE Parochiarum, seu Parochialium Ecclesiarum perpetua unione anteriori in titulo differentes, diximus hanc redigi ex saniorum Doctorum calculo ad tres species, ad subjectivam videlicet, seu accessoriam, ad promiscuam, seu incorporativam, & ad æque 1
principalem, ut præter Doctores citatos in *d. tit. num.* 14. sentit *Piton. discept.* 9. *num.* 3. *&* 40. 41. ibi: *Quando tamen Canonistæ, qui habent sanum judicium solum posuerunt in jure tres unionum species*; ac Rota præsertim in *d. Colonien. seu Leodien. unionis* 17. *Martii* 1752. §. 4. *cor. Card. Molino*. Unio subjectiva, seu accessoria dicitur, quando una, vel plures Ecclesiæ, (idemque intelligas de 2
beneficiis) alteri Ecclesiæ accedunt, illique subjiciuntur; *Glossa in cap.* 1. *verbo Uniendo. Ne Sede vacante, ibique Fagnan. num.* 3. *& in cap. Exposuisti num.* 34. *de præbend.*, *Card. de Luca de regul. disc.* 14. *num.* 5., *Gonzal. ad regul.* 8. *hodie* 9. *Cancell. glossa* 5. §. 7. *num.* 26., *Rigant. ad eandem* §. 2. *num.* 402., *Franc. de Eccles. cathed. cap.* 8. *num.* 14., *Daniel. Instit. can. civ. & crim. tom.* 2. *tit.* 12. *num.* 5., *Piton. d. discept. Eccles.* 9. *num.* 3., *Rota cor. Molines decis.* 784. *num.* 40., *& cor. Card. Molino in d. Colonien.* §. 4. Unio incorporativa, seu promiscua dicitur, quando una, vel plures Ecclesiæ alteri non uniuntur accessorie, sed singulæ æque incorporantur, ita ut 3
de duabus, vel pluribus una tantum efformetur, & in unum corpus omnes coalescant, per *textum in Can. Decimas in fine cau.* 16. *qu.* 1., *Glossa in d. cap.* 1., *ac verbo Uniendo, Ne Sede vacante, ibique Fagnan. num.* 2., *& in d. cap. Exposuisti num.* 34., *Franc. loco cit.*, *Piton. cit. num.* 3., *Rigant. ut sup. num.* 405., *ac Rota in d. Colonien.* §. 4.

Tandem unio æque principalis dicitur, quando duæ, vel plures Ecclesiæ quoad Rectorem tantum uniuntur, ita ut ille singularum caput efficiatur. *Glossa in Can. Et temporis qualitas cau.* 16. 4
qu. 1. *verbo Unire, vers. Et hoc modo, Fagnan. in d. cap.* 1. *num.* 4. 9. 10., *& in d. cap. Exposuisti num.* 34., *& in cap. Cum certum num.* 31. *de major. & obed.*, *Rebuff. in praxi benefic. tit. de union. benefic. num.* 11. *& seqq.*, *Hojed. de incompatib. benefic. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 2., *Piton. & Franc. ut sup.*, *Rigant. d.* §. 2. *num.* 404., *Gonzal. ut sup. num.* 28., *Daniel. ut sup. tit.* 12. *num.* 5., *Rota* passim, sed præsertim *cor. Molin. d. decis.* 764. *num.* 402., *& in d. Colonien.* §. 4. Hæc unio æque principalis, nullam admittit divisio-

5 nem: quamquam Doctores aliquot hujus tres constituant species, qui a Pitonio merito reprehenduntur in *cit. discept. 9. sub num. 40.* ibi: *Quo vero ad aliud suppositum, quod unionis æque principalis tres essent species, ego respondebam hanc esse opinionem in jure novam, & inventam de capite. Hactenus enim in jure nostro non est audita, nisi unica species unionis æque principalis, quando scilicet fit unio quoad Prælatum tantum, non quoad ipsas Ecclesias, earumque jura, & prærogativas.*

Quod attinet ad primam unionis speciem, quæ subjectiva nuncupatur, hujus effectus præcipuus est, ut Ecclesia sic unita juribus, ac privilegiis principalis, cui unitur, plene fruatur,
6 istius assumat naturam, suamque primævam, cum singulis prærogativis penitus amittat, per *text. in cap. Recolentes de statu Monach., Gonzal. ut sup. num. 28., Rigant. d. §. 2. num. 402., Piton. d. discept. 9. num. 3., Franc. d. cap. 8. num. 14., Daniel. loco cit. tit. 12. num. 5., Card. de Luca d. disc. 14. num. 5. & de praemin. disc. 29. num. 9., Rota d. decis. 784. num. 40., & cor. Molino in d. Colonien., seu Leodien. unionis* §. 4. Hinc per hujusmodi unionem beneficium parochiale, vel curatum desinet esse tale, & beneficii
7 nomen omnino perdet, nec amplius erit in titulum collativum. *Corrad. in praxi benefic. lib. 1. cap. 6. num. 263., Rigant. ad d. regul. 9, Cancell. §. 2. num. 402., Piton. de controv. patron. alleg. 5. num. 28., Rota cor. Molin. decis. 771. num. 24., d. decis. 784. num. 52. & cor. Nunez in Urgellen. Vicariæ S. Mariæ de Tello, 26. Martii 1734. §. Quandoquidem.* Unio enim subjectiva omnino importat extin-
8 ctionem tituli, essentiæ, & qualitatis collativæ beneficii parochialis, ad *text. in cap. Qui monasterium de relig. dom., Corrad. loco cit., Rot. cor. Card. Crescentio in Colonien. decimarum 29. April. 1733. §. Maxime, seu decis. 223. n. 3., ac in Sedunen. unionis 4. Mart. 1757. §. 2. in fine cor. Borrull.*

Nil equidem magis repugnat statui collativo beneficii, quam
9 unio subjectiva, seu accessoria, ac plenaria; *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 28. num. 104., Gonzal. ut sup. num. 4., Cassador. decis. 2. sub num. 1. post princ. de union., ac Rota cor. Card. Crescentio d. decis. 223. num. 8., cor. Aldrovando in Urbevetana parochialium 11. Martii 1733. §. Ex ista, & cor. Card. Millino in Argentina parochialium 30. April. 1745. §. Quemadmodum, & §. Collineant.* Quippe quod Ecclesia sic plenarie unita, desinit esse corpus per se subsistens, & absolute, ac necessario efficitur membrum, & pars, &
10 de dominio alterius Ecclesiæ, cui fuit unita; *Hojed. de incompatib. benefic. part. 2. cap. 3. num. 3. vers. Nam si fiat, & vers. Tamen, Lotter. d. quæst. 28. num. 97. & seq., Gratian. discept. Eccles. cap. 297. num. 2. & seq., Angel. cons. 248. vers. Sed ubi, Ferett. cons. 242. num. 5.*

num.5. verf.Et quando, in quo confonat Sacra Congregatio Concilii in *Naulen. vifitationis 2.Decemb.1757.§.Caufa in fine, ut in thef. refol. tom.26. pag.109., ac Rota cor.Molin. decif.662. num.6., d. decif.771. num.5. d. decif.784. num.52., ac in Sedunen. unionis 1.April.1756.§.2. cor. Em.Caprara.*

Ex quibus omnibus plus quam legitima deducitur confequentia Ecclefiam parochialem, aliudve beneficium fic acceflorie unitum vacare amplius non poffe; *Garz. de benefic. lib.12. cap.1.* 11
num.12. & feqq., Murga eod. tract. quæft.3. dub.1. num.96., Mandofa ad regul. de infirm. quæft.10. num.2., Gonzal. ut fup. num.7., Piton. d. alleg.5. num.28., Parif. conf.21. num.10. tom.4., Rota decif.138. num.8. & feq. cor.Ubaldo, decif.47. num.11. cor. Anfaldo, d.decif.662. num.11., d.decif.771. num.24. & decif.835. num.4. 12
cor. Molin., d. decif. 223. num. 9. cor. Card. Crefcentio. Ideoque nullus amplius dari poteft locus impetrationi, *Felin. in cap.In noftra num.23. verf. Corollarium de refcript., Vejed. loco cit. num. 2. verf.Nec opus, Parif.de refignat. lib.10. quæft.2. num.36., Gratian. ut fup. num.4., Lotter. d. quæft. 28. num. 104., Rebuff. in praxi benefic., tit. de union. num.14., Card. de Luca de præemin. difc.2. num.24., Rota cor.Bichio decif.280. num.27. cor.Cavaler. decif.330. num.2. & feq. & cor. Molin. decif.784. num.52., decif.190. num.4. cor.Crifpo*. Neque etiam refignationi, aut permutationi, ut do- 13
cent *Parif. de refignat. d.lib.2. cap.9. num.1. & per tot., Murga d.quæft.5. dub.1. num.96., Daniel. dd.Inftit. can. civ.& crim.tom.2. tit.12. num.1., Rota decif.452. num.1. part.18. recent., d.decif.138. num.8. & feq. cor.Ubaldo, d. decif.838. num.4. cor.Molin., & d.decif.232. n.9. & 10. cor. Card.Crefcentio.*

Hæc igitur fubjectiva unio fub difpofitione *regulæ 9. Cancellariæ* minime comprehenditur, ut communiter tradunt Doctores, 14
fed præfertim *Gonzal. ad regul.8. Cancell. d.gloffa 5. §.7. num.33., Rigant.ad eamdem regul.9.§.2.num.402., tom.2., Rota* pluries apud *Rigant. loc. cit., tum cor.Ubaldo d. decif.138. num.8.& 9., & cor. Anfaldo d. decif.47. num.11.* Non effugiet tamen quindennii folutionem, cum unionis perpetuæ effectus fit, ut tale quindennium 15
folvatur, feu fingulis quindecim annis folvatur annata beneficii uniti; *Maffobr. de annatis in fine verf.Eft aliud quoque, Card.Petra ad Conftit.6. Pauli II. num.36., Zypp. confult. canon. lib.1. de excef.Prælat. confult.17. fub num.24.& feq., & fub num.47.& feq., Rota decif.1401. num.2.& feq., decif.1410. num.1.& feq. cor.Seraphino*. Solvi neceffario debet media annata quotiefcumque fructus utriufque beneficii excedunt fummam 24. docatorum aureorum de Camera, ut in praxi fervatur, & advertit *Sot. ad regul.* 16
Cancell.22. num.3., ac Rigant. ut fup. num.10.

Merito proinde cautum fuit ad unionis validitatem ex *regula 22. Cancellariæ*, ut verus annuus valor secundum communem
17 æstimationem exprimatur tum uniendi beneficii, tum illius, cui
uniri alterum petitur. *Rebuff. ad d. regul.22. glossa 7., Rigant. loco cit. num.52., Kochier. ad eandem regul.22. num.17., ibique Mandosa quæst.1.* ubi in fine ponit formulam supplicationis pro expressione valoris utriusque beneficii, *Lotter. de re benef. lib.3. quæst.20. num.36.*, ubi consentiente *Rigant. ut sup. num.13.*, ait ne fraus
18 ulla Annatistis fiat exprimendum esse hujusmodi valorem *per non excessum*, ac Rota *decis.68. num.13. part.4. tom.2.*, *& decis.294. num. 5. part. 5. recent.* Expressio valoris secundum communem æstimationem fit, tunc cum asseritur, quod beneficium tempore unionis, oneribus deductis tantum valuit per quinque annos ante,
19 anno sterili cum fertili computato; *Kochier. loco cit. num.17., Mandosa loco cit.*, *Rigant. ut supra num.22.*, *ac num.14. & seqq.*, ubi ait hanc annui veri valoris expressionem habendam quoque esse in unionibus beneficiorum, quæ in Germania fiunt, & in
20 Gallia, ac *num.19. & seqq.*, ubi contrariis hac de re adductis argumentis docte respondet. Cæterum ad concludendum beneficii valorem non sufficit calculus fructuum quinquennii, sed integri
21 decennii, ut Rota declaravit in *Segobien. beneficii 26. Febr.1742. §. Nec minus cor. Vicecomite.*

Diximus parochialem Ecclesiam accessorie unitam, Ecclesiæ parochialis nomen, ac titulum amittere, neque sub dispositione *regulæ nonæ Cancellariæ* comprehendi: id tamen non est intelligendum respectu beneficiorum in Ecclesia sic unita existentium, quotiescumque de mensa unitæ Ecclesiæ haudquaquam sunt, sed
22 corpus per se distinctum, & ab illa separatum constituunt; ita ut ex unione Ecclesiæ facta illorum tituli minime alterentur; ut docent *Rigant. ad eandem regulam 9. §.2. num.407.*, *ac Rota decis.729. num.3. cor. Emerix juniore, in Pampilonen beneficii 1. Jun.1685. §. Quoniam, & 10. Decemb. ejusdem anni §. Quin immo, & 11. Febr.1686. §. Non obstante cor. Ursino.* Non enim potest ab unione Ecclesiæ ad illam beneficiorum in ea independenter existentium
23 inducendam argumentatio desumi; ut ratiocinantur *Gonzal. ad regul.8. hodie 9. Cancell. Glossa 5. §.7. num.128. & seqq., & Rigant. ad eandem regulam 9. §.2. num.408.*, *ac Rota cor. Cerro decis.151. num.2. & 3., decis.79. num.12. cor. Emo Caprara, decis.14. num.7. decis.97. num.6. cor. Duran., & d. decis.729. num.3. cor. Emerix juniore.*

A præcipuis effectibus unionis subjectivæ, accessoriæ, ac plenariæ, quæ sola vere & proprie unio est, cum per eam extincto
24 Ecclesiæ, vel beneficii titulo, unus tantummodo remaneat, quod nomi-

nominis ratio plene suadet; *Tholosan. de benef. cap.20. sub num.3. vers. Omittimus, Lotter. de re benef. lib.1. quæst.28. sub num.96. vers. Hæc igitur*; transeamus nunc ad illos, quæ ab unione promiscua seu incorporativa producuntur. Hujus præcipuus effectus est, ut invicem jura, prærogativæ, & privilegia utriusque
Ecclesiæ, vel beneficii incorporentur, & communicentur, per 25
textum in Can.Decimas in fine cau.16. qu.1., Gloss. in cap.1. verbo Uniendo. Ne Sede vacante, ibique Fagnan. num.2. & in cap.Exposuisti num.34. de præb., Matta de causis consistorialibus sect.9. num.9. vers. Operatur, Francesc. de Eccles. Cathed. cap.8. num.14., Piton. discept.Eccles.9. num.3., R*igant.ad d.regul.9.Cancell.§.2.num.405., ibique Gonzal. glossa 1. §.7. num.28., Rota decis.3. num.11. & seq., & decis.76. num.1. cor.Ansaldo, & in Colonien.seu Leodien.unionis 17.Martii* 1752. §.4. *cor. Em. Molino*.

Quamobrem si Ecclesia parochialis, v.g., jurispatronatus, alteri parochiali jurispatronatus uniatur, per unionem incorpo-
rativam patroni unius evadent patroni alterius Ecclesiæ; *Piton.de* 26
controv. patron. alleg.160. num.80., Rota cor.Emerix jun. decis.987. num.7., cor. Crispo decis.176. num.17., & cor. Calcaguino in Astoricen. parochialis 1. Jun.1747. §.Porro. Hæc autem promiscua,
seu incorporativa unio dispositioni *regulæ* 9. *Cancellariæ* subjici- 27
tur: nec ratio aliqua suadere potest contrarium exemptionis ar-
gumentum, ut Doctores ad hanc regulam tradunt, inter quos 28
Gonzal. gloss.5. §.7. num.28.& 55., Kochier glossa 1. num.1. & 18. vers.Limita secundo, ac Rigant. §.2.sub num.405. tom.2. Solet enim
hæc unionis species unioni æque principali comparari, ut prose- 29
quitur R*igant. loco cit. num.*406., ac tenet *De Luca de pluralitate legali cap. 50. num. 3., atque Card. de Luca ad Concil. Tridentin. disc.7. num.5.*

Præcipuus unionis æque principalis effectus est, ut nulla fiat confusio, & incorporatio inter Ecclesias ita unitas circa jura, prærogativas, ac privilegia, sed quælibet Ecclesia primævo in
honore, & statu adhuc conservetur; *d.Can.Decimas cau.16.qu.1., &* 30
gloss. in can. Et temporis qualitas eadem cau. & qu., verbo Unire, vers.Et hoc modo, in cap. Novit Ne Sede vacante, verbo Uniendo, ibique Fagnan. num.4. 9. 10., & in d. cap. Exposuisti num. 34. de præb. & dignit., Rebuff.in praxi benefic. tit. de unione benefic. n.11. & seqq., Murga de benefic. quæst.4. num.12., Card.de Luca de præemin. disc.29. num.9., R*igant loco cit. num.404., Daniel. ut sup. tom. 2. tit.12. num. 1.*, ac Rota *cor. Molin. decis. 764. num.402., cor. Crispo decis.176. num.18., cor. Cerro in Hildesimen. Vicariæ 5. Maii* 1717. §.*Nec desunt, & cor.Molino in d.Colonien., seu Leodien. unionis* §.4. Idemque dicas de Vicariis inter sese æque principaliter

31 ter unitis, quæ proprias retinent prærogativas, & qualitates. Ea-
que propter si Vicaria æque principaliter uniatur, v.g. alicui Di-
gnitati, retinebit statum collativum cum cæteris primævis juri-
bus, excludeturque jus nominandi, & adstruetur facultas in Or-
32 dinario libere eam conferendi; *Rota cor. Nunez in Urgellen. Vica-
riæ S. Mariæ de Tello 26. Martii 1734. §. Nec pro.*

Si de parochialium, vel non parochialium beneficiorum di-
versæ diœceseos unione æque principaliter agatur, utrumque be-
33 neficium sua jura, ac privilegia, quemadmodum antea, conser-
vabit, per *textum expressum in cap. 2. de relig. domib.*, *Gonzal. ad
regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 57.* Proindeque cum Episcopus
in Ecclesiis, ac beneficiis suæ diœceseos jurisdictionem retineat,
34 debet collatio ab utroque Episcopo perfici, complerique, *d. cap.
Quia monasterium 2. de relig. domib.*, ubi expresse prohibetur,
ne talis unio præjudicet Episcopo Ecclesiæ unitæ, ibique *Abb.
num. 1. & seqq.*, *Gonzal. loco cit.*, *Caccialup. in tract. de unione be-
nefic. art. 8. quæst. 15. num. 10.*, *ac Rota decis. 15. num. 2. part. 3. lib. 2.
divers.* Secus ac contingat in unione subjectiva, ubi solus Episco-
pus beneficii, cui unio facta fuit, non vero Episcopus beneficii
35 uniti, quod nomen, naturam, & titulum amisit, conferre lici-
te, atque valide poterit; *d. cap. 2. de relig. domib.*, *Gonzal. loco cit.
num. 24.*, *Put. decis. 425. num. 3.*, *ac* Rota *d. decis. 15. num. 1. part. 3.
lib. 2. divers.*

Verum hic notandum est, quod hujusmodi uniones ante Con-
cilii Tridentini tempora ex juris communis dispositione, pote-
36 rant ad Episcopis fieri ullo absque periculo; ut communiter Do-
ctores in *Clem. fin. de reb. Eccl. non alien.*, *Marian. Soccin. in cap.
Sicut unire num. 80. de excess. Prælat.*, *Caccialup. in cit. tract. art. 4.
num. 16.*, *Gonzal. d. §. 7. num. 61.* Secus vero post Tridentinum
Concilium, ut in *sess. 41. de reform. cap. 9.* ibi: *Beneficia unius diœ-
cesis etiamsi parochialis Ecclesiæ, Vicariæ perpetuæ, aut simplicia be-
neficia, seu præstimonia, aut patrimoniales portiones fuerint, etiam
ratione augendi cultum divinum, aut numerum beneficiatorum, aut
alia quacumque de causa, alterius diœcesis beneficio, aut Monaste-
rio, seu Collegio, vel loco pio perpetuo non uniantur*, quod pari-
ter notat *Gonzal. d. §. 7. num. 62.* Quamobrem si ejusdem, vel di-
versæ diœceseos parochialia, vel non parochialia beneficia unita
ad patronos vel laicos, vel Ecclesiasticos pertineant, cum hujus-
modi unio æque principaliter facta fuerit, patronorum voces ulla
37 absque confusione, & commixtione in eodem identifico statu, in
quo antea reperiebantur, relinquentur, juxta ea, quæ tradit *Pa-
cian. de probat. cap. 17. num. 57.*, *Murga de benefic. quæst. 4. sub
num. 12.*, *Rota cor. rispo decis. 176. num. 18.*, *cor. Emo Caprara in
Asto-*

Astoricen. parochialis 5.*Jun.*1745. §.*Sed per contrarium*. Unde patroni unius Ecclesiæ erunt patroni alterius, habebuntque integram vocem in præsentatione Parochi, vel Rectoris, & integram 38
alii patroni alterius Ecclesiæ, ut præter citatas auctoritates, prosequitur *Rota in d. Astericen.* §.*Plane*.

Si de duabus Abbatiis, vel diœcesibus Episcopalibus æque principaliter unitis, sermo habeatur, distincta, & separata adhuc remanebit utraque Abbatia, vel diœcesis, & unaquæque sua jura, 39
primævamque naturam conservabit, per tradita a *Fagnano in cap. Novit num.* 5. *Ne Sede vacante*, *Mondos. ad regul. Cancell.* 12. *de union. quæst.*1. *num.*4., *Hojed. de incompatib. benefic. part.*2. *cap.*2. *num.*2., *Piton. discept. Eccles.* 9. *n.* præsertim 75. *per tot.*, ubi Ecclesiarum sic unitarum plura exempla refert, *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell. d. gloss.*5. §.7. *num.*29. *&* 30., *Card. de Luca in Miscell. disc.*26. *num.*6., *& de Paroch. disc.*35.*num.*5., *Rota cor. Coccino decis.*2138. *num.*5., *& cor. Em. Molino in Colonien. seu Leodien. unionis* 17. *Martii* 1752. §.4. Quoad Abbatem vero, vel Episcopum una tantum Abbatia, unaque diœcesis erit censenda, ex notatis a 40
*Franc. de Eccles. Cathed. cap.*8. *num.*373., *Card. de Luca d. disc.*26. *num.*7. *& disc.*19. *num.*9. *de benefic.*, *Rota decis.*1185. *num.*1., *decis.*1236. *num.*1. *cor. Emerix jun.*, *& in d. Colonien.* §.4. Atque hoc in casu tenetur Abbas Episcopali jurisdictione donatus, vel Episcopus diebus a Concilio Tridentino præscriptis in *sess.*23. *de reform. cap.*1. in alterutra ex unitis Ecclesiis pro peragendis fun- 41
ctionibus residere, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *Calaguritana*, *& Calceaten. residentiæ* 3.*Septemb.*1740. *ad* 1. *dubium*, *thes. resol. pag.*21.

Erit ergo in Episcopi arbitrio positum pro hisce peragendis functionibus alternativam servare in Cathedralibus æque principaliter unitis: quemadmodum Sacra Congregatio Concilii pari 42
modo declaravit in *una Valven. præeminentiarum ad* 5. *dubium*, *apud Rotam coram Emerix juniore*, *decis.*1181. *in principio*, quod a *Rota* confirmatur in *cit. decis.*1185. *num.*1. *&* 2. 4. 10., tum in *decis.*1236. *num.*10. *cor. eodem Emerix jun.* Ratio, cur obligari nequeat Episcopus ad hanc alternativam ex hoc præcipue peti potest, quia Ecclesiæ Cathedrales inter se realiter, & materialiter distinctæ, una formaliter, & quoad Episcopum censeri debent; *Franc.* 43
*ut sup. cap.*8. *num.*371., *Gratian. discept. Eccles. cap.*655. *num.*74. *in fine*, *ac Rota cor. Emerix in citatis decisionibus*. Nec movet contraria Doctorum opinio, inter quos *Piton. discept. Eccles.*9. *n.*11. 14. 15. 20. *&* 40., contendens Episcopum ad hanc alternativam 44
teneri pro functionibus pontificalibus. Nam præter rationem modo adductam, quæ sane contemnenda non est, habemus Rotales aucto-

auctoritates aliter ſuadentes : quod ſatis omnino eſt, ne Pitonii, aliorumque opinioni ſit adhærendum; quandoquidem ignorat nemo Sacræ Rotæ, in iis, de quibus ſerio, non perfunctorie
45 agitur, deciſiones communi etiam Doctorum opinioni prævalere; *Gratian. diſcept. forenſ. cap.104. num.56., & cap.166. num.2. uſque ad fin., Rota deciſ.256. num.17. part.7., deciſ.127. num.12. part.17., deciſ.270. num.22. part.19. tom.2. recent., cor. Falcon. de fideicomm. deciſ.51. ſub n.16.; & cor. Herrera deciſ.1. n.24.*

Neque etiam ullius momenti ſunt Sacrarum Congregationum Epiſcoporum, & Regularium, ac Tridentini Concilii de-
46 creta in *cauſa Hadrien.*, *& Pennen.* relata ab eodem *Pitonio in cit. diſcept.9. num.85. 86. 88. cum 2. ſeqq.*, tum Summi Pontificis *Gregorii XV.* in dictorum decretorum confirmationem editum Breve apud eundem *Pitonium loco cit. num.87.* Iſta enim decreta, præter quam quod nihili quidem habenda ſunt in concurſu aliorum decretorum hac in materia poſteriori tempore editorum,
47 cujuſmodi illa ſunt, quæ ſupra retulimus, ob illud juris principium, quo edocemur prioribus poſteriora derogare : *Rota in Gerunden. adminiſtrationis 16. Jun.1702. §. Neque, cor. dell'Olmo, & & in Vercellen. penſionis, ſuper contributione 28. April.1755. §.6. cor. Figueroa*; regulari quadam ratione nitebantur ad caſum, in quo verſamur, minime protrahenda. Etenim inter alias cauſas, vel a Bulla unionis, vel a contraria Anteceſſorum conſuetudine, vel a Pontificiis ordinibus petitas, ob quas dictæ Sacræ Congregationes de alternativa ſervanda in Epiſcopum reſolvere poterant, principalior deſumebatur a litibus, ac diſſenſionibus Capitulorum Pennenſis, & Hadrienſis, ac populorum, per alternativæ exer-
48 citium feliciter componendis : ad tradita a *Rota cor. Emerix deciſ.175. num.1.*, quod ſatis ſuperque erat, ut Epiſcopus ad alternativam adigeretur: quemadmodum adparet ex epiſtola Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ad Epiſcopum Hadrien. & Pennen. directa, *ſub die 3. Febr. 1604., regeſt. fol.12., & apud Piton. d. diſcept.9. n.15.*, in qua hæc leguntur :

Atri. Al Veſcovo.

49 *La Città d'Atri è ricorſa di nuovo alla Sacra Congregazione, dolendoſi, che V. S. non oſtante l'ordine datole ſotto li 24. Novembre proſſimo paſſato, abbia tenuta l'ordinazione in Cività di Pennia, non oſtante, che prima ce l'aveſſe tenuta un' altra volta in Cività di Pennia, e l'altra in Atri. Per il che inerendo queſti miei Signori al ſudetto ordine hanno voluto, che io le ſcrivi, che per mantenere la pace tra queſte due Città, Ella debba in ogni modo oſſervare in ciò l'alternativa conforme al Breve di N. Signore. E ſe due volte V.S. ha tenuta l'ordinazione in Cività di Pennia, ſi contenti di tenerle*

nerla due altre volte continuatamente in Atri, e poi seguitare alternativamente nell'uno, e nell'altro luogo. Che in questa maniera tenendo in equilibrio queste funzioni verrà a conservare la pace ne' sui popoli. Così dovrà eseguire in ogni modo, e Dio &c.

Roma 3.*Febr.*1604.

Nulla igitur concurrente speciali ratione ad alternativam Episcopus cogi, compellique haudquaquam poterit: attamen prudenter, æque ac laudabiliter aget, si pro peragendis Pontificalibus alternativam exercere studuerit: hoc enim modo civium, ac 50
subditorum dissidiis fortasse nascituris feliciter aditum præcludet, propriarum ovium obsequium, æstimationem, & amorem sibi conciliabit, palam edocendo se utramque diœcesim, æque principaliter unitam, æquali jurisdictione, æquali studio, ac solicitudine, æqualique Pastorali benevolentia dirigere: quod Episcopum non minus, quam alium quemlibet Præsidem, Principem, vel Regem maximopere decet, juxta illud Poetæ: 51

Rex Jupiter omnibus idem.

Vel illud *Taxi*, *cantu* 5.

Ma Goffredo con tutti è Duce ugnale:

Sic Serenissimus Farnesius olim Parmæ, & Placentiæ Dux, quamvis supremo potiretur dominio, supremaque jurisdictione frueretur, attamen tanto æstuabat desiderio Parmensium, ac Placentinorum amorem æqualiter sibi conciliandi, ut, ne magis Parmæ, quam Placentiæ favere videretur, se *P. & P. Ducem* 52
solerct subscribere; *Palear.ad Tacitum in lib.*1. *annal.*, *observat.*115. *Matt. de causis consistor. sect.*9. *num.*13. *in fine*, *Piton. d. discept.*9. *sub num.*58. Idemque Tiberius, ut cætera omittam exempla, Romani imperii Gubernator supremus, cum ad Germaniæ, & Pannoniæ Legiones esset profecturus pro sedandis, componendisque hinc inde exortis acerrimis dissidiis, sub timore has, vel illas offendendi, dum primum ingressum faceret, statuit pro temperamento prudentissime concepto Drusum, & Germanicum 53
filios illuc mittere, in quibus tam istæ, quam illæ æqualiter, eodemque tempore adiri possent Legiones, ut refert *Tacitus in lib.*1. *annal.*, *& post eum Palear. loco cit.*, *ac Piton. sub d. num.*58.

Inter jam commemoratos effectus unionis æque principalis; & iste recenseri debet, quod *regulæ* 9. *Cancellariæ* subjaceat, ut 54
monent *Gonzal.ad d.regul.*8., *hodie* 9. *Cancell.glossa* 5.§.7. *n.*55. *ibique Kochier gloss.*1. *n.*18. *vers.Limita primo, ac Rota apud Rigant. ad eandem regulam* 9. §.2. *num.*403. *in Beneventana unionis* 4.*Jun.* 1680. §. *Hinc domini cor. Rondanino*, & *in Asculana beneficiorum* 17.*Martii*1686. §.*Maxime cor.Card.Caccia*. Ratio autem est in

propatulo: quia nempe per unionem æque principalem utraque Ecclesia suapte natura adhuc remanet parochialis, proprium retinet nomen, & titulum, propria conservat jura, leges, & honores, unoque verbo, omnino in suo statu primævo relicta judicatur, per *Gloss. in cap. Novit verbo Uniendo*, *Ne Sede vacante*, *Hostien. in Summa ejusd. tit. num. 5.*, *Leuren. in foro benefic. part. 3. sect. 2. cap. 1. quæst. 884. num. 3c*, Rota *coram Emo Caprara in Astoricen. parochialis 5. Jun. 1747. §. In sententia*, *cor. Emo Bussio in Leodien. seu Colonien. jurisdictionis super inscriptione 8. Martii 1752. §. 5.*, *& cor. Amadeo 4. Jul. 1755. §. 3.*

Hinc est, quod unio parochialis, si subjectiva contendatur,
55 probationes univocas, concludentissimas, & rigorosissimas exigit, ad tradita a *Rota cor. Card. Crescentio decis. 263. num. 44.*, *cor. Harrach. in Spoletana restitutionis in integrum 8. Maii 1733. §. Et quidem*, *cor. cl. me. Em. Millino in Colonien. decimarum 16. Martii 1739. §. Præter*, *& cor. Vicecom. in Sedunen. unionis 6. Jun. 1755. §. 9.* Hisque
56 deficientibus probationibus judicium ferri debet pro libertate Ecclesiæ, & status beneficii parochialis collativi, ad *textum in cap. Cum non ignores de præb.*, *cap. Cum de beneficio eod. tit. in 6.*, Rota *cor. d. Millino in Leodien. Pastoratus de Peruvez 25. Jun. 1742. §. 5.*, *cor. Thunn. in Nullius Provinciæ Taurinen. 18. Febr. 1748. §. Cæterum*, *& cor. Emo Caprara in Sedunen. unionis 5. April. 1756. §. 2. & 3.* Adeoque in dubio an æque principaliter, vel subjective facta fuerit unio, æque principaliter factam fuisse semper est præsu-
57 mendum: cum in hoc casu minus lædatur Ecclesia, vel beneficium unitum, arg. *Cap. Cum singula de præb. in 6.*, & ad tradita *ab Imola in cap. Extirpandæ eod. tit.*, Rebuff. *in praxi tit. de union. num. 20.*, *Hojed. de incompatib. benefic. part. 2.*, *cap. 3. num. 5. ante finem*, *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 7. num. 134.*, *Pignatell. consult. 136. sub num. 15.*, *tom. 1.*, *Rota cor. Thunn in d. Nullius §. Cæterum*, *& cor. Em. Caprara in d. Astoricen. parochialis §. Quod autem.*

Cum unio sit quid facti, & odiosa, semper probari debet
58 ab eo, qui in illa se fundat. *Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 224.*, *& seqq.*, *Pax Jordan. lucubr. canon. tom. 2. tit. 31. num. 20. lib. 10.*, *Barb. de offic.*, *& potest. Episc. part. 3. alleg. 6. n. 53.*, *Mascard. de probat. conclus. 1419. n. 1.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. n. 1.*. Rota *decis. 557. n. 5. lib. 3. part. 2. divers.*, *& cor. Borrull. in Sedunen. unionis 4. Martii 1757. §. 2.* Et sic allegans unionem subjectivam tenetur eam concludenter probare ne dum quoad temporalia, sed etiam quoad spiritualia, per Bul-
59 lam unionis, per solemne, ac publicum instrumentum, vel per alias probationes univocas huic æquipollentes. Rota *decis. 223. num. 26.*,

num. 26., & *decis.* 239. *num.* 1. *cor. Card. Crescentio*, *in Monasterien. Præpositura*, 15. *Febr.* 1743. §. *Cum enim cor. Calcagnino in Posnanien. parochialis*, 6. *Decemb.* 1745. §. *Nec subsistere co r. Card. Bussio*, *in dict. Sedunen. unionis*, 5. *April.* 1756. §. 3. 5. 6. *cor. Card. Caprara*, & 4. *Martii* 1757. §. 2. *cor. Borrull.* juxtaque tradita in *Ratisbonen. jurisdictionis* 26. *April.* 1762. §. 6. *cor. Cornelio*. Neque valebit contra libertatem Ecclesiæ præsertim parochialis, cui juris præsumptio undique favet, de una ad aliam Ecclesiam prorsus separatam, ac diversam illatio, ad firmata per 60
Rotam *in Colonien. parochialis*, 7. *Febr.* 1746. §. 18. *cor. Card. Bussio*, & *in dict. Sedunen. unionis* §. 25. *cor. Card. Caprara*.

Dixi: *per Bullam unionis*, *per solemne*, *ac publicum instrumentum*: sunt enim media, quibus an æque principaliter, vel subjective facta fuerit unio, (quæ duæ species in usu sunt, atque 61
frequentiores, *Garz. de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 12.) satis commode cognosci poterit, *Gloss. in Clem.* 2. *verbo Ecclesias de præb.*, & *dignit.*, *ac Felin. vers. Et in dubio num.* 7., *tum in cap. In nostra de rescriptis in* 6. *sub num.* 30., ibi: *Cognoscimus autem quod sit principale ex verbis unionis*: *Rebuff. ut sup. n.* 19., & *seqq.*, *Hoyed. dict. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 5., *Gonzal. d. gloss.* 5. §. 7, *num.* 128., *Mascard. de probat. conclus.* 1419. *num. fin.*, *Rota passim*, sed præsertim *cor. Calcagnino in Nullius Provinciæ Ravennaten. Vicariæ* 14. *Jan.* 1737. *fere per tot.* Quæ unionis Bulla decretum irritans, & clausulam derogatoriam præseferens, non poterit ulla præscriptione interverti. *Lotter. de re benefic.* 62
lib. 1. *quæst.* 34. *num.* 49. & *seqq.*, & *lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 25. & *seq.*, *Turricell. de union. benefic. cap.* 4. *num.* 56., *Card. de Luca de Paroch. disc.* 11. *num.* 4. & *seq.*, *Clericat. de benefic. disc.* 48. *num.* 57. & *seq.*, & *disc.* 57. *num.* 30., Rota *decis.* 106. *num.* 8. & 9. *cor. Molin.*, *in Placentina parochialis*, 17. *Jul.* 1735. §. *Provisionibus*, *cor. Calcagnino*, & *in dict. Nullius Provinciæ Ravennaten. Vicariæ*, 11. *Febr.* 1737. §. *Urget*, & 14. *Jan. ejusdem anni* §. *Quo quidem cor. Calcagnino*. Præsertim si unio facta fuerit titulo oneroso, & ex vero contractu. *Rota in citata* 63
Nullius Provinciæ 14. *Jan.* §. *Fortius*.

Ut autem valeat unionis Bulla, vel decretum, suppeditare probationis argumentum, si de subjectiva præsertim unione agatur, in qua fere omnes difficultatum, atque litium cardines consistunt, 64
omnino requiritur, ut hujusmodi unio ex clara, & perspicua, non vero dubia, & æquivoca Summi Pontificis, vel Ordinarii dispositione proficiscatur, ad tradita *a Franc. de Eccles. Cathedr.* 65
cap. 8. *num.* 225., *Rota cor. Priolo decis.* 227. *num.* 9. *cor. Cerro decis.* 616. *num.* 5., *cor. Ansaldo decis.* 47. *num.* 2., *cor. Cardin.*

Buffio in Colonien. parochialis 6. Jan. 1755. §. 6. in quo consonant illa, quæ habentur *coram Zelada in Tarraconen. reædificationis, & restaurationis Ecclesiarum 19. Jun.* 1761. *a* §. 7.
66 *ad* 14. Si Summus Pontifex, vel Ordinarius usus fuerit hisce verbis: *Ecclesias A. & B. unitas esse volumus*: tunc unio erit cumulativa, seu æque principalis: & isti sunt termini unionis, de qua *textus in Can. Et temporis qualitas caus.* 16. *quæst.* 1., ibi: *Ut Cumanam atque Musitanam unire debeamus*: & aliarum unionum apud *Murgam ad Constit. Bened. post decis.* 19. *num.* 14., & hujusmodi *in Viterbien. cor. Cavalerio decis.* 330. *num.* 3., *in Ampurien. seu Civitaten. unionis* 19. *Jun.* 1682. *cor. Ursino, & decis.* 714. *num.* 39. *cor. Molines*. Ratione in hoc posita, quod verba Summi Pontificis, vel Ordinarii unientis hisce in casibus æqualiter diriguntur in Ecclesias, vel beneficia, quæ uniuntur: adeoque jura unius Ecclesiæ non accedunt alteri Ecclesiæ, sed remanent penes Ecclesiam, ad quam antea spectabant. *Turricell. de union. cap.* 3. *num.* 8. *& seq.*, Rota *decis.* 49. *num.* 4. *part.* 15. *rec.*, *dict. Ampurien. in princ. cor. Ursino, & dict. decis.* 784. *num.* 42. *cor. Molines*.

At e contrario si una Ecclesia alteri Ecclesiæ uniatur hisce, aut similibus verbis: *Ecclesiam A. Ecclesiæ B. in perpetuum unimus*: erit unio subjectiva, ut observat Rota *cor. Molin. dec.* 785. *n.* 15.
67 ubi refert exemplum unionis duarum Ecclesiarum Episcopalium Pipernensis, & Setinæ factæ a Summo Pontifice alteri Ecclesiæ Terracinensi, ubi hæc habentur: *Pipernensem, & Setinam Ecclesias eidem Terracinensi Ecclesiæ in perpetuum unitas decernimus*: Propterea quia verba Summi Pontificis, vel Ordinarii unientis non in utramque Ecclesiam diriguntur, sed in unam tantum, in illam videlicet, quæ alteri unitur, juxta distinctionem *glossæ in Can. Et temporis caus.* 16. *quæst.* 1., *verbo Unire*, quam sequuntur *Garz. de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 55., *Turricell. de union. cap.* 3. *num.* 16., Pax *Jordan. elucubr. divers. lib.* 10. *tit.* 32. *n.* 11., Rota *cor. Emerix jun. decis.* 786. *num.* 2., *ac præsertim cor. Zelada in dict. Tarraconen. reædificationis, & restaurationis Ecclesiarum* 19. *Jun.* 1761. §. 7., ibi: *Quando unionis verba non diriguntur in utramque Ecclesiam, sed in unam ex duabus, quæ alteri unitur, & incorporatur, unio regulariter subjectiva censetur*: Adeo-
68 que hoc in casu hujusmodi unio erit extinctiva tituli, ut docet *dict. glossa in Can. Et temporis caus.* 16. *quæst.* 1. *verbo Unire, & alia glossa in cap.* 1. *verbo Uniendo ne Sede vacante, Fagnan. in cap. Novit num.* 3. *eod. tit., Francesc. de Ecclesi. Cathed. cap.* 8. *num.* 61., *&* 173., *Garzias de benefic. dict. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 55., Rota *decis.* 114. *num.* 8. *&* 12. *part.* 12. *divers.*, *& cor. Molin. dict. decis.* 784. *num.* 40.

Si

Si facta fuerit hisce, aut similibus verbis: *Unimus*, *assignamus*, *annectimus*, *incorporamus*: subjectiva erit, atque extinctiva 69
unio: ut notatur in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Nuscana* 17. *Jan.* 1756. §. *Disputat*, *tom.* 25. *thes. resol. pag.* 9.,
tum in folio proposito 10. *Martii* 1760. *in Augustana parochialium* §. *Monasterium*, *tom.* 29. *thes. resol. pag.* 781, ac Rota *cor. Molin. dict. decis.* 766. *num.* 45., tum *in Vicen. jurisdictionis* 30. *Jan.* 1733. §. *Explorati cor. Card. Crescentio*, *inter ejus impressas decis.* 204. *num.* 5., *& cor. Zelada in dict. Tarraconen.* §. 7.
Et sic tradunt facultatem convertendi fructus in usum Ecclesiæ,
vel Monasterii, cui unio facta fuit, ut habetur in eodem folio 70
in *Augustana parochialium* §. *Monasterium*, juxtaque tradita *a Rota coram Molin. decis.* 1269. *num.* 1. *&* 8., *in Passavien. parochialium* 30. *Jan.* 1732. §. *Quemadmodum cor. Aldrovando*, *& in Placentina parochialis super re judicata* 20. *Febr.* 1741. §. *Quam ob rem cor. Cavilliac*.

Ista autem verba: *Annectimus*, *incorporamus*: non sunt absolute necessaria ad hanc subjectivam unionem evincendam, ita
ut absque illorum concursu non sit verificabilis: nam si deficiant, 71
quemadmodum defecerant in unione, de qua supra diximus, Ecclesiarum Pipernensis, & Setinæ facta Ecclesiæ Terracinensi, tamen ubjectiva unio potest probari, atque concludi: eo quod ista verba deserviant tantum ad certius suadendam hanc unionem, prout ad eam magis fortificandam adducebantur *in decis.* 49. *part.* 15. *rec.*, & in aliis concordantibus per eam adductis, ut observat Rota *cor. Molines in cit. decis.* 784. *num.* 45. Item unionem subjectivam indicabit hæc formula: *Perpetuo extinguimus*, *supprimimus*, *applicamus*, *incorporamus*, *appropriamus &c. De Luca* 72
ad Ventrigl. part. 2. *annot.* 8. §. 1. *num.* 3., *Hoyed. de incompatib. benefic. part.* 2. *cap.* 88. *sub num.* 3., *Barbos. de offic. & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 61. *num.* 23. *& seq.*, *Fargna de jurep. part.* 5. *can.* 6. *casu* 2. *num.* 35., Rota *in Nullius Provinciæ* Ravennaten. *Vicariæ* 14. *Jun.* 1737. §. *Et mox*, *&* §. *Tum etiam cor. Calcagnino*.

Pari modo subjectiva unio indicabitur per hæc verba: *Jurisdictiones temporales*, *& spirituales*, vel, *tam in temporalibus*, 73
quam in spiritualibus: *Innoc. in cap. Cum ad Sedem num.* 2. *de restit. spoliat*, Rota *decis.* 776. *num.* 7. *cor. Emerix jun.*, *decis.* 1. *num.* 7. *cor. Card. Falcon. de union. benefic.*, *& in dict. Nullius Provinciæ* Ravennaten. §. *Eoque certius*. Vera enim, & plenaria, ac subjectiva unio suapte natura omnino exigit, ut omnia jura temporalia, & spiritualia translata in aliam Ecclesiam, illique
penitus unita censeantur, ex doctrina *Innoc. in cap. Quoad Sedem* 74
num. 2.

num.2. de restit. spoliat., *Turricell. de union. benefic. cap.11. n.11. & 45.*, Rota *decis.* 102. *num.* 5. *part.* 12. *rec.*, *& decis.* 13. *n.*2. *in miscell. cor. Falcon.*, *& in Sedunen. unionis* 4. *Martii* 1757. §. 2. *in fine cor. Borrull.*, *& cor. Zelada in dict. Tarraconen.* §.8.
75 Secus enim æque principaliter facta erit, & Ecclesiæ qualitas non immutabitur. *Felin. in cap. Translato sub num. 6. de constit. in* §. *Sed adde*, *Andr. in cap. Pastoralis num.* 3. *de donat.*, *Turricell. de union. cap.* 4. *num.* 6., Rota *decis.* 101. *num.* 10. *& seq. part.*12. *recent.*, *cor. Falcon. de union. benefic. decis.* 1. *num.* 5., *& cor. Cincio in Mildonen. parochialis de Gestoso*, 1. *Jun.* 1733. §. *Desiderabitur*. Subjectiva quoque erit, si hisce verbis facta fuerit :
76 *Cum omnibus juribus*, *& pertinentiis suis* : vel, *plenum jus* : *Fargna de jurep. part.* 5. *can.*6. *casu* 2. *num.* 35., Rota *in Vicen. jurisdictionis* 30. *Jan.* 1733. §. *Explorati cor. Card. Crescentio*, *seu dec.*204. *n.*6. Vel *cum fructibus*, *redditibus*, *juribus*, *& emolumentis*, ut habetur *in dict. Tarraconen. reædificationis*, *& restaurationis Ecclesiarum* §. 8. Ratione superius posita: quia in unione subje-
77 ctiva revera fit translatio omnium jurium Ecclesiæ unitæ in alteram, cui fit unio: *ex Innoc. in dict. cap. Quoad Sedem num.* 2. *de restit. spoliat.*, *Turricell. loco cit.*, *Murga de benefic. quæst.* 4. *n.*70. *&* 71., Rota *cor. Merlin. decis.* 115. *num.* 6. *& seq.*, *cor. Molin. decis.* 784. *num.* 47., *& in dict. Tarraconen.* §. 8. Etenim in unione æque principali jura unius Ecclesiæ non transeunt in alteram :
78 sed perseverant apud eam, ad quam antea pertinebant: *Fagnan. in cap. Novit num.* 4. *ne Sede vacante*, *Rebuff. in praxi tit. de union. num.* 11., *Turricell. ut sup. cap.* 3. *num.* 8. *& seq.*, Rota *cor. Molin. decis.* 78. *num.* 42., *& cor. Zelada in dict. Tarraconen. cit.* §. 8. Verba autem : *Cum suis appendicibus* : non sunt concludentia ad indicandam unionem subjectivam: cum satis com-
79 mode referri possint ad titulum jurispatronatus, vel alterius similis, ut notat Rota *cor. Card. Caprara in Sedunen. unionis*, 5. *April.* 1756. §. 6. Ad quod juspatronatus referri quoque potest
80 mentio facta in unione : *de juribus spiritualibus* : & per consequens nunquam trahenda ad inducendam unionem tituli extinctivam, *cap. Cum dilectus de præb.*, Rota *cor. Molin. decis.* 709. *num.* 21., *& dict. decis.* 771. *num.* 5., *& cor. Card. Caprara in dict. Sedunen. unionis* §. 11.

Unio itaque subjectiva non solum probabitur, uti jam diximus, si in actu unionis data fuerint Capitulo, aliive Ecclesiæ om-
81 nia jura, redditus, fructus & emolumenta, quæ ad parochialem unitam Ecclesiam spectabant : ut in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Nuscana* 17. *Jan.* 1756. §. *Deputat tom.* 25. *thes. resol. pag.* 9; verum etiam si Capitulo, aliive Ecclesię data fuerit facul-

cultas deputandi Sacerdotes ad nutum amovibiles in iisdem uni- 82
tis parochialibus, qui Sacerdotes considerantur ut Ministri Ca-
pituli, curam actualem tantum habentes, ut Sacra Congregatio
Episcoporum declaravit anno 1708., ut legitur in *folio dict. Nu-*
scanæ §. *Adeoque* tum in folio ejusdem Sacræ Congregationis in
Concilii *in Spiren. Parochialis* 18. *Jul.* 1765. §. *Vigore tom.* 30.
thes. resol. pag. 139. *& seqq.* Si unio facta fuerit alicui Monaste-
rio sub hac formula : *ad victum, & vestitum Monachorum* : per- 83
peram contenderetur unio subjectiva, & extinctiva tituli ; quia
hujusmodi formula importat unionem quoad temporalia tantum.
R*ota in Colonien. parochialis* 7. *Febr.* 1746. §. *Profecto cor. Card.*
Bussio.

Quandoque etiam inutiliter prætendi posset subjectivæ unio-
nis qualitas ex tabulis unionis, quando ex ipsis consideratur fi-
nalis potius causa, ob quam a Summo Pontifice, vel Episcopo
facta fuit unio ; per ea, quæ habentur *in dict. Tarraconen. reædi-* 84
ficationis, & restaurationis Ecclesiarum §. 10. Enim vero si in ta-
bulis unionis adpareat, quod Episcopus ad unionis actum deve-
nit ob ipsam utriusque Ecclesiæ reddituum tenuitatem, ita ut in
qualibet earum unus Presbyter, seu Rector se commode substen-
tare non posset ; id potius unionem æque principalem indicabit, 85
quam subjectivam : quia cum reddituum tenuitas, seu causa fi-
nalis ambas Ecclesias unitas æque afficiat, hinc conjicitur, quod
eas æque principaliter unire intellexerit consentanee ad parem
unius, quam alterius necessitatem, ut perpendit R*ota decis.*1025.
num. 9. *& decis.* 1092. *fere per totum cor. Emerix jun.*, *& in Com-*
postellana Parochialium 17. *Jan.* 1747. §. 7. *cor. Cortada, & in d.*
Tarraconen. §. 10.

Si in tabulis unionis adjectum fuerit, *dummodo Ecclesiæ unitæ in*
oneribus, servitiis, & obsequiis suis non graventur, seu aliquo mo-
do fraudentur, id aperte denotabit causam finalem Episcopi fuisse 86
illas æque principaliter uniendi, ut observat R*ota in dict. Tarra-*
conen. §. 11. Quandoquidem quoties utriusque Ecclesiæ jura, &
obsequia perseverare debent illæsa, æque principaliter facta unio
præsumitur : eo quod perseverantia præcedentis status Ecclesiarum
non est compatibilis cum unius erga alteram subjectionem, ut ap- 87
posite *Boemer. in decret. lib.* 3. *tit.* 5. §. 195., *Slevogt. de union.*
benefic. sect. 3. *cap.* 1. §. 3., R*ota cor. Card. Calcagnino in Cra-*
covien. Canonicatus 15. *Jan.* 1725. §. 9., *& alibi in dict. Tarra-*
conen. §. 11. Nefas insuper esset de unionis æque principalis qua-
litate dubitare, quotiescumque unio facta fuerit hisce conditio-
nibus, ac verbis, *ut Ecclesiæ unitæ pro una Ecclesia curata, & Pa-*
rochia habeantur, & per unum R*ectorem regantur, & gubernen-* 88
tur

tur, *sicut aliæ Ecclesiæ ad invicem unitæ*: *ut docet Rota d. Tarraconen.*
89 §. 12. Illæ enim dicuntur Ecclesiæ invicem unitæ, quarum unio est æque principalis, ut tradunt *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 7. *num.* 28. *&* 119., *Garz. de benefic. part.*12. *cap.*2. *num.* 7., *Rota decis.* 1166. *num.* 5. *cor. Molines*, *in Colonien*, *seu Leodien. unionis* 17. *Martii* 1752. §. 20., *&* 3. *Jul. ejusd. anni* §.10. *cor. Em. Molino*, *& in d. Tarraconen. cit.* §. 12. *cor. Zelada*.

Ubi vero contingat, ut unionis qualitas probari nequeat ex unionis Bulla, decreto, vel publico instrumento, quo nullum
90 melius, & efficacius desumi, adducique potest probationis genus, ut docent *Vivian. de jurep. part.* 3. *lib.* 14. *cap.* 15. *num.* 6., *Felin. cons.* 2. *num.* 3. 11., *Cravett. cons.* 258. *num.* 10., *Rota decis.* 203. *num.* 1. *part.* 19. *rec.*, *& decis.* 190. *num.* 8. *cor. Crispo*, *& in Reatina unionis* 25. *Jun.* 1708. §. *De unione cor. Card. Scotto*; ad alia argumenta, & adminicula recurri potest pro hisce inducendis probationibus: *Rebuff. in praxi benefic. tit. de union. benefic. num.* 20., *Rota cor. Calcagnino in Monasterien. Præpositura* 15. *Febr.* 1743. §. 2. Ac primum probari unio potest etiam subjectiva, centenaria, seu immemorabili, vel saltem quadragena-
91 ria cum titulo; *Turricell. de union. benefic. cap.* 2. *num.* 8., *cap.* 11. *num.* 5. 9. 23., *Franc. de Eccles. cathed. cap.* 8. *num.* 183. *& seq.*, *Garz. de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 229., *Card. de Luca ad Concil. Trid. disc.* 8. *num.* 28., *Spada cons.* 1. *num.* 34., *Rota decis.* 181. *num.* 2. *cor. Emerix jun.*, *decis.* 673. *num.* 2. *cor. Ansaldo*, *decis.* 223. *num.* 26. *cor. Card. Crescentio*, *& decis.* 239. *num.* 1. *cor. eodem*. Unio enim temporis diuturnitate, & longæva obser-
92 vantia suffulta semper præsupponit beneplacitum Apostolicum. *Rota decis.* 698. *num.* 3. *vers. Ex quo part.* 2. *decis.* 817. *num.* 5., *& sub num.* 12. *vers. Cessatque part.* 18. *tom.* 2. *rec.*, *decis.* 1285. *num.* 41. *cor. Lancetta*. Semperque præsupponit quemcumque titulum unionis Apostolica auctoritate firmatę, cum omnibus
93 qualitatibus ad omnimodam actus perfectionem, & firmitatem necessariis. *Zabarell. in Clem.* 1. *num.* 19. *in fine de suppl. negl. Prælat.*, *Turricell. ut sup. cap.* 12. *num.* 14., *Rota decis.* 336. *num.* 1. *part.* 18. *rec.*, *decis.* 47. *num.* 11. *cor. Ansaldo*, *decis.* 1235. *n.* 5. *cor. Lancetta*, *decis.* 447. *num.* 20. *cor. Crispo*.

Quę cum ita sint nullius erit momenti illa observantia, quę
94 recentissima edoceatur: ut in folio Sacrę Congregationis Concilii *in Spiren. Parochialis* 18. *Jul.* 1761., §. *Circa tom.* 30. *thes. resol. pag.* 142. Vel quę probetur affecta variis nullitatibus, v. g. quę
95 innitatur privilegio Apostolico abrogato, aliove simili, ex notatis in dict. folio Sacrę Congregationis §. *Circa*, & ex firmatis a *Rota in Argentina parochialium* 30. *April.* 1745. §. 20. *&* 21., *&* 10.

Jun.

Jun. 1746. §. *Sublato*, *cor. Card. Millino*. Neque etiam attendi debet illa centenaria, vel immemorabilis, quę non probetur nunquam contradicta, *ad gloss. in cap. Super quibus* §. *Praeterea*, *verbo* Non extat *de verb. signific.*, *Rot. cor. Card. Falcon. decis.* 1. *num.* 13. *de unione benefic.*, *cor. Crispo decis.* 308. *num.* 13., *& cor. Borrull. in Sedunen. Parochialis super regularitate*, 10. *Januar.* 1757. §. 9. 96

Ex litteris quoque Apostolicis probari potest unio, ejusque qualitas. *Turricell. loco cit. num.* 34., *Garz. ut sup. num.* 229., *card. de Luca ad Concil. Trid. dict. disc.* 8. *num.* 28., *Spada dict. Cons.* 1. *num.* 34., ac per ea quę habentur in folio Sacrę Congregationis Concilii in *Spiren. Parochialis* 18. *Jul.* 1761. §. *Spiren. & seqq.*, *tom.* 30. *thes. resol. pag.* 139. 140., *ac Rota cor. Emerix jun. dict. decis.* 1096. *per tot.*, *cor. Lancetta dict. decis.* 1235. *num.* 39. Dummodo tamen suspecta non sit illarum fides, eo quod illarum non exhibeatur autographum; vel abrogatę non edoceantur, aliove simili vitio affectę non appareant, ex notatis in dict. folio *Spiren. Parochialis* §. *Verum pag.* 142., juxtaque ejusdem Sacrę Congregationis resolutionem in cit. causa. Tum ex enunciativis dummodo claris non vero dubiis, ęquivocis, & incertis, quamvis a Summo Pontifice promanantibus. *Castr. cons.* 29. *num.* 3., *cons.* 157. *num.* 10., *Rota decis.* 465. *num.* 13. *& seq. part.* 4. *nuperr.*, *decis.* 135. *num.* 7. *cor. Peutiger.*, *decis.* 135. *num.* 6. *cor. Ubaldo*. Exempli gratia enunciativa privilegii declarans Ecclesiam unitam esse de dominio unientis Ecclesię, facta per dictionem *Vestram*, non poterit designare parochialem Ecclesiam esse plenarie, & subjective unitam Ecclesię, vel Monasterio, cum referri valeat ad juspatronatus super tali Parochia, ut observat *Rota cor. Em. Caprara in Sedunen. unionis* 5. *April.* 1756. §. 9. Per confessiones quoque in feriis, ac proportionatis Visitationum actibus ingenue ab Episcopo, aliove Ordinario pauditas, probari unio potest: eo quod prerogativę, & qualitates Ecclesiarum dioeceseos debeant illi omnino esse perspectę: *Rota in Tranen. processionum* 28. *Febr.* 1752. §. 3., *&* 19. *Jan. ejusdem anni* §. 4. *cor. Canilliac*, *tum in Firmana Cappellaniae* 13. *Martii* 1754. §. 10. *cor. Borrull.*, *& in dict. Sedunen. unionis* 4. *Martii* 1757. §. 7. *cor. eodem Borrull.* 97 98 99 100

Ad probationis argumentum eruendum juvabit quoque recurrere ad denominationem, vel ab Ecclesia, de qua agitur, vel ab illius ministris petitam, *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 7. *num.* 133., *Rota decis.* 183. *num.* 1. *part.* 2. *divers.* A digniori enim, & potentiori fieri illa semper solet. *Gonzal. loco cit. num.* 135., *Bald. cons.* 305. *num.* 2. *lib.* 3., *Roland. a Valle cons.* 23. *a num.* 26. 101 102

a num. 26. *vol.* 1., *Put. decis.* 274. *num.* 6. *lib.* 1., *Rota d. decis.* 183. *num.* 1. Hinc, si parochialis Ecclesia alteri Ecclesię, vel Monasterio unita, adhuc nuncupetur, ut antea parochialis,
103 unio erit ęque principalis, non vero subjectiva. *Rota cor. Herrera decis.* 176. *num.* 8., *& in Nullius Provinciæ Taurinen. Præpositura*, 18. *Febr.* 1743. §. *Patet cor. Thunn.* Eodemque modo subjectiva unio excludetur, si post unitam Parochiam, Sacerdos sęcularis illius regimini destinatus, adhuc ut antea Parochus nun-
104 cupetur, ac Rector; *glossa in cap. Execrabilis, verbo* Temporales Vicarios, *de concessione præb.*, *Rota decis.* 466. *num.* 20., *& seq. part.* 19. *recent.*, *decis.* 637. *num.* 16. *cor. Ansaldo*, *decis.*176. *n.* 8. *cor. Herrera*, *& in Mildonen. parochialis de Gustoso*, 1. *Jun.*1733. §. *Hisque cor. Ciucio*, *& in Sedunen. unionis super regularitate*, 6. *Jun.* 1755. §. 11. *cor. Vicecomite*. Ratione in hoc posita, quod subjectiva unio omnino exigit, ut Ecclesia parochialis unita no-
105 men proprium amittat, per ea, quę tradit *Piton. de controv. Patron. alleg.* 5. *num.* 28., *ac Rota cor. Card. Caprara in Astroricen. parochialis*, 5. *Jun.* 1747. §. *In sententia*: adeoque nec Parochus ita postea appellari poterit, quippe qui Parochia, seu juri-
106 bus parochialibus jam per hujusmodi unionem destitutus, juxta illud:

Si re priveris nec nomen habere mereris.

Ut in cap. Dicat in fine, *caus.* 32. *quæst.*4., *can. Fratrem dist.*87., *can. Si cupis caus.* 16. *quæst.* 1., *L. A nulla* 4. *de feriis*, *Gratian. discept. forens. cap.* 292. *num.* 6., *Rota cor. Molines decis.* 772. *num.* 45. *& seqq.*

Si parochialis Ecclesia unita nuncupetur Vicaria, probari ex
107 hoc potest plenaria, & subjectiva: eo quod Vicaria ad subjectivam potius, seu incorporativam debeat referri: quemadmodum observat *Rota cor. Thunn. in dict. Nullius Provinciæ Taurinen. Præpositura* 18. *Feb.* 1743. §. *Patet igitur*. Quandoque tamen fallit hoc probationis argumentum: eo quod nomina Rectorię,
108 Parochię, seu Curę, ac Vicarię pro synonimis frequenter habeantur, unumque pro altero usurpetur, ut ponderat *Glossa in Clem.* 1. §. *Non nulli verbo* Rectoribus, *de excess. Prælat.*, *Barbos. de jure eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 27., *Rota cor. Ubaldo decis.* 138. *num.* 16., *& cor. Herrera decis.* 105. *num.* 13. Ex nuda, & simplici denominatione Cappellę non potest probari unio subjectiva: quamvis privato potius Oratorio, & Altari, quam
109 parochiali Ecclesię congruere videatur, nisi eodem tempore probetur Cappellam esse quid diversum a parochiali: ut tradit *Rota cor. Borrull. in Sedunen. Parochialis super jurepatronatus* 10. *Jun.* 1757. §. 4. Eodem modo, quo Cappellani nomen, quod a Cap-

a Cappella derivat, ad verum, ac perpetuum Parochum significandum traductum esse constat, quod insolens non esse tradunt *Vivian. de jurep. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 8. *& seq.*, *Card. de Luca eod. tract. disc.* 41. *num.* 1., *Rota in Rossanen. Vicariæ* 24. *April.* 1739. §. 13. *cor. Card. Millino*, *in Colonien. parochialis* 7. *Feb.* 1746. §. 12. *cor. Card. Bussio*, *& in dict. Sedunen.* §. 4. *in fine*. 110

Quamobrem aliunde constare debet de unione, quę pretenditur subjective facta Ecclesię, vel Monasterio, ad hoc, ut valeat denominatio Cappellani ad simplicem Vicarium manualem, 111
& ad nutum amovibilem referri; *Rota decis.* 32. *num.*8. *part.*8. *recent.*, *decis.* 179. *num.* 12. *cor. Ottobono*, *& in dict. Sedunen. unionis* 5. *April.* 1757. §. 22. *cor. Card. Caprara*. Quod attinet ad denominationem personatus, quamvis ista diversa sit ab illa patronatus, & sua vi dominium, ac proprietatem denotet, ut ait *Rota cor. Card. Caprara in dict. Sedunen.* §. 17. *in fine*, ac 112
consequenter unionem plenariam, & subjectivam demonstrare valeat, ex *citata* Rotali *auctoritate*: nihilotamen secius hujusmodi denominatio subjectivam unionem excludet, & æque principalem unice designabit, quotiescumque actus exerciti ad juspatro- 113
natus referantur: cum hoc in casu personatus nihil aliud significet, ac probet quam juspatronatus, ut prosequitur, & observat *Rota in dict. Sedunen.* §. 17.

Per conjecturas quoque, & præsumptiones, ad quas in aliarum probationum defectum, juvabit confugere, cognosci poterit, atque edoceri, quomodo unio, de qua disputatur, facta fue- 114
rit. *Felin. in cap. Translato num.* 6. *in fine de constit.*, *Gonzal. ad regul.* 8. *cancell. dict. gloss.* 5. §. 7. *num.* 133., *Ancharan. consult.* 114. *in fine*, *Put. decis.* 442. *num.* 4. *lib.* 1., *atque* Rota *coram Cerro decis.* 886. *num.* 12. *& seq.*, *& cor. Falcon. de union. benefic. decis.* 7. *num.* 26. ibi: *Quin potius Doctores de unione scribentes eam regulam generaliter adducunt, quod unio probatur conjecturis*. Conjecturam suppeditabit id, quod magis, vel minus dignum erit, si de unione subjectiva agatur: propterea quia 115
id, quod majus, ac dignius est, ad se semper trahat quod minus est, ac minus dignum, istudque illi velut principaliori acce- 116
dat, ad *textum in cap. Quod in dubiis de consecr. Eccl. vel Alt.*, §. *Si tamen Instit. de rer. divis.*, *L. Qui religiosis ff. de rei vindic.*, *Gonzal. dict.* §. 7. *num.* 130., *Mascard. de probat. conclus.* 1419. *in fine*. Semper enim Ecclesia minus digna magis dignæ 117
unitur, ut ratiocinantur Rebuff. *in praxi tit. de union. num.* 4. *&* 5., *Turricell. quoque de union. benefic. cap.* 4. *in princ.*, *Murga de benefic. quæst.* 4. *art.* 2. §. 2. *num.* 13. *& seq.*, Rota *decis.* 353. *num.* 6. *part.* 5. *rec.*, *& cor. Zelada in Tarraconen. reædifica-*

ficationis, *&* *restaurationis Ecclesiarum* 19. *Jun.* 1761. §. 9., ibi : *Ecclesia minus digna non principaliter*, *sed accessorie*, *&* *subjective digniori unitur*: Sic, exempli gratia, Cathedralis, vel Collegialis Ecclesia, Parochiali Ecclesiæ uniri nequit, quamvis e contrario
118 Parochialis Cathedrali, vel Collegiali uniri valeat: propterea quia Parochiali, vel curata Ecclesia digniores illæ habeantur, *ad cap. Extirpandæ* §. *Qui vero de præb.*, *Gonzalez loco cit. num.* 131., *Rebuff. ut sup. num.* 17.

Quandoque contingit, ut illæ conjecturæ, quæ subjectivam unionis probationem videntur indicare, debilitentur, evertanturque, quotiescumque aliæ in medium adducantur contrarium efficaciter suadentes. Si enim v. g. Episcopus aliquam dismembraverit Ecclesiam, deinde sic dismembratam in Vicariam perpe-
119 tuam erexerit, atque alteri univerit, hoc in casu unio æque principaliter facta, non subjective præsumetur, juxta Rotalem observationem *in dict. Tarraconen.* §. 13. Quandoquidem non eam in Vicariam perpetuam erexisset, quia vix credibile hanc ei adjicere voluisse qualitatem ne momento quidem temporis duratu-
120 ram. Nam per contemporaneam unionem subjectivam eadem Vicariæ perpetuæ qualitas illico resoluta remansisset, atque extincta, ad *textum in cap.* Recolentes §. *fin. de statu Monach.*, *&* *gloss. in cap.* 1. *verbo* Uniendo *ne Sede vacante*, *&* *in Clementin. Per litteram verbo* Eccles. *de præb.*, ac *Rot. in Savonen. restaurationis parochialis Ecclesiæ* 8. *Martii* 1709. §. *Quamvis cor. Card. Scotto*, *&* *in dict. Tarraconen.* §. 13. Eodem ferme modo, quo nunquam præsumendum est Episcopum, cujus curæ, & vigilantiæ a Sacris Canonibus remittitur, ac commendatur Ecclesiarum
121 reparatio, seu reædificatio, nec non alterutrius modus, atque norma, sicuti per *textum can. Omnes Basilicæ de consec. distinct.* 1., plene docet *Gonzal. in cap.* 1. *de eccles. ædific. num.* 6., *ac Rota in Moguntina reparationis Ecclesiæ* 13. *Febr.* 1758. *cor.* Paracciano §. *ultimo in fine*, velle Ecclesiam reædificare illo in loco, ubi
122 adest periculum devastationis, ad terminos *textus in can. Tribus*, *ibique gloss. de consecr. distinct.* 1., *ac Rota dict. Moguntina translationis Ecclesiæ* 13. *Febr.* 1758. §. 7. *cor. Paracciano*.

Subjectiva, ac plenaria unio excludenda erit omnino, quo-
123 tiescumque patronorum jura specialiter fuerint præservata, juxta Rotalem doctrinam *in Astoricen. parochialis* 5. *Jun.* 1747. §. *Rursus cor. Card. Caprara*. Unio subjectiva, & juspatronatus, quod per unionem subjectivam penitus extinguitur, sunt inter sese in-
124 compatibilia, atque invicem repugnantia, *Card. de Luca de Paroch. disc.* 10. *num.* 8., *Rota cor. Falcon. de unione benefic. decis.* 1. *num.* 11., *cor. Crispo decis.* 308. *num.* 5., *cor. Card. Crescentio decis.* 239.

cis. 239. *num.* 22. *cor. Cerro in Cracovien. Plebaniæ* 22. *Januar.* 1717. §. *Deficiente*, *cor. Cincio in Mildonen. parochialis de Gustoso* 1. *Jun.* 1733. §. *Quod autem*, *& cor. Card. Caprara in d. Sedunen. unionis*, 5. *April.* 1756. §. 15. Ex quorum patronorum præsentationis modo, evidenter cognoscitur, an æque principalis, vel incorporativa, seu promiscua unio habeatur: quemadmodum passim monet *Rota* sed præsertim *cor. Crispo decis.* 176. *num.*18. Si enim singuli patroni promiscue utriusque Ecclesiæ, vel beneficii uniti, præsentando Parochum, vel Beneficiatum, utriusque se patronos enunciaverunt, unio erit incorporativa. *Rota cor. Crispo dict. decis.* 176. *sub num.*18. *vers. Sed*; eo quod per hujusmodi unionem patronorum jura, ac voces confundantur, & invicem, ac promiscue communicentur, ita ut de duobus unum tantummodo efficiatur juspatronatus, & patroni unius Ecclesiæ, vel beneficii, invicem, ac promiscue fiant patroni alterius Ecclesiæ, vel beneficii sic uniti, & incorporati. *Lambertin. de jurep. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 6. *art.* 5. *per tot.*, *Piton. de controv. patron. alleg.* 100. *num.* 80., *Rota dict. decis.* 176. *num.* 17. *cor. Crispo*, *& in Asloricen. parochialis*, 5. *Jun.* 1747. §. *Porro cor. Calcagnino*.

125 126 127

At e contrario, æque principalis erit unio, si patroni ulla absque vocum commixtione, & confusione præsentaverint, sed aperte enunciaverint alios ad unam, alios ad alteram Ecclesiam, 128
vel beneficium præsentare. *Rota cor. Crispo dict. decis.*176. *n.*18. Quia per unionem æque principalem omnia remanserunt in statu, in quo antea reperiebantur sine ulla communicatione in- 129
vicem facta jurispatronatus. *Gonzal. ad reg.*8. *cancell. glossa* 5. §.1. *num.*29., *Pacian. de probat. cap.*27. *num.*57., *Murga de benefic. quæst.*4. *sub. num.* 12. §. *Nicolaus*, *Mandos. cons.* 27. *num.*1. *& seqq.*, *Rota decis.*662. *num.*10. *& seq. part.*19. *recent. tom.* 2., *dict. decis.* 176. *num.* 18. *cor. Crispo*.

Erant hæc maxime necessaria, ut statim intelligeretur, quantum allucinentur Doctores illi, qui incorporativam unionem, non eo, quo decet sensu, interpretantes, incorporativam æque 130
principaliter factam cum unione simpliciter æque principali confundunt, teste *Pitonio in discept. Eccles.* 9. *n.*46. ubi eos reprehendit. Unio incorporativa, quæ tamen non ita, ac reliquæ, frequen- 131
ter contingit, prout observat *Garzias de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 7. *vers. Primo*, duobus modis fieri potest; vel subjective videlicet, vel æque principaliter: ut notat idem *Piton. loco cit.* 132
In unione incorporativa æque principaliter, per quam e duabus Ecclesiis una tantummodo conflatur, datur communicatio privilegiorum, & prerogativarum per viam adequationis, & attri- 132
butio-

butionis alteri Ecclesię, ejus, quod plus in altera reperitur; *glossa in cap. Novit, ibique Doctores, ne Sede vacante, ac Piton. loco cit.* Unde nemo non videt, quantum discriminis intercedat inter istam ęque principaliter factam unionem incorporativam,
134 ac illam, quę simpliciter ęque principalis dicitur: cum in ista non una efformetur Ecclesia, sed duę adhuc distinctę remaneant & utraque primęvo in statu conservetur. *Piton. dict. discept.* 9. *num.* 5. *& dict. num.* 46., *Pignatell. cons.* 223. *num.* 17. *tom.* 1., *Ancharan. cons.* 114. *num.* 2., *Cavaler. decis.* 330. *num.* 1., *Mantic. decis.* 222. *num.* 3., *Rota cor. Herrera decis.* 105. *num.* 9., *& cor. Molino in Colonien., seu Leodien. unionis* 17. *Martii* 1752. §. 4. Quin referat, quod unus tantum sit Parochus, unus Pastor, cum
135 iste velut duplicem representet personam; *Piton. dict. num.* 5., ita ut nulla fiat transfusio unius Ecclesię in aliam, sed quędam tantum alteratio quoad regimen, & obedientiam Presulis, vel Parochi, juxta tradita *a Bald. in L.* 2. *num.* 1. *cod. comm. de legat.*, *Paciar. de probat. cap.* 27. *num.* 53. *&* 61., *Piton. sub dict. num.* 5., *Pignatell. consult.* 135. *num.* 3. 4. 6., *ac Rota apud Piton. loco cit.*

Idemque dicas de unione incorporativa subjective facta, per quam e duabus quoque Ecclesiis una tantum efformatur in unum corpus coalescens, communicatis interim, ac confusis juribus,
136 & prerogativis, absque tamen, ut in priori, via adequationis, & attributionis alteri Ecclesię, ejus, quod plus in altera repe-
137 riebatur: quę longe fortiori ratione confundi minime debet cum illa unionis specie, quę simpliciter dicitur subjectiva. Nam in ista unitę Ecclesię omnino jura, privilegia, omnesque prerogativæ transferuntur absolute in alteram, cui fuit unita, illique accrescunt, & incorporantur, sine ulla tamen confusione, per
138 quam cognosci amplius nequeat quęnam principalis, quęnam accessoria sit judicanda, habendaque, per *textum in cap. Extirpandæ* 60. §. *Qui vero*, ibique Doctores, *de præb. & dignitatibus*. At in unione simpliciter incorporativa, per quam e duabus Ecclesiis una tantum efformatur, in unum veluti corpus coalescens, talis, ac tanta sit jurium, ac prerogativarum communicatio,
139 commixtio, atque confusio, ut una ab altera Ecclesia distingui, ac separari amplius nequeat; arg. §. 27. *Instit. de rerum divis.*

Quę cum ita sint nihil refert, quod unio subjectiva etiam incorporativa passim dicatur, cum nequeat esse subjectiva, quin
140 & incorporativa sit, seu incorporative fiat, ex hactenus demonstratis: at minime poterit dici etiam simpliciter incorporativa: cum hęc a priore, quocumque nomine usurpetur, omnino diversa existat, ob rationes adductas. Aliud enim est unionem subjecti-

jectivam fieri incorporative, adeoque etiam incorporativam nuncupari; at longe aliud unionem subjectivam eandem esse ac simpliciter incorporativam: quod omnino repugnat. Natura enim subjectivę unionis omnino exigit, ut Ecclesię, quę unitur, & incorporatur, titulus, ac denominatio, supprimatur, & extinguatur, illiusque sic suppressę, & extinctę jura, ac privilegia, & prerogativę alteri Ecclesię, cui unitur, penitus accrescant. *Corrad. in praxi benefic. lib. 2. cap. 8. num. 8.*, *Piton. de controv. patron. alleg. 5. num. 28.*, *Rota cor. Molin. decis. 771. num. 11.*, *& in Sedunen. unionis 4. Martii 1757. §. 2. cor. Borrull.* Eodem modo, quo, etiamsi unio subjectiva in se contineat suppressionem, & extinctionem, velut quędam preambula, & antecedentia ad unionem perficiendam, ad *textum in L. Ad rem mobilem ff. de procur.*, *L. Oratio ff. de pignor.*, *Mandos. in regul. 12. Cancell. quæst. 1. num. 3.*, *Hoyed. de incompat. benefic. part. 2. cap. 3. num. 3.*, *Corrad. dict. cap. 8. num. 7.*, & sine suppressione, atque extinctione perfici unio nequeat, ut notat idem *Corrad. dict. cap. 8. num. 8.*; nihilotamen secius, nemo unquam dixerit suppressionem, & extinctionem esse unum, & idem ac unionem, & incorporationem: cum inter se omnino diversę sint, atque discrepantes. *Corrad. dict. cap. 8. num. 2. & 6.*

141

142

143

144

Tali, tantaque repugnantia, ut superius diximus, inter se affecta sunt juspatronatus, & unio subjectiva, ut sola illius expressio hanc penitus rejiciat, & excludat: ut in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Augustana parochialium 10. Maii 1760. §. Et hoc ipsum*, *tom. 29. thes. resol. pag. 78.*, *ac Rota in Argentina parochialium 30. April. 1754. §. 4. cor. Card. Millino*. Enim vero juspatronatus servitutem inducit, ac consequenter dari istud nequit in illa Ecclesia, quæ subjective unita contenditur, cum servitus in re propria minime valeat consistere; *L. 23. de servit. præd. urban.*, & sic per *textum in Cap. Cum in illis §. Cum autem depræb. in 6.* ratiocinantur *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 1. num. 8. & seqq.*, *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 5. §. 7. num. 7.*, *Rota cor. Molin. decis. 662. num. 6.*, *decis. 771. n. 25. & 32.*, *decis. 835. num. 2.*, *cor. Crispo decis. 308. n. 6.*, *cor. Card. Crescentio d. decis. 239. n. 22.*, *cor. Cerro in Cracovien. Plebaniæ 22. Jan. 1717. §. Deficiente, & §. Porro*, *cor. Millino in d. Argentina parochialium §. 4.*, *& coram Em. Caprara in Sedunen. unionis 5. April. 1756. §. 18.* Nam statim ac Ecclesia alteri fuit subjective unita, propria evasit illius, cui fuit unita, & facta fuit illius pars, membrum, ac veluti prædium, ad *textum in Cap. Plantare §. In Ecclesiis, ibique glossa de privileg. Cap. Qui Monasterium de relig. domibus*, *Card. de Luca decis. 10. n. 8. de Paroch.*, Rota *cor. Molin. dd. decis. 662. n. 6. decis. 771. num. 5. cor.*

145

146

147

cor. Cerro in d. Cracovien. cit. §§., cor. Millino d. §.4., cor. Caprara
d. §. 15., & cor. Borrull. in eadem Sedunen unionis 4. Martii 1757.
§.2. Idemque dicendum de Vicaria, cujus unio subjectiva exclu-
148 ditur, si favore alterius Ecclesiæ, vel Monasterii reservatum fue-
rit juspatronatus, ut tradit, Rota decis.263. num.3. 16. 25. coram
Card. Crescentio; ex eadem ratione, quia repugnat dari servitus
149 in re propria, ut per textum in cap. Nobis de jurep., Murga de be-
nefic. quæst.4.4. n.164., Card. de Luca d. disc.10. n. 8. de Paroch.,
Rota cor. Aldrovando in Cracovien. Plebaniæ 28. Jun.1725. §. Et
quamvis; & sic nil magis repugnat unioni subjectivæ, quam ju-
150 rispatronatus præservatio, ut in folio Sacræ Congregationis Con-
cilii in Spiren. Parochialis 18. Jul. 1761. §. Verum, & Rota co-
ram Borrull., in Sedunen. Parochialis super regularitate, 10. Ja-
nuar.1757. §. 6.

Multoque magis subjectiva unio excludetur, si Rector Eccle-
siæ, vel Abbas, cujus Monasterio parochialis Ecclesia fuit unita, asse-
ruerit in seriis, ac proportionatis actibus juspatronatus Ecclesiæ
151 parochialis, de cujus unione disceptatur, ad se pertinere: quia
eodem tempore, quo hæc fassus fuit, fassus quoque per consequens
fuit Ecclesiam non esse subjective unitam; Gonzal. ad regul. 8.
Cancell. glossa 5.7. n.5. & seqq., Marescot. variar. resolut. lib.1.
cap.13. n.5., Turricell. de union. benefic. cap.4. n.27., Rota coram
Ottobono decis.174. n.4., cor. Lancetta decis.118. n.5. cor. Vicecom.
in d. Sedunen. unionis 6. Jun.1755. §.8., & 11., & in eadem cor.
Em. Caprara, 5. April.1756. §.15. Ex quibus serio emissis confessioni-
bus sequitur rejiciendam deinde esse quamcumque vel minimam
a Rectore, vel Monasterio de eadem Ecclesia excitatam contro-
152 versiam: esset enim illiberale., si idem Rector, idemve Monaste-
rium in discrimen adduceret, quod pluribus vicibus sua confes-
sione testatum fecit: ut Rota observat in d. Sedunen. unionis cor.
Em. Caprara §.17. in fine.

Si parochialis, curatave Ecclesia alicui Monasterio donata,
unitaque fuerit, per hanc simplicem donationem, seu unionem,
153 contendi, probarique nequit unio plenaria, & subjectiva: cum,
juris dispositione attenta, Ecclesia adhuc sæcularis præsumatur,
Hoyed. de incompat. benefic. in præfat. n.6., Lotter. de re benefic. lib.3.
quæst.8. n.93., Zerol. in praxi Episcop. part.2., verbo Beneficium
§. 12., Monet. de commut. ultim. volunt. cap.10. num.21., Garzias
de benefic. part.7. cap.10. n.1., Rota cor. Crispo decis. 38. num.10.,
cor. Emerix jun. dec.550. n.2., & cor. Cerro in Cracovien. Plebaniæ
22. Jan.1717. §. Suasit. Non enim repugnat, quod aliqua paro-
chialis Ecclesia sit sub dominio, & jurisdictione alicujus Monaste-
154 rii, & eodem tempore non sit subjective illi unita, & incorpora-
ta;

ta; Rota cor. *Thunn in Nullius provinciæ Taurinen. Præpositura*, 18. *Febr.*1743. §. *Et sane*. Aliudque est Ecclesiam esse subjectam dominio, & jurisdictioni Monasterii, sed longe aliud eam esse 155
illi subjective unitam, juxta Rotalem observationem in *d. Nullius* §. *Longeque*. Neque etiam dici poterit subjective unita illa Ecclesia parochialis, vel curata, quæ alteri Ecclesiæ, vel Monasterio unita fuit, atque recepta sub protectione Sedis Apostolicæ: quan- 156
doquidem in defectu aliarum concludentium probationum, talis unio, seu protectio Sedis Apostolicæ ad sola temporalia est referenda: *Card. de Luca de Paroch. disc.*10. *sub n.*4. *vers. utrumque*, *& n.*7., *cor. Peutinger decis.*135. *n.*1., *cor. Molines decis.*662. *n.*4., *& coram Caprara in d. Sedunen. unionis*, 5. *April.*1756. §.6. *& seq.*

Subjectivæ, seu accessoriæ unioni Monasterio, aliive Ecclesiæ factæ omnino repugnant visitationes Episcoporum, & institutiones titulo collativo ab iisdem expletæ, vacationes per obitum, 157
resignationes, permutationes Parochorum, & alia hujus generis. *Rota cor. Card. Crescentio decis.*239. *n.*19., *cor. Aldrovando in Urbevetana parochialium*, 13. *Maii* 1733. §. *Tum etiam*, *cor. Caprara in d. Sedunen.* §. 19. Quia unio subjectiva titulum extinguit, ac illius statum ab ordinaria Episcopi jurisdictione avellit, nec visitationes Episcoporum admittit, neque vacationes per obitum, ac 158
collationes patitur: dum hæc omnia quo magis libertati Ecclesiæ, seu beneficii obsecundant, eo magis illius servituti a subjectiva unione inductæ repugnant, ut ad rem concludit *Tondut. quæst. benefic. part.*3. *cap.*14. *n.*10. *Murga de benefic. quæst.*3. *dub.*1. *n.*96., *Kocchier de permut. benefic. cap.*8. *n.*8. *part.*2., *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell. glossa* 5. §.7. *n.*2. 7. *& seq.*, *Rota decis.* 678. *n.*8. *cor. Ansaldo*, *decis.*1. *n.*12. *de union. benef. cor. Card. Falcon.*, *in Leodien. pastoratus de Peruvez*, 25. *Jun.*1742. §.6. *& seq. cor. Millino*, *& in d. Sedunen unionis* §. 19. *cor. Emo Caprara*.

Ad institutiones quod attinet, multo magis rejiciendum erit subjective unionis argumentum respectu præsertim Monasterii, si admissum quandoque fuerit in feriis, ac proportionatis actibus has penes Episcopum omnino residere, ut præter citatas aucto- 159
ritates, notat *Rota cor. Emo Caprara in d. Sedunen. unionis* §.15. Quin suffragari valeat, nisi aliunde concludenter edoceatur, quod institutiones Episcoporum referri possint ad simplicem institutionem auctorizabilem, quæ integra manet Ordinario in Ecclesia subje- 160
ctive unita Monasterio, ad notata *a Zoes in decret. lib.*5. *tit.*7. *n.*4., *Anaclet. in jus Canon. lib.*3. *tit.*7. §.2. *n.* 22. *Engel. ibidem tit.* 7. *n.*1. *& seq.* Pari modo, quando Præsbytero seculari titulus perpetuus, & collativus concessus fuit, atque absoluta parochialis Ecclesiæ administratio, cum amplissima jurium temporalium, &

161 ſpiritualium traditione : tales inſtitutiones ſic expletæ, ſtricte, ac proprie conveniunt inſtitutioni in titulum collativæ, non vero ſimplici inſtitutioni auctorizabili, quæ ſemper præſupponit jam fuiſſe abſolutam collationem tituli erga perſonam ſimpliciter ab Epiſcopo inſtituendam, ad *textum in cap. un. de Cappell. Monach. in 6.*, *Gloſſ. in cap. Ad hæc de offic. Vicar.*, *Cap. Extirpandæ §. Qui vero, verbo* Perpetuum *de præb.*,*Corrad. in praxi lib.1. cap.6. n.282. & ſeqq.*, *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. d. gloſſ.5. §.7. n.11.*, *Rota cor. Card. Falcon. de unione benefic. deciſ.1. n.17.*, *& cor. clar. mem. Cara. Mollino in Baſſanen. Vicariæ* 29. *April.* 1739. §. 8. *& coram Emo Caprara in d. Sedunen. unionis* §. 20.

Fortiorique jure excludetur ſubjectiva unio, ac conſequenter
162 regularis parochialitas, ſi retroactis temporibus ſemper fuit facta inſtitutio, & collatio in titulum perpetuum, *Roſa de execut. litter. Apoſtol. cap.5. n.128.*, *Maſſobr. in paxi habendi concurſus, prælud.7. dub.21. n.23. & ſeq.*, *Rota deciſ.4. num.13. part.18. rec.*, *& cor. Cerro in Cracovien. Plebaniæ* 22. *Jan.*1717. §. *Suaſit*. Ratio autem per ſe eſt manifeſtiſſima; quia nempe titulus perpetuus directo pu-
163 gnat cum ſtatu beneficii regularis ſuapte natura manualis, & ad nutum amovibilis ; *Cap. Cum ad Monaſterium de ſtatu Monach.*, *Pariſ. de reſign. benefic. lib.11. quæſt,3. n.81.*, *Rota cor. Caſſadoro deciſ.653. n.4.*,*& cor. Cerro in cit. Cracovien. §. Suaſit*. Item ex privativa continuata Presbyterorum ſæcularium, auctoritate Ordina-
164 rii facta deputatione, regularis Parochialitas, ſeu unio ſubjectiva favore Monaſterii, ac loci religioſi explodetur ; *Gloſſa in Clement. unic. de ſupplen. neglig. Prælat.*, *Rota deciſ.308. n.13. cor. Criſpo*, *& in Sedunen. unionis ſuper regularitate*, 6. *Jun.*1755. §.3. 5. *cor. Vicecomite*. Quia unio ſubjectiva, ac plenarie facta favore loci religioſi, transfert curam, & poteſtatem in Abbatem, aliumve ſu-
165 periorem conſtituendi Parochos regulares, vel ſæculares independenter ab Epiſcopo, ut ratiocinatur, *Rota cor. Falcon. in miſcell. deciſ.13. n.2.*

Nec probari poteſt parochialis Eccleſiæ ſubjectiva unio favore
166 Monaſterii, ex nominationibus Monachorum : quandoquidem iſtæ tribui poſſunt indulto, aut Sacerdotum ſæcularium defectui, & inopiæ : juxta ſpeciem, de qua in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Herbipolen. parochialis Eccleſiæ, ac Primiſſariæ*, 22. *Auguſti* 1750. §. *Narrat Promotor.*, *theſaur. reſolut. pag.71.*, in quo conſonat *Rotalis deciſio in Argentina parochialium*, 10. *Jan.*1746.
167 §. *Nam congrue cor. Millino*. Neque ex nonnullis actibus regularibus a Parochis habitis citra qualitatem regularem : cum tales actus omnino æquivoci, vel ex conniventia, vel ex condicto inter Abbatem, & Parochos proficiſci potuerint, ut obſervat,

Rota

Rota in d. Argentina parochialium 20. *April*.1745. §.22., *&* 10.
Jun.1746. §.21. *coram clar. mem. Card. Millino*, *& in Sedunen.*
parochialis, *super regularitate*, 10. *Jan*.1757. §.*fin. coram Bor-* 168
rull; vel ex habitu Monachali, ac Regulari ab aliquibus Paro-
chis delato, cum talis habitus vel devotionis, vel fortasse osten-
tationis ergo gestari potuerit, *Rota in d. Sedunen*. §.*finali*, con-
firmata 17. *Febr*.1758. §. 5. *cor. Card. Bussio*, *&* 1. *Junii* 1761.
cor. Riminaldo §. 3. *&* 4. Nil enim potest influere in parochialita-
tem regularem, non docto de Parochorum professione, quæ non
nisi, quam ex emissis votis regularibus est eruenda, in qua vera 169
qualitas regularis substantiatur, & qua deficiente collatio beneficii
regularis concedi nequit, ut monent *Vanespen. in Jus Eccles. univ.*
tom.1.*part*.2. *tit*.18. *cap*.3. *n*.13. *& seq.*, *Pelizzar. Manual. Regu-*
lar. tract.1. *cap*.3. *sect*.1. *n*.24., *Rota in d. Sedunen*. 10. *Jan*. 1757.
in fine §.*ult.*, 17. *Febr*.1758. §. 5. *& seq.*, *&* 1. *Junii* 1761.
§. 4. *&* 5.

Item si conventio fuerit secuta inter Capitulum, & Episco-
pum ex una, & Monasterium ex altera parte, quod Parochi an-
nuum tributum Episcopo respondeant; quod ad synodum diœce-
sanum accedant; quod pro correctione, ac punitione excessuum
Episcopo subjaceant: hæc, & alia hujusce generis omnino repu- 170
gnant subjectivæ, ac plenariæ unioni: propterea quia Abbas, alius-
ve Superior ullo procul dubio minime permisisset, neque permit-
tere potuisset, quod propriæ Ecclesiæ Rectores ab Episcopi ordina-
ria jurisdictione exempti, sese ipsi Episcopo submittant, tum quoad
annuum censum illi præstandum, tum quoad accedendum synodo
diœcesano, tum quoad dependentiam ab Episcopo respectu cor- 171
rectionis, & punitionis. Quæ quidem omnia unionem tantum
quoad temporalia, non vero quoad spiritualia aperte designant,
ut consentanee tradunt ad dispositionem Concilii Tridentini *Sess*.24.
cap.3. *de reform.*, *Bellett. disquis. Clerical. part*.1. *tit. de Cleric.*
debit. §.11. *a n*.1., *Ricc. in praxi tom*.2. *resolut*.151. *num*.1., *Ven-*
trigl. quoque in praxi part.2. *annot*.23. §.2. *n*. 9., *Ursaya discept.*
Eccles.30. *num*.8. *&* 9. *tom*.2. *part*.1., *Rota coram Dunnozet. jun.*
decis.640. *n*.20., *cor. Card. Crescentio decis*.263. *n*.4., *cor. Vicecom.*
in d. Sedunen. unionis 6. *Jun*. 1755. §.7., *& in eadem cor. Caprara*,
5. *April*.1756. §.7. Notanda autem sunt illa verba: *inter Capitu-*
lum & Episcopum ex una: quia Episcopus non potest absque Capi- 172
tuli interventu suam interponere auctoritatem in hisce, aliisque
similibus negotiis: ita ut, si exempli gratia facta fuerit duarum
parochialium permutatio ex solo consensu Episcopi, & Superio-
rum Ecclesiarum, quæ fuerunt permutatæ; hæc permutatio Ca-
pituli interventu destituta subjectivam unionem haud quaquam va-

173 leat indicare: juxta doctrinam Rotalem *in d. Sedunen. unionis cor. Vicecom.* §.10., *& in eadem cor. Caprara* §.12., eo quod in hisce subjectivis unionibus solus Episcopus assentiri nequit, sed requiritur expressus, ac solemnis totius Capituli cathedralis consensus,
174 & adprobatio, *Rebuff. in compend. alien. in 2. & 5. requisito, Garz. de benefic. part.12. cap.2.* §.1. *n.166., Rota decis.* 188. *n.* 1. *& seq. part.1. recent., & in d. Sedunen. cor. Vicecomite* §.10., *& in eadem coram Caprara* §.12.

Si Parochialis Ecclesia intra Monasterii fines existat, vel Mo-
175 nasterii insignibus præfulgeat, probari ex hoc non poterit parochialem Ecclesiam esse Monasterio plenarie unitam: cum id satis commode referri possit ad solam Monasterii Jurisdictionem in temporalibus exercendam, ut observat *Rota cor. Thunn. in Nullius provinciæ Taurinen. Præpositura* 18. *Feb.*1743. §. *Denique, & in Argentina parochialium*, 30. *April.*1745. §. *Cæterum cor. Millino*. Idemque dicas de fidelitatis juramento a Parochis præstito in mani-
176 bus Abbatis: eo quod id referri valeat ad juspatronatus ad Monasterium pertinens super Ecclesia parochiali, a cujus Rectore tale juramentum præstatur, vel ad quandam inter Abbatem, & Parochum initi contractus speciem, ad tradita a *Rota cor. Bussio in Colonien. parochialis* 7. *Febr.* 1746. §. *Verum etiam, & in Sedunen. parochialis super regularitate* 1. *Jun.*1761. *cor. Riminaldo* §.6. Neque ex perceptione emolumentorum, ex Canonicum, & decimarum exactione probari, inducique semper valet unio plenaria, &
177 subjectiva favore alicujus Ecclesiæ, vel Monasterii: quia hæc alio titulo, quam unionis reservari possunt, & commode referri ad dominium, vel jurisdictionem, aliudve simile penes Ecclesiam, vel Monasterium existens, *Rota cor. Cincio in Mildonen. parochialis de Gesioso*, 1. *Jun.*1733. §. *In ordine, cor. Millino in Valentina Vicariæ* 17. *Martii* 1734. §. *Levis autem, cor. Thunn in d. Nullius provinciæ Taurinen.* §. *Denique, cor. d. Millino in Argentina parochialium* 30. *April.*1745. §. *Cæterum*.

Id præsertim contingit in Hispania, ubi decimarum exactio re-
178 ferri potest ad regias donationes: ut eadem *Rota* observat *cor. Cincio in Mildonen. parochialis d.* §. *In ordine*. Addatur, quod hujusmodi exactiones aliunde, quam in vim unionis plenariæ adquiri
179 quoque possunt, puta, præscriptione, consuetudine, vel contractu, *Rota cor. Millino in Leodien. Pastoratus*, 15. *Jun.*1742. §. *Desiderabitur*. Quod si litteræ Apostolicæ in medium adducantur, nullius momenti habendæ istæ erunt, quotiescumque adpareat per has tantum approbari decimarum donationem, reservata interim
180 congrua Vicario perpetuo: quemadmodum observatur in folio sacræ Congregationis Concilii *in Spiren. Parochialis* 18. *Jul.*1761. §. *Ve-*

§. *Verum*, *thes. resolut. tom.*30. *pag.*142. in quo consonat ejusdem Sacrę Congregationis in ipsamet causa resolutio. Et hoc adeo verum est, ut unio facta ab Exequutore vigore dictę Apostolicę approbationis, ut excedens limites delegationis, ipso jure nulla 181
proponatur, ut *in d.* §. *Verum* mirifice concluditur. Pari modo excluditur probatio subjectivę unionis, quotiescumque parochialis Ecclesia suos habeat distinctos redditus a mensa Monasterii, aliusve Capituli, & parochiales proventus jure proprio percipiantur ab Ecclesia, quę unita pretenditur, *Rota cor. Millino in Leodien. Pastoratus*, 15. *Jun.*1742. §. *Accedente*, ac passim *cor. eodem in d. Argentina parochiatium*: Immo & si Monasterium redditus parochiales percipiat, non tamen probari per id poterit unio subjectiva: quia quandoque permittitur unio ad hanc simplicem 183
facultatem percipiendi tales redditus: atque hoc in casu hujusmodi unio efficiet, ut Ecclesia unita conservata remaneat in suo pristino statu, sed unice resideat penes Monasterium jus præsentandi Rectorem, seu Vicarium in Ecclesia unita, *Innoc. in Cap. Lateranen. num.* 2. *de præb.*, *Panormit. in Cap. De Monachis num.* 5. *& seq. eod. tit.*, *& in Cap. Pastoralis n.*7. *de privil.*, *Tondut. quæst. benefic. part.*2. *cap.*1. §.5. *n.* 6., *Lambert. de jurep. lib.*2. *part.*3. *quæst.*10. *art.* 1. *n.*2., *Rota coram Card. Falcon. de unione benefic. decis.*1. *sub n.*5.

Per simplicem quoque concessionem ad firmam, seu conductionem portionis reddituum a Monasterio uniente perceptorum, perperam probari poterit unionis subjectivæ, ac plenariæ qualitas, cum referri queat ad alium, præter Parochum, & ad illam 184
portionem reddituum parochialium, quæ ad Abbatem nomine jurispatronatus poterat competere: ut observant *Vitalin. in Clem. un. sub num.*37. *de excess. Prælat.*, *Felyn. in cap. Postulasti* 27. *de rescript. num.*1., *Vanespen. in jus Eccles. univ. tom.*1. *part.*2. *tit.*24. *cap.*1. *num.*14., *ac Rota cor. Merlin. decis.*115. *num.*15., *cor. Vicecom. in Sedunen. unionis* 6. *Jun.*1755. §.14., *& in eadem cor. Emo Caprara* 1. *April.*1757. §.10. Nec simplices firmarii, ac conductores dici debent illi Parochi, qui pro bonis stabilibus ad Parochiam spectantibus recognitionem in dominum recipiunt independenter a Monasterio: quandoquidem si tales essent, ac dominium bonorum penes Monasterium existeret, non posset Monasterium exigere has recognitiones suapte natura præsupponentes dominium illius, cujus favore fuerunt expletæ: ut probat 186
*Fulgin. de jurep. tit. de contract. emphith. quæst.*26. *num.*11., *& seq.*, *Rota cor. Card. Falcon. de offic. Ordin. decis.*10. *num.*16., *decis.* 14. *num.*3., *& in d. Sedunen. cor. Vicecom.* §.11. *cor. Em. Caprara* §.23. *in fine*, *& cor. Borrull.* 17. *Febr.*1758. §.11.

A for-

A fortiori excluditur unio plenaria ex stipulatis contractibus
187 super juribus, ac bonis Ecclesiæ per Parochos, vel proprio, vel Ecclesiæ nomine peractis; *Rota in d. Sedunen. unionis super regularitate 6. Jun. 1755. §. fin. cor. Vicecomite, & in ead. cor. Borrull. d.* §. 11. Per unionem enim subjectivam adimitur ipsi Parocho quæ-
188 libet facultas nomine proprio, vel Ecclesiæ contrahendi: eo quod per illam omnia jura parochialia à parochiali unita Ecclesia amittantur, transferanturque in Ecclesiam, cui unio facta fuit, ut docet *Rota cor. Card. Crescentio decis.* 223. *num.* 6., & priore amissa dominii libertate in potestatem illius transeat, & veluti mem-
189 brum, ac prædium efficiatur, *Fagnan. in cap. Exposuisti num.* 110. *de praeb., Turricell. de unione benefic. cap. 2. num. 5., Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 28. num. 97. & seq., ac Rota in Leodien. personatus de Peruves, 22. Jun. 1744. §. 4. cor. Caniliac, & in d. Sedunen. unionis 1. April. 1756. §. 2. & 19. cor. Vicecomite*; atque Parochus post hanc unionem subjectivam simplex Minister evadat, cujus officium, & auctoritas omnino dependet ab illo, & illa principa-
190 lis, cujus ipse Minister existit; *Vitalin. in Clem. 1. num. 7. de offic. Vicar., Rota cor. de Gamaches in Aurien. parochialis de Rozamonde 16. Jun. 1721. §. Nec subsistere.*

Infelici quoque exitu ex congrua Vicario pro sui sustentatione assignata, desumi potest probationis argumentum pro accesso-
191 ria, & plenaria unione: cum ista quandoque valeat accommodari, & tribui unioni temporali ad fructuum, & proventuum perceptionem referenda: ut tradit *Rota cor. Card. Crescentio decis.* 263. *n.* 11, *& cor. Card. Millin. in d. Argentina parochialium* 30. *April.* 1745. §. *Eidem*; hoc enim in casu hujusmodi etiam congrua assignanda
192 est ab Ecclesia, vel Monasterio, cujus favore unio fuit permissa, ut per *glossam in cap. 1. de Cappell. Monach.* tradunt *Rebuff. in tract. de congrua, quæst. 3. num. 17. & seqq., quæst. 4. num. 20. & 32., & seqq., & in praxi benefic. lib. 1. quæst. 3. num. 19. & lib. 2. quæst. 12. num. 20., ac Rota decis. 102. num. 4. part. 11. rec. decis. 3. num. 8. de union. benefic. cor. Falcon., & d. decis. 263. num. 13. cor. Card. Crescentio*. Quin refragetur, quod hujusmodi congrua sumi quoque possit pro salario destinato manuali, & ad nutum amovibili Vica-
193 rio. Id enim verissimum esset, & admitteretur in concursu conjecturarum, & demonstrationum aliunde petitarum, non vero, ubi vel nullæ, vel omnino dubiæ sunt probationes; quo in casu a propria verborum significatione recedendi nulla urget necessitas, & sic neque etiam unioni subjectivæ id acommodandi nulla
194 ratio evincit: ut ad rem observat, ac distinguit *Rota cor. Card. Crescentio in d. decis. 163. num. 32. & seqq.*, & in alia specie *cor. Paracciano in Moguntina translationis 13. Febr. 1758. §. 4. vers. Quæ quidem*. Si

Si sermo sit de Vicaria sæculari cum cura animarum, tametsi unita sit alicui Ecclesiæ, vel Capitulo, semper in dubio 195
præsumitur in distinctum titulum collativa, & perpetua, neque plenarie unita: ut Rota monet in *Bossanen. Vicariæ* 29. *April.* 1739. §. *Versatur cor. Millino*, *& in Aurien. Vicariæ*, 5. *Febr.* 1745. §. *Quamvis cor. Canilliac*. Præsertim si Rector Ecclesiæ, seu Vicarius omnes percipiat fructus Capitulo annuum censum persol- 196
vendo: ut observat *Rota cor. Calcagnino in Nullius provinciæ Ravennaten. Vicariæ* 11. *Febr.* 1737. §. *Ad contrarium*. Sed re attente librata, talis perceptio fructuum, & annui census solutio, non est signum, & argumentum univocum probationis Vicariæ non accessorie unitæ: eo quod illa ad congruam Vicario debitam refer- 197
ri valeat; hæc vero in argumentum subjectionis Capitulo a Vicario debitæ exequi possit, ut monet eadem *Rota in cit. Nullius provinciæ* §. *Etenim cor. Calcagnino*.

Si de Ecclesia, quæ subjective unita prætenditur, provisionalia decreta prodierint, non possunt hæc probationis argumentum efficaciter suppeditare, sed est necessaria hoc de negotio emanata 198
definitiva sententia; *Rota in Colonien. parochialis* 7. *Febr.* 1746. §. *Minoris cor. Em. Bussio*. Ex tribus autem sententiis eadem de re latis, & in rem judicatam transactis, non solum habetur vehemens unionis adminiculum, & præsumptio, sed illa redditur in- 199
dubitata, notoria, & manifesta: ut monet *Rota decis.* 210. *num.* 1. *part.* 1. *recent.*, *& decis.* 64. *num.* 10. *cor. Card. Cerro tom.* 1. Probationes quoque, quæ a testibus fide dignis prodierint de publica voce, & fama, non sunt in materia unionis parochialis, vel non paro- 200
chialis beneficii rejiciendæ, juxta doctrinam *Felyn. cons.* 2. *num.* 16. *&* 21., *Caputaquen. decis.* 347. *num.* 4. *part.* 3., *Rotæ decis.* 704. *num.* 2. *part.* 2. *rec.*, *& cor. Card. Cerro d. decis.* 64. *num.* 11. *tom.* 1. Præsertim quando hujusmodi probationes cumulative cum aliis 201
argumentis concurrunt, ut tradit *Rota d. decis.* 64. *num.* 11. ibi: *attenta præsertim qualitate actorum unioni maxime congruentium*, ac in aliis speciebus *decis.* 588. *num.* 12. *& seqq. part.* 9. *rec.*, *& in Romana vineæ* 18. *April.* §. 8. *cor. Vicecom.*, *tum in Sancti Severini canonum* 28. *Febr.* 1756. §. 11. *cor. Stadion.* ibi: *præsertim in linea probationis cumulative cum aliis argumentis*.

Nec refert, quod de re antiqui temporis agatur, dummodo testes deponant plenam rei memoriam habere: multoque magis 202
si sub eadem depositione decesserint; cum in hoc casu valde debeat id relevare, præsertim, ut diximus, in linea adminiculativa, per ea, quæ tradit *Cornazz. decis. Luc.* 130. *n.* 1. *& seq.*, *Rota decis.* 119. *num.* 17. *part.* 12. *rec.*, *decis.* 87. *num.* 7. *&* 8. *cor. Priolo*, *in Lauretana immissionis super liquidatione* 4. *Jul.* 1719. §. 3. *cor. Lana*,

na, *& in Romana pecuniaria* 23. *Martii* 1757. §. 7. *cor. Paracciano*. Si in libris Cancellariæ descripta reperiatur taxatio pro quinden-
203 niis ad titulum unius parochialis, vel alterius beneficii, validum probationis argumentum desumi potest circa plenariam unionem; *Rota cor. Calcagnino in d. Nullius provinciæ Ravennaten. Vicariæ* 14. *Jun.* 1733. §. *Eandemque*. Propterea quia quindennii taxatio,
204 & solutio, perpetuæ, ac subjectivæ unionis verus judicantur effe-ctus, *Massobr. de annat. in fine*, *vers. Est aliunde quoque*, *Card. Petra ad Constit.* 6. *Pauli II. num.* 36., *Rota decis.* 1401. *num.* 2. *& seq.*, *& decis.* 3410. *num.* 1. *& seq. cor. Seraphino*. Item si Ecclesia nunquam fuerit in titulum, vel in commendam collata, id subjectivæ
205 unionis probationem suppeditabit, ut notat *Rota in d. Nullius provinciæ* §. *Eandemque*.

Ex hoc autem, quod parochialis Ecclesia, quæ alicui Monasterio subjective unita prætenditur, nunquam fuerit a Sancta Sede provisa, inferri haudquaquam potest parochialitas regularis, seu
206 unio plenaria, neque id sufficiens erit ad nocendum statui collativo Ecclesiæ, quando iste plene fuit conservatus per institutiones in titulum ab Episcopis concessas, aliosque per actus subjectivæ unioni repugnantes, ut post *Glossam in Clem. un. de supplenda neglig. Prælat.* monet *Rota in Urbevetana parochialium* 13. *Martii* 1733. §. *Districtius*, *& seqq. cor. Aldrovando*, *in Colonien. parochialis* 21. *Jun.* 1745. §. 11. *cor. Em. Bussio*, *& in Sedunen. unionis* 5. *April.* 1756. §. 26. *cor. Em. Caprara.*, tum *in eadem* 10. *Jun.* 1756. §. 10. *& seq. cor. Borrull.* Idque de beneficiis in ea existentibus dicendum est, quo-
207 rum statum collativum plene, ac sufficienter conservaverit Episcopus, ut unionis subjectivæ probationi aditus præcludatur, ex Rota in locis citatis, ac præsertim in *cit.* §. 26. Unionem quoque plenariam, ac subjectivam inducere haudquaquam possunt Ecclesiæ, vel beneficii collationes in mensibus reservatis, nisi insuper
208 probetur vacationes in mensibus reservatis contigisse; *Rota cor. Thunn in d. Nullius provinciæ Taurinen. Præpositura* 18. *Febr.* 1743. §. *Irrito*.

Probationis argumentum quoad unionem subjectivam desu-
209 mi posset ex concursus omissione, juxta Rotalem doctrinam *decis.* 105. *num.* 11. *decis.* 110. *num.* 5., *decis.* 167. *num.* 17., *decis.* 232. *num.* 8. *cor. Herrera*, *in Mildonen. parochialis de Gestoso* 1. *Jun.* 1733. §. *Tam demum*, §. *Ponderando cor. Cincio*. Eo quod parochiales Ecclesiæ subjective unitæ, minime cadant sub concursu, seu sub Piana Constitutione, sed simpliciter provideri debeant cum solo
210 examine idoneitatis nominati ad Parochiæ regimen; *Rota cor. Ursino in Aprutina Præpositura de Nereto* 9. *Decemb.* 1695. §. *Capitulum*, *cor. Thunn in d. Nullius provinciæ Taurinen. Præpositura* 18. *Febr.*

18.*Febr.*1743. §.*Ad impediendum*. Præsertim in Parochialibus plenarie unitis Monasterio, aliove loco pio, ex *d. Piana Constitutione* 47. §.4. *&* 5., ubi talis concursus excluditur, ibi: *Volumus insuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis ponentur, cum ipsorum Ordinariorum, seu eorum Vicariorum prævio examine, & adprobatione deputentur*: ut videre est in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Fulginaten. jurisdictionis* 11.*Decemb.*1736. §.*Posito*, *thesaur. resol. pag.*198.

Re tamen, quemadmodum materies, de qua agitur, expostulat, attente considerata, vos monitos volo hanc concursus
omissionem non posse suppeditare subjectivæ unionis univocum 211
argumentum: cum talis omissio ab alia quoque causa valeat proficisci: v. g. vel ab oscitantia, & incuria Abbatis, aliusve Superioris regularis, si sermo sit de Ecclesia Monasterio unita, ut notat Rota *cor. Thunn. in d. Nullius provinciæ Taurinen.* §.*Addito*; vel ab ipsamet concursus exemptione: cum juris nostri exploratissimum sit principium, parochiales Ecclesias nulli etiam unioni
obnoxias, multoties sine concursu conferri; quemadmodum ple- 212
ne demonstrabimus in tertia Parte, ac interim docet *Corrad. in praxi benefic. lib.*3. *cap.*3. *num.*5. *per tot.*, *De Luca ad Ventrigl. in praxi part.*2. *annot.*3. §.2. *num.*2., præter ea, quæ præsertim habentur in folio Sacræ Congregationis Concilii in *Cæsenaten.* 15. *Martii* 1723. §.*Quoad provisionem*, *thes. resol. pag.*318., *ac Rota cor. Ratto decis.*169. *num.*8. *& seq.*, *& in d. Sedunen. parochialis, super regularitate* 10.*Jan.*1757. §.10. *cor. Borrull.*

Quamobrem istæ conjecturæ a concursus defectu petitæ inefficaces multoties sunt ad probandam subjectivam unionem, eo
quod ab aliis non levis ponderis conjecturis elidantur: adeoque 213
aliæ in medium producendæ sunt probationes e validioribus fontibus decerptæ, & exhaustæ. In materia enim versamur, quæ
concludentissimas, & rigorosissimas probationes necessario exigit: 214
Rota *cor. Ansaldo decis.*673. *num.*9. *&* 12., *cor. Card. Crescentio decis.*263. *num.*44., *cor. Vicecom. in d. Sedunen. unionis* 6.*Jun.*1755. §.9. Secus enim in dubio e conflictu harum conjecturarum proficiscente, ea capienda est interpretatio, quæ subjectivæ unionis ex-
clusioni faveat, atq[illegible] respondeat, juxta Rotalem doctrinam *de-* 215
*cis.*282. *num.*1. *& seq. cor. Card. Caprara*, *decis.*1166. *num.*4. *cor. Molin.*, *d. decis.*263. *num.*44. *cor. Card. Crescentio*: ob illud inconcussum principium, quod in dubio semper sit præsumenda unio ag-
gregativa, seu æque principalis; *Rebuff. in praxi benefic. tit. de* 216
*union. benefic. num.*20., *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell, gloss.*5. §.7.

 *num.*134.,

*num.*134., *Rota decis.*668. *num.*38. *cor.Bichio*, & *decis.*733. *num.*7. *cor. Molin.*

Dixi in unione subjectiva requiri concludentissimas, & rigo-
rosissimas probationes: sed hic animadvertendum, quod hujus-
modi probationes omnino exiguntur iis praesertim in casibus, in
217 quibus sub praetextu subjectivae unionis detrimentum Datariae Apo-
stolicae procreatur: quemadmodum *Rota cor.Aldrovando* declara-
vit *in Urbevetana parochialium* 13.*Martii* 1733. §.*Adhuc*, & §.*Ita
non*. Quod si subjectiva unio sive contra Episcopum, sive contra
Datariam, quemadmodum opus est, probata fuerit, aliud su-
perest notandum, quod videlicet in hac plenaria unione haud-
quaquam continetur jurisdictio in Clerum, & Populum, nisi con-
218 cludentissime edoceatur factam fuisse cum tali jurisdictione: prout
observat *Card. Petra in suis Commentariis ad Apostol. Constit.*7. *Ur-
bani IV. n.*28. *tom.*3.

Duo tandem pro coronide hujus tituli notanda sunt: quorum
primum est, quod in unione plenaria, ac subjectiva, cujus ef-
fectus, ut alibi diximus, est, quod omnia jura, privilegia, prae-
219 rogativae transeant in Ecclesiam, favore cujus fuit unio permissa;
*Piton. discept.Eccles.*9. *num.*3., Rota *cor.Falcon. de rescript. decis.*1.
*num.*3., debet Ecclesia, cui unio facta fuit, subire omnia one-
220 ra, omnesque obligationes Ecclesiae sic unitae, & incorporatae,
ut docet Rota *coram Tanario in Trojana nullitatis obligationis* 19.
*Jan.*1739. §.*Tanto magis*. Repugnat enim, quod Ecclesia, quae
in vim unionis, omnia percepit jura, emolumenta, & commo-
da Ecclesiae unitae, & incorporatae, uno, eodemque tempore non
221 teneatur subire illius onera, obligationes, & incommoda, ex
notissima juris regula docente, quod commodum percipiens de-
beat pari modo onus, & incommodum subire, per *text. in cap.
Si quis*, *cap. Ad audientiam de reb. Eccles. non alien.*, *L. Quod si
minor* §.*Restitutio ff. de minorib.*, Rot. *cor.Molino in* Romana *trans-
actionis* 29.*Jan.*1748. §.19., & *cor.Olivattio in Majoricen. praemi-
nentiarum*, & *funerum* 11.*Jun.*1756. §.4. & 18.

Alterum, & ultimum notatu necessarium, est, quod de
unione parochialium, aliarumve Ecclesiarum controversia exci-
tata, si post varias adhibitas diligentias de controversa, praeten-
saque unione constare nequeat, adhuc tandem per has diligentias
desumi nequit negativum unionis concludens argumentum, nisi
222 scrutatis omnibus locis, nulla amplius remaneat in contrarium
possibilitas, ut ait *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quaest.*48. *num.*50.,
*Rocc. select. cap.*144, *num.*17. & 25., *Bardellon. cau.*34. *num.*36.,
*Rota decis.*322. *num.*4. *part.*7. *rec.*, *decis.*7. *num.*22. *de unione be-
nefic.*

nefic. cor. Card. Falcon., *&* *decis.*1235. *num.*11. *cor. Lancetta*. Solent, ex.gr., in urbe Roma parochialium, aliarumve Ecclesiarum uniones peragi per Cameram, vel per Cancellariam Apostolicam, vel per Datariam, vel per Secretariam Brevium, vel per Sacras Congregationes, præsertim Concilii ex Summi Pon- 223
tificis commissione, juxta doctrinam *Rotæ cor. Card. Falcon. d. decis.* 7. *num.* 22. *de unione benefic.*, *&* *cor. Lancetta d. decis.*1235. *num.*11., & ante *Constitutionem* 53. *Pii IV.* transibant per orga- 224
num Pœnitentiariæ, ut eruitur ex *Card. de Luca disc.*12. *num.*4. *in relat. ad Curiam Roman.*, *ex d. decis.*7. *num.*22. *cor. Falcon.*, *ex d. decis.*1235. *num.* 11. *cor. Lancetta*. Hinc male quis inferret, unionem, de qua controvertitur, non fuisse executioni demandatam, si post revolutiones, & diligentias, habitas v.g. in Cancellaria, vel Dataria Apostolica, de unione minime constiterit, eo quod ipsa haberi potuerit, ex demonstratis, pluribus aliis in locis, adeoque 225
adhibitæ non fuerint diligentiæ omnibus in locis, ubi perfici potuit, ut optime notat Rotale Tribunal *cor. Falcon. d. decis.*7. *num.*21., *&* *cor. Lancetta d. decis.*1238. *num.*11.

TITULUS XII.

De divisione, seu dismembratione Parochiarum.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesiarum, vel beneficiorum unio alia temporalis est, alia perpetua.*

2 *Ita etiam divisio.*

3 *Divisio, quæ in perpetuum fit, realis nuncupatur: & talis semper in dubio præsumitur, quum videlicet de divisione constat, non vero de illius qualitate.*

4 *Divisio, quæ temporalis dicitur, talis apparebit, si v.g. Summus Pontifex in Bulla divisionis afferat, quod decedente persona, favore cujus illa permittitur, ad pristinum statum unio revertatur.*

5 *Nuncupatur quoque personalis; eo quod alicujus personæ contemplatione efficiatur. Adeoque ob cessionem, vel mortem illius, cui fuit concessa, omnino evanescet divisio.* Ibidem.

6 *Dismembratio, proprie loquendo, a divisione distinguitur.*

7 *Dismembratio contingit quando aliqua bona, vel fructus beneficii ab eo separantur, & alteri applicantur.*

8 *Et proxima est dismembratio divisioni, per quam beneficium dividitur, & secatur, ex uno faciendo duo, vel plura beneficia.*

9 *Hæc tamen distinctio, generaliter loquendo, rejicitur: sed dismembratio, & divisio promiscue frequenter usurpantur.*

10 *Dismembratio sumi potest sub dupli-*

 ci

ci adspectu, duplicique usui inservire.

11 *Quandoque fit dismembratio, ut ejusdem ministerio, veluti praeambulo, unio perficiatur, applicando alteri Parochiae ea, quae ab antiqua fuerunt dismembrata.*

12 *Allucinantur Doctores dismembrationis, & divisionis terminos in d. casu confundentes.*

13 *Quandoque vero fit dismembratio, velut quid praeambulum, & necessarium ad novae Parochiae erectionem.*

14 *Dismembratio interdum sectio, & divisio nuncupatur.*

15 *Frequenter etiam separatio.*

16 *Exitu inspecto, dismembratio, separatio, sectio, & divisio, sunt verba synonima, & aeque possunt usurpari ad idem significandum.*

17 *Divisio nihil aliud est, quam actus ille, quo ex una Ecclesia, vel ex uno beneficio, duae, aut plures Ecclesiae, duo, aut plura beneficia, Ecclesiastica auctoritate constituuntur.*

18 *Parochiarum, vel beneficiorum divisiones fieri possunt ab iis, a quibus & uniones: eademque auctoritas in divisionis actu requiritur; quae in illo unionis intercesserat.*

19 *Summus Pontifex, quotiescumque id expedire judicaverit, Parochias, vel beneficia potest dividere, ac dismembrare,* & num.50.

20 *Illique soli reservatur facultas supprimendi, dividendive, justa id exigente causa, Episcopales dioeceses.*

21 *Patriarchatus Aquilejensis olim subjiciebatur tam Venetae Reipublicae, quam Austriacae Familiae quoad temporalia.*

22 Benedictus XIV. *dictum Patriachatum suppressit, atque divisit, & ex illo sic suppresso, ac diviso, erexit duos Archiepiscopatus Utinensem videlicet, & Gorinensem.*

23 *Pro dioecesi Archiepiscopatus Utinensis constituit, ac designavit totum illum regionis tractum, qui Reip. dominio erat subjectus, & a suppresso Patriarchatu antea obtinebatur, regebaturque.*

24 *In Suffraganeos dicti Archiepiscopi Utinensis constituit omnes illos Episcopos, quorum Ecclesiae cathedrales in Reip. Venetae dominio existebant, & qui primum Patriarchae Aquilejensi subjiciebantur.*

25 *Pro dioecesi Archiepiscopatus Gorinensis constituit, adsignavitque illam partem, quae Austriacorum Regum dominio suberat, & quae per Vicarium Apostolicum a S. Sede ibi constitutum, gubernabatur, demptis iidem Vicario Apostolico cum guberniò privilegiis.*

26 *In illius Suffraganeos constituit omnes Episcopos, quorum Ecclesiae Cathedrales in temporali Austriaca ditione consistebant, quique Patriarchali Ecclesiae antea subjiciebantur.*

27 *Legati praesertim a latere habent facultatem Ecclesias, vel beneficia dividendi.*

28 *Item Episcopi, (sub quorum nomine alii quoque comprehenduntur Praelati Episcopis superiores, & Ordinarii).*

29 *Amplia non obstante quod Ecclesia fuerit a Summo Pontifice, vel ejus Legato unita.*

Papa enim talem Ecclesiam uniendo noluit Ordinarii potestati derogare. Ibidem.

30 *Ordinarii Praelati Episcopo inferiores, quamquam ex consuetudine legitime praescripta, vel privilegio unire Ecclesias quandoque valeant, non tamen eas possunt dividere.*

Limita, *si dd. Praelati Episcopo inferiores, quasi Episcopali jurisdictione sint insigniti: qui Ecclesias, vel beneficia ad propriam jurisdictionem attinentia possunt dividere, eadem modo, quo illas, vel*

illa

illa possunt unire, num. 35.

31 *Uniones, ac divisiones Ecclesiarum, vel beneficiorum sunt inter se omnino contrariæ, ac proinde quamcumque illationem respuunt.*

32 *Nil magis alterat Ecclesiarum præsertim parochialium, atque curatarum statum, quam istarum suppressiones, uniones, divisiones.*

33 *Quemadmodum in unionis, ita & in divisionis materia semper est sumenda stricta interpretatio.*

34 *Concesso privilegio pro dismembranda Parochia, tale privilegium ita stricte est interpretandum, ut tantum sapiat, quantum littera sonat.*

36 *Vicarius generalis sine speciali mandato Parochias, vel beneficia nequit dividere.*

37 *Amplia, non obstante, quod ab Episcopo amplissimas habeat indultas facultates.*

38 *Dismembratio est vera alienationis species*, & num. 138.

39 *Ad has, aliasque similes alienationes requiritur speciale mandatum in Procuratore.*

40 *Ac consequenter etiam in Vicario generali, qui est Episcopi Procurator.*

41 *Amplia secundo, etsi Vicarius generalis communiter judicetur necessaria jurisdictione, & delegatione munitus.*

42 *Quia in odiosa dismembrationis materia hæc communis credulitas, & hic communis error minime est attendendus.*

43 *Argumentum petitum a famigeratissimo* Lege Barbarius ff. de Offic. Prætoris, *non habet locum in præsenti casu: quia æquitas a dicto textu descendens locum habet, quando titulus a Superiore collatus est nullus ex aliquo occulto vitio, & latente defectu.*

44 *Secus vero ubi agatur de sustinendo actu ob eo gesto, qui jurisdictionem a jure pro eo gerendo minime retinet.*

45 *Amplia tertio, etsi dismembratio facta fuerit a Vicario generali dum Episcopus a diœcesi aberat.*

Quia talis absentia non est apta ad ampliandam Vicarii generalis facultatem nisi in casibus a jure permissis. Ibidem.

46 *Hæc dismembrationis facultas adhuc residet penes Episcopum, cum talem dismembrationem etiam extra diœcesim voleat perficere.*

47 *Capitulum sede Episcopali vacante potest Ecclesias, vel beneficia dividere iis in casibus, in quibus poterat Episcopus.*

48 *Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in iis, quæ sunt illius jurisdictionis.*

49 *Ecclesiarum, vel beneficiorum divisio a Sacris Canonibus inter Episcopalem jurisdictionem recensetur.*

51 *Nemo Summo Pontifice inferior potest beneficia, quæcumque sint dismembrare.*

Id tamen limita, quando copulative concurrunt justæ causæ, & juris solemnitates; ubi talis dismembratio a Sacris Canonibus permittitur num. 55. & num. 128.

52 *In qualibet dubietate semper est interpretandum contra divisionem.*

53 *Divisionem allegantí rigorosum onus incumbit eam concludenter probandi.*

54 *Multo magis, quando esset unio Ecclesiæ favorabilis.*

56 *Divisio facta absque causarum exigentis, & requisitis solemnitatibus, est ipso jure nulla, atque irrita.*

57 *Amplia sive facta fuerit plenarie, seu æque principaliter, sive subjective, & redditur ratio.*

58 *Ubi Lex non distinguit, neque nos debemus distinguere, præsertim in odiosa dismembrationis materia.*

59 *Auctoritas Summi Pontificis supplet omnes solemnitates, atque defectus.*

60 *Duæ sunt species, per quas Parochia-*

chiarum, vel beneficiorum divisiones peragi possunt.

61 *Divisio, quæ plenaria, seu æque principalis nuncupatur, est vera divisio: quia ex una Parochia, vel ex uno beneficio, & ex uno titulo, duæ Parochiæ, vel duo beneficia, duoque tituli inter se distincti constituuntur.*

62 *Divisio, quæ subjectiva dicitur, non est vera, & propria divisio: eo quod divisa Ecclesia a priori adhuc dependeat, & unus adhuc titulus remaneat.*

63 *Causæ, quibus Parochiales Ecclesiæ, earumve fructus, ac redditus dismembrari possunt, reducuntur ad Ecclesiæ necessitatem, utilitateque*, & sub n. 66. verf. Utilitas, tum sub num. 73. verf. Præjacto.

64 *Debet autem utilitas esse evidens, tum etiam evidens, præcisa, & absoluta necessitas.*

65 *Debet esse talis naturæ, ut nullum aliud remedium aptari valeat.*

66 *Dismembratio est remedium subsidiarum, & extraordinarium, ac consequenter ad hujusmodi extremum non est deveniendum, nisi quum nullum aliud minus odiosum, & exorbitans suppetit, & aliter provideri non potest*, & num. 183.

67 *De utilitate, ac necessitate dismembrationis constare debet in processu indispensabiliter efformando.*

Nec pendere hæc potest ab assertione Partium, vel etiam Episcopi, aut alterius auctoritatem dismembrationi ingerentis. Ibidem.

68 *Non tamen exigitur scrupulosa processus efformatio.*

69 *Sufficit, si id fieri potest, ut Ordinarius ad locum accedat, attenteque inquirat, utrum expediat nec ne dismembratio.*

70 *Ordinarius, vel ejus Delegatus longe melius ex ipsa ostensione facta, utilitatem, & necessitatem percipiet, quam ex sola locutione.*

71 *Probatio, quæ, ut ajunt, ad ocu-lum fit, aliam, quæ ex simplici locutione proficiscitur, longe vincit, ac superat.*

72 *Ocularis inspectio in materia præsertim confinium superat omne genus probationum.*

73 *Debet id omne ad actum publicum redigi: secus non staretur Ordinarii, vel Delegati assertioni, quod locum ipsum vidisset, & negotium tali in statu reperisset.*

74 *Regula generalis est, Ecclesiam dividi posse eadem ob causas, ob quas unita fuit, vel esset unienda.*

75 *Ecclesiarum unio ob odia, & inimicitias Parochianorum facta, potest ob hujusmodi quoque odia, & inimicitias dissolvi.*

76 *Communio, atque unio discordias parit, discordiæ autem magna procreant præjudicia.*

77 *Pro his dirimendis, auferendisque nullum dari potest efficacius remedium, quam illud a divisione mutuatum.*

78 *Si duo Parochi in eadem domo in eodem Parochiarum confinio jura parochialia exercentes, inter se discordent circa Sacramentorum administrationem, aliaque jura parochialia, vel dissolvi debet dicta domus communio, sub unius tantum Parochi regimine domum constituendo: vel saltem exercitium parochialium officiorum, ac jurium per alternativam dividi debet.*

79 *Pari modo si duo Episcopi discrepent circa collationem Ecclesiæ sitæ in confinio amborum Episcopatuum, neque valeant inter se convenire, potest Metropolitanus, aliusve Superior dictam Ecclesiam in duas dividere, vel saltem Episcopos cogere, ut alternis vicibus de illa provideant.*

80 *Item fieri possunt Ecclesiarum, vel beneficiorum divisiones, si illæ cessaverint causæ, quæ illarum uniones efficaciter suaserunt*, & n. 103. *ubi dantur exempla.*

81 *Permitti debet divisio, si novæ emergant*

gant causæ omnino illis contrariæ, ob quos unio facta fuit.

82 *Notabilis distantia, ab Ecclesia parochiali, gravisque difficultas itineris, & accessus ad eandem, legitimam præbet dismembrationis causam.*

83 *Limita si modica fuerit distantia.*

84 *Debet esse talis, ut Parochiani non sine magna difficultate, magnoque incommodo ad Ecclesiam accedere queant ob Sacramenta percipienda, divinaque audienda officia.*

85 *Limita quoque, si difficultas itineris, & accessus levis sit, & modici momenti, vel accidentalis, ac discontinua.*

86 *Item etsi interjectum esset flumen: ea quod huic modo consuli queat per pontem, aliove modo, vel etsi ob fluminis violentiam pons rumperetur: propterea quia tale impedimentum est rarissimum, & accidentale, & omnino exigitur, quod assiduum sit, atque perpetuum.*

87 *Debet difficultas itineris, & accessus ad Parochialem Ecclesiam talis ac tanta esse, ut Parochiani ad illam nequeant pro Sacramentis suscipiendis accedere sine magna incommodo, aut uedum corporis, sed animæ etiam periculo, ita ut varii vel decedant, vel decedere pro certo valeant sine Sacramentis.*

88 *Distantia trium milliarium a parochiali Ecclesia potest justam dismembrationis causam suppeditare.*

89 *Non est tamen hujusmodi distantia signum, & argumentum univocum ad evincendam dismembrationis necessitatem: cum istam quandoque etiam minor suadere valeat.*

Nil enim in jure circa id pro certo determinatum habetur: eodem modo, quo circa difficilem ad Parochiam accessum. Ibidem.

90 *Summus Pontifex in* cap. 3. Ad audientiam de ecclesf. ædific., & *Tridentini Patres* in sess. 21. de reform. cap. 4., *sese unice referunt ad magnum Parochianorum incommodum pro percipiendis Sacramentis ob locorum distantiam, sive difficultatem: qualis vero sit hujusmodi distantia, vel difficilis accessus minime definiunt.*

91 *Id totum propterea pendet ab Ordinarii, sive Episcopi diœcesani arbitrio, & prudentia.*

92 *Decessus nonnullorum Parochianorum sine Sacramentis non evincit dismembrationis necessitatem; nisi eodem tempore concludenter probetur tales decessus contigisse ob nimiam loci distantiam, vel ob notabilem itineris, & accessus difficultatem. Et redditur ratio.*

93 *Quando concurrunt requisita* cap. 3. Ad audientiam de ecclesf. ædific., & *Tridentini Concilii* in sess. 21. de reform. cap. 4., *neque aliter consuli potest populari necessitati, quamquam probari nequeat decessus nonnullorum Parochianorum absque Sacramentis, attamen deveniri potest ad dismembrationis actum.*

Non enim expectandus est nonnullorum Parochianorum tristissimus eventus mortis: cum sufficiat hujusmodi periculum imminere. Ibid.

94 *Amplia, quando novæ Parochiæ subjectivæ erectio est necessaria, ut Vicarius curatus nocturnis temporibus Parochianorum necessitatis præsto esse valeat.*

95 *Id iis in Urbibus contingit, intra quarum mœnia erecta reperitur Parochia, ad quam ob rigidam, diligentemque portarum clausuram, nocturnis temporibus omnino prohibetur accessus.*

Exempla referuntur ab Urbibus Florentiæ, & Augustæ Taurinorum petita. Ibidem.

96 *Angustia, vel defformitas Ecclesiæ non inducit aptam dismembrationis causam: eo quod huic malo satis commode consuli queat per ampliationem, vel per novæ Ecclesiæ, aut Cappellæ erectionem.*

97 *Neque inventio miraculosæ Imaginis*

nis potest suppeditare justam causam dismembrandi Parochiam, novamque Ecclesiam in loco, ubi fuit reperta Imago, erigendi.

98 *Debet enim talis Imago ad parochialem, aliamve Ecclesiam transferri, ibique in honorem Sancti, vel Sanctæ, cujus Imago existit, Altare erigi.*

99 *Limita, si negotium ad tales incitas redactum fuerit, ut absque Parochianorum dissentione, hujusmodi translatio fieri nequeat.*

100 *Ob divini cultus augendi rationem divisiones Ecclesiarum, ac beneficiorum a Sacris Canonibus permittuntur.*

101 *Ob redditimum parochialium augmentum, & opulentiam ad duas Ecclesias de necessario manutenendas, idoneam, dissolvi potest earumdem unio facta ob reddituum deficientiam, & tenuitatem.*

102 *Tali natura donata sunt omnia, ut ad pristinum statum, suumque principium facilem regressum obtineant.*

104 *Parochiarum unio dissolvi potest, si novæ emergant causæ hanc dissolutionem expostulantes: si v. g., fraudentur eleemosynæ, si tollatur hospitalitas, si religio relaxetur, & alia id generis contingant.*

105 *Secuta dissolutione unaquæque Ecclesia remanet in pristino statu, suaque pristina reassumit jura.*

106 *Ob populi multitudinem deveniri nequit ad Parochiæ dismembrationem: quia huic populari numerositati satis commode provideri potest per Ministrorum deputationem*, & num. seq., ac sub num. 119.

108 *In insigni cathedrali Taurinensi ob maximam populi multitudinem, quatuor personæ continuo addictæ sunt Parochiæ actuali servitio, Parochus videlicet, seu Vicarius a Rmo Capitulo deputatus, & tres Coadjutores Sacerdotes, Vice-Parochi nuncupati.*

109 *Sacra Congregatio Concilii* in Telesina 18. Febr. 1758. *decrevit, ut in parochiali receptitia Ecclesia Terræ S. Salvatoris augeretur ob populi multitudinem numerus aliorum Participantium, auctis redditibus a Communitate pro congrue illorum sustentatione.*

110 *Episcopus ob populi multitudinem erigere nequit Coadjutoriam, sed debet alios Sacerdotes Parocho comministros eligere, ac deputare.*

111 *Dismembratio parochialis vacantis Ecclesiæ ab Episcopo facta in duas portiones curatas, reservato uni Archypresbyteratus titulo, ad consulendum populi numerositati, fuit declarata nulla a Sacra Congregatione Concilii* in Neocesarien. dismembrationis 15. Dec. 1603. & 14. Febr. 1704.

112 *Contraria adducitur* Rotalis decisio 263. sub num. 23. cor. Card. Crescentio, *ubi statuitur posse ob auctum fidelium numerum Parochiam dismembrari.*

113 *Si verba* d. decis. 263. sub n. 23. ibi: **Et de alio casu aucti numeri Christi fidelium est textus in can. Nulli 99. distinct.**, *uti jacent sumantur, ac separata oratione, ita ut per solam populi multitudinem devenir valeat ad dismembrationem, Rotalis sententia sustineri nequit, quippequæ contraria claræ dispositioni* Tridentini Concilii in sess. 2. de reform. cap. 4.

114 *Amplia, quia innixa apocryphis monumentis, inter quæ locum tenet* dict. can. Nulli distinct. 99.

115 Canon Nulli dist. 99. *depromptus fuit a Gratiano ex* epistola 2. Anacleti Pontificis: *tres autem epistolæ decretales, quæ dicti Anacleti nomine circumferuntur, sunt omnino suppositiæ.*

116 *In* dict. Canone Nulli dist. 99. *mentio fit Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum: hæc autem nomina ætate Anacletis Pontificis omnino erant peregrina.*

117 *Episcopi, Romanus, Alexandrinus, &*

& Antiochenus, qui variis Provinciis, & diœcesibus præerant, ceperunt tempore Concilii Calcedonensis sub Leone I. celebrati, Patriarchæ nuncupari.

Eodemque tempore alia Primatum nomina, Exarcarum, Metropolitanorum, seu Episcoporum ab Ecclesia fuerunt recepta. Ibidem.

118 *Rotalis* decis. 263. cor. card. Crescentio num. 23. *in suo sensu accepta non adversatur Tridentino Concilio* in sess. 21. de reform. c. 4. *prohibenti dismembrationem Parochiæ ob populi multitudinem, sed illi potius favet; eo quod ibi ageretur de dismembratione facta non tam ob adauctam populi multitudinem, quam ob locorum distantiam.*

119 *Quamvis ob solam populi multitudinem dividi nequeat Parochia, dividi tamen potest si localis distantia quoque concurrat, quæ una est ex causis permissis* in cap. 3. Ad audientiam de Ecclesf. ædific., *& in* Trident. Concil. sess. 21. de reform. cap. 4.

120 *Adde in explanationem* dict. Rotalis decisionis 263. cor. Card. Crescentio, *quod ibi agebatur de dismembratione parochiali facta ob populi multitudinem, & ob loci distantiam per Delegatum Pontificium.*

121 *Summus Pontifex, ejusve specialis delegatus potest Parochiam dividere, novamque erigere invito etiam proprio Rectore, ob solam populi multitudinem.*

122 *Adducta redditunm insufficientia non est causa idonea ad obtinendam parochialem dismembrationem in concursu popularis multitudinis, sed constitui debet necessarius ministrorum numerus, ut populari necessitati consuli valeat.*

123 *Redditus parochiales in dubio potius aucti, quam diminuti, & insufficientes præsumuntur.*

124 *Si reddituum parochialium probetur insufficientia, & popularis habeatur adauctus numerus, potest Episcopus Parochum, vel eos, ad quos pertinet, adigere ad constituendam pro Cappellanis debitam congruam.*

125 *Dismembratio familiarum ab Ecclesiis filiolibus, ut mod citati reddituum Matricis Ecclesiæ consulatur, solutione decimarum personalium, vel alio simili modo, interdicitur.*

126 *Incapacitas, & inhabilitas Cappellanorum Parochiæ servitio addictorum, non est justa causa suadens dismembrationem Parochialem: quia Episcopus ordinare debet, ut his remotis, idonei Comministri assumantur.*

127 *Ratio temporalis ab insufficientia, & inhabilitate modernorum Cappellanorum petita, non debet Ecclesiæ perpetuum inferre dismembrationis detrimentum.*

129 *Unumquodque eodem modo dissolvitur, quo fuit colligatum.*

130 *Parochiæ dismembratio facta contra solemnitates, & formam* c. 3. Ad audientiam de Ecclesf. ædific., *&* Trident. Concilii in sess. 21. de reform. cap. 4., *& ipso jure nulla evadit.*

131 *Et quamvis approbata fuerit, per rem tamen judicatam omnino rescinditur.*

132 *Omnes interesse habentes citandi sunt ad validitatem dismembrationis, ut de illorum justo, vel injusto animo apparere possit.*

133 *Clausula:* Vocatis vocandis; *a Cancellaria apponi solita in suis litteris pro dismembratione expeditis, arctat Executorem ad procedendum via ordinaria.*

Ac per consequens ad citandos omnes, quorum interest. Ibidem.

134 *De dismembrationis necessitate, & de citatione habita constare debet in processu, ut in casu admissæ appellationis interesse habentium, ex processu efformato appareat, utrum*

utrum ad dismembrationem sit, nec ne deveniendum.

135 *Amplia, non obstante, quod Episcopus procedat ut Sedis Apostolicæ delegatus: adhuc enim consiel debet processus.*

136 *Ordinarius pro dismembrationis validitate tenetur Capituli consensum exquirere.*

137 *A fortiori si cura habitualis penes idem Capitulum resideat.*

Consensus autem Capituli, seu Canonicorum, non singulorum, sed omnium capitulariter præstitus, est necessarius. Ibidem.

138 *Materia dismembrationis speciem alienationis inducit, & gravamen infert perpetuum.*

139 *Citatio, & consensus Vicarii Capituli non sufficit pro valido dismembrationis actu: quia cura non residet penes Vicarium, sed penes Capitulum, ad quod Ecclesiæ defensio pertinet.*

140 *Illi, ad quos Ecclesia dismembranda pertinet, citari, audirique debent.*

141 *Item Parochus, cum de illius interesse, & præjudicio agatur.*

142 *Unio non citato, auditoque Parocho quandoque perfici potest.*

143 *Id tamen limita in materia dismembrationis, quæ sustineri nequit absque illius citatione.*

144 *Parochi assensus pro dismenbrationis validitate non est essentialiter necessarius, neque ejus contradictio quidquam officit, ubi justæ causæ dismembrationem expostulant.*

145 *Non est tamen Parochus adeo negligendus, ut illo prorsus inaudito, neque citato, veteris Parochiæ dismembratio decernatur.*

Ea enim, quæ ab ipso forte objiciuntur ad salubrius capiendum consilium non nihil possunt aliquando conferre. Ibidem.

146 *Consensus Parochi nil officit, sive in ipso dismembrationis actu, sive postea intervenerit.*

147 *Illius citatio, & consensus non exigitur pro forma, sed ratione præjudicii.*

Adeoque sufficit si divisionis actum subsequatur. Ibidem.

148 *Limita, quando Parocho præjudicium infertur, ac nulla inest dismembrationis necessitas.*

Et sic intelligi debet Rota apud Garziam de benef. part. 12. cap. 5. n. 8., & Pignatell. tom. 4. consult. 230. sub n. 10. in fine. Ibidem.

149 *Quando nullum Parocho præjudicium infertur, vel infertur quidem, sed justæ concurrunt causæ: nil curandum de illius citatione sive ante, sive postea secuta: quemadmodum, nec de illius contradictione.*

150 *Probatis per testes, aliove concludenti modo justis causis dismenbrationem suadentibus, devenire ad hanc Episcopus libere potest, invito etiam, & contradicente Parocho.*

151 *Nomine Parochi, cujus consensus, & citatio requiritur, non is intelligitur, qui curam habet actualem, seu Vicarius, sed is, qui verus est Parochus, seu curam habet habitualem, vel utramque.*

152 *Quamvis vacante Ecclesia damnum inferri amplius nequeat Parocho, potest tamen istud inferri illius successori, & Ecclesiæ.*

153 *Adeoque dismembrari nequit Parochia, quin citetur ejus Oeconomus, & ad hoc negotium speciale constituatur defensor,* & sub num. seq.

154 *Augmentum attributum novæ Parochiæ, cum Matrix vacaret, nullo ei dato defensore, fuit a sacra Rota declaratum nullum, & irritum,*

155 *Contraria affertur resolutio sacræ Congregationis Concilii* in Meleten. dismembrationis 15. & 29. Jan. 1755.

156 *Intellige, quia Parochus contradictor suæ intentionis fundamentum*

tum probare haud potuit, neque impicta nullitatis vitia sub luce collocare.

157 *Item, quia plures concurrebant causæ, quæ hujusmodi dismembrationem suadebant, quamquam per se solæ minime essent ad talem actum idoneæ.*

158 *Quamvis ad dismembrationis Ecclesiæ validitatem graves, & urgentes causæ requirantur, istæ tamen non exiguntur, quo dissolutione Ecclesiæ, plures fuerunt simul unitæ.*

159 *Item, quia in citota causa insuper agebatur de revocanda, irritandaque illa divisione intuitu plurium causarum facta, quæ quadraginta circiter annorum spatio a nemine fuerat, ne leviter quidem contradicta.*

Quemadmodum in unionibus, ita & in divisionibus Ecclesiarum habere potest locum nunquam interrupta quadragenaria observantia, & possessio. Ibidem,

160 *Clerus dismembrandæ Ecclesiæ citari, audirique debet, cum ipsius quoque interesse queat, ne Parochia dismembretur.*

161 *Patroni quoque citandi, audiendique sunt in dismembrationis negotio, eorumque omnium consensus est exquirendus.*

161 *Iniquum esset, si Patroni non auditi propriis juribus privarentur.*

163 *Summus Pontifex est Ecclesiarum dominus, & administrator.*

164 *Ecclesias tamen, quæ ad patronos præsertim laicos ex onerosa pertinent causa, non solet sine illorum consensu dividere.*

165 *Amplia: ne ipsis præjudicet, reservet juspatronatus in Ecclesia, quæ recenter ex alterius dismembratæ redditibus fuit erecta.*

166 *A justitiæ, & æquitatis tramitibus non parum aberraret, si ea jura, quæ oneroso titulo patroni laici sunt consecuti, nulla absque eorundem culpa revocarentur: quod vel in Summo Pontifice, vel alio in Principe nefas esset præsumere.*

167 *Decet Principis beneficium perpetuo esse mansurum, & a Successoribus comprobari.*

168 *Quidquid a justitiæ tramite alienum est, alienum quoque debet a Principis mente existimari.*

169 *In dismembratione Parochiæ, vel beneficii ad duas Diœceses pertinentis, debet concurrere consensus, & interventus utriusque Episcopi.*

170 *Illa jurisdictio, quæ in dismembrationis actu non fuit aliis concessa, adhuc reservata præsumitur iis, a quibus fuit Ecclesia dismembrata.*

171 *Parochianorum citatio omnino est necessaria ad dismembrationis Ecclesiæ validitatem.*

172 *Est enim negotium tum privatum, tum publicum interesse respiciens.*

173 *Eaque propter ad dismembrationem non est deveniendum, nisi citatis, auditisque iis omnibus, qui contradicendi jus habent.*

174 *Hujusmodi actio est popularis, ac consequenter quilibet audiri debet.*

175 *Quilibet tueri, ac vindicare potest jus, favorem, ac libertatem propriæ Ecclesiæ.*

176 *Adeoque comparere quilibet potest pro tali jure vindicando, tuendoque, & tamquam legitimus contradictor debet audiri.*

177 *Parochianis injuste dissentientibus potest Episcopus ad Parochiæ dismembrationem devenire.*

178 *Vel his Parochiæ dismembrationem absque necessitate petentibus, dismembratio omnino est evitanda, negandaque.*

179 *Limita, si Parochiani dismembrationem justis de causis efflagitantes sese obligent ad congruam novo Parocho suppeditandam.*

180 *Nisi Parochus matricis Ecclesiæ se ipsum obliget ad Cappellani deputationem, retentionemque, ut Parochianorum indigentiis præsto esse va-*

valeat; & num.284. *ubi redditur ratio*.

281 *Reprobatur* Monacelli in formul. legal. pract. part.2. tit.2. formul.3. num.6. *contrarium statuens, innixus auctoritate Sacræ Congregationis Concilii in diversis circumstantiis loquentis*, & sub n.288.

282 *Auctoritates, & exempla minime debent attendi, ubi diversæ casuum militant circumstantiæ*.

285 *Ex Tridentino Concilio* in sess.21. de reform. cap.4. *tunc evitatur per deputationem Cappellani necessitas dismembrationis parochialis, quando illa expostulatur ob populi augmentum: ita et aliis in casibus videatur non deneganda dismembratio*.

286 *Argumentum refellitur, cum inter primum, & alios casus nulla assignabilis sit diversa ratio: eo ipso, quo Parochus exhibet Vicarii, seu Cappellani retentionem, ut populari necessitati queat consulere, in Ecclesia residendo, a qua petitur dismembratio*.

287 *Per parochialem dismembrationem minuitur populi concursus, & non levis emolumentorum amissio procreatur: quod satis est, ut Parochus dismembrationem curet impedire*.

288 *Limita, si Parochus nolit Vicarium propriis sumptibus retinere, hoc enim in casu audiri minime debet, neque parochialem dismembrationem potest impedire*.

289 *Vel, si Cappellanum propriis sumptibus retinere quidem velit, sed in loco non æque commodo, & sic non idoneo ad consulendum populari necessitati*.

290 *In parochiali dismembratione a Summo Pontifice peragenda, non est necessaria citatio Episcopi diœcesani, cum Summus Pontifex illo etiam invito, quandocumque voluerit, Parochiam valeat dismembrare*.

291 *Idemque intelligendum de unionibus Parochiarum, vel beneficiorum*.

292 *Quæcumque dismembratio Ecclesiæ, vel beneficii speciali, expressaque Pontificis auctoritate completa, semper valida est præsumenda, nullum in se obreptionis, vel subreptionis vitium continens*.

293 *Limita, si agatur de dismembratione in vim Pontificii rescripti peracta*.

294 *Rescriptum Pontificium obreptitie, vel subreptitie obtentum, ipso jure nullum est*.

295 *Quando dismembratio fit auctoritate, ac beneplacito Apostolico, tunc Summus Pontifex utitur supremo jure, quo fruitur in rebus Ecclesiasticis*.

Et sic illo utendo, justa præsertim concurrente causa, nemini vel Episcopo, vel tertio injuriam irrogat. Ibidem.

296 *Quando fit dismembratio vigore Apostolici rescripti, tunc negotium ad juris formam, & rigorem reducitur, & Apostolici rescripti vis, & efficacia a veritate narratorum pendet*.

297 *Ea est rescriptorum natura, atque indoles, ut in ipsis semper insit tacita conditio*: Si preces veritate nitantur.

298 *Deficiente narratorum veritate, litteræ, seu rescriptum Pontificium est ipso jure nullum, ex defectu intentionis Pontificis rescribentis*.

299 *Requiritur beneplacitum Apostolicum in iis præsertim dismembrationibus parochialibus, quæ factæ fuerunt cum onere matricis Ecclesiæ*.

Et hujusmodi defectus efficit actum ipso jure nullum, & invalidum. Ibidem.

300 *Qui contendit validam fuisse dismembrationem, tenetur probare dictum Apostolicum beneplacitum intervenisse*.

Dummodo tamen aliunde concludenter

ter probetur, quam ex Partium assertione. Ibidem.

201 *Ad validitatem dismembrationis debet ex* regula 22. Cancellariæ *exprimi verus annuus valor, secundum communem utriusque Ecclesiæ, seu beneficii æstimationem.*

202 *Verba* d. regulæ 22. Cancellariæ: Et idem voluit observari in quibusvis suppressionibus perpetuis, concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus etiam, de quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis: *addita fuerunt* a Clemente VIII.

203 *Tempore Mandosæ, qui contrarium sentit ad* eandem regulam 22. Cancellariæ, quæst. 4. & 13., *verba ejusdem* regulæ 22. *non erant, quemadmodum hodie, ita ampla, cum ipse scripserit super regulis Julii III., cujus tempore nondum aderant illa verba*: In quibusvis suppressionibus perpetuis &c.

204 *Veræ Parochiarum, vel beneficiorum dismembrationes subjacent* regulæ 13. Cancellariæ.

205 *Et istæ ineffectuatæ a Summo Pontifice successore revocantur.*

206 *Idem intelligas quoad dismembrationes partis fructuum ad easdem Ecclesias, eadem ve beneficia pertinentium.*

207 *Verba* d. regulæ 13. Cancellariæ: Eorumque domibus, prœdiis &c. *a* Clemente VIII. *primum apponi consueverunt.*

208 *Ne subjaceant* regulæ 13. Cancellariæ *dismembrationes, curandum est, ut effectum suum plene sortiantur vivente Summo Pontifice, qui eas explevit, vel ante renovationem ejusdem* regulæ 13.

209 *Ut dicatur effectum suum sortita dismembratio, requiritur in novo Parocho, seu Rectore Ecclesiæ noviter erectæ, ejusque bonorum, ac jurium capta pacifica possessio.*

210 *Remanet ineffectuata parochialis dismembratio, si conditiones in dismembrationis actu adjectæ, minime fuerint adimpletæ.*

211 *V. g. ob non adimpletam conditionem adsignationis congruæ dotalis, a sacris Canonibus omnino præscriptæ pro nova Parochiæ erectione.*

212 *Excluditur quoque veræ parochialis dismembrationis effectuatio, si adsignatum tantum fuerit annuum stipendium pro manutentione Vice-Parochi.*

213 *Tali stipendio non indigeret novus Parochus, si nova Parochia vere fuisset erecta, & constitutio dotis pro Parochi ab Episcopo erigente, per viam necessariæ conditionis adsignatæ, suum fuisset sortita effectum.*

214 *Amplia, si redditus parochiales per laicos administrentur: eo quod administratio redditnum parochialium, decimarum, oblationum, & similium ad Parochum privative pertineat.*

215 *Laici sibi nequeunt arrogare decimarum, oblationum, aliorumque parochialium redditiuum administrationem.*

216 *Item excluditur dismembrationis effectuatio ex Vice-Parochi deputatione, utpote repugnante dismembrationi parochialis Ecclesiæ in titulum conferendæ.*

217 *Tum ex enunciativis, in quibus regimini Ecclesiæ deputati Sacerdotes semper Vice-Parochi, Vice-Rectores, nunquam vero Parochi, Curati, & Rectores fuerint nuncupati.*

218 *Similiter ex inverisimilitudine.*

219 *Si v. g. præsentationes non fuerint expletæ ad formam instrumenti dismembrationis: cum verosimile non sit, quod ii, ad quos vigore d. instrumenti præsentatio Rectoris spectabat, jure ad se legitime pertinente usi minime fuerint.*

Expo-

EXposita, explanataque feliciter, ut speramus, ad unio-
nem Parochiarum attinente materia, nunc ad illam,
quæ circa earundem divisionem, seu dismembratio-
1 nem pertinet, descendimus. Ac primum, quem-
admodum ex demonstratis *in titulo* 10. *de unione pa-*
roch. Eccles. a num.2.ad 11. Ecclesiarum, vel beneficiorum unio
alia temporalis est, alia perpetua, ut inter cæteros tradunt *Gar-*
*zias de benefic. part.*1. *cap.*1. *num.*9., *Lancellot.Instit. canon. lib.*2.,
tit. de union. §.2., *Rebuff. in praxi benefic. tit. de unione benefic.*
*num.*6., *Hoyed. de incompat. benefic. cap.*3. *num*1., *Mandosa ad re-*
*gul. Cancell.*12. *quæst.*2., *ad reg.*22. *quæst.*4., *Fusc. de visit. lib.*2.
tit. de union. §.2., *Put.decis.*392. *num.*2. *lib.*2.; ita etiam Ecclesia-
rum, vel beneficiorum divisionem, seu dismembrationem, al-
2 teram temporalem ad commodum, tempus, & ad vitam alicu-
jus concessam, & alteram vero perpetuam esse ex demonstratis
adparebit. Quæ in perpetuum perficitur, realis quoque nuncu-
3 patur, & hæc in dubio semper præsumitur, cum videlicet de di-
visione quidem constat, non autem de illius qualitate, arg. *cap.*1.
Ne Sede vacante, junctis iis, quæ supra diximus in *d. titulo* 10.
*num.*9. Altera vero, quæ temporalis dicitur, quæque talis appa-
4 rebit, quando v.gr. Summus Pontifex in Bulla divisionis asserat,
quod decedente persona, favore cujus permittitur divisio, ad
primum statum unio revertatur, ut observat *Cassador. decis.*2. *de*
union., *ac Put. d. decis.*2., personalis quoque nuncupatur, eo
quod personæ alicujus contemplatione efficiatur, & hæc ob ces-
5 sionem, vel mortem illius, cui fuit concessa, omnino evane-
scet divisio, arg. §.3. *Instit. de rer. dicis.*, *l.*3. §.*ult. Quib. mod.*,
usufruct. amitt., *l.*8. §.3. *de liber. leg.*

Quamquam, proprie loquendo, soleat a divisione dismem-
6 bratio distingui: quemadmodum præ cæteris docet *Garzias de*
*benefic.part.*12. *cap.*3. *num.*1., ubi ait dismembrationem contin-
7 gere, cum aliqua bona, seu fructus beneficii ab eo separantur, &
alteri applicantur, ac *d. part.*12. *cap.*4. *num.*1., ubi ait dismem-
brationem proximam esse divisioni, per quam beneficium di-
8 viditur, & secatur ex uno faciendo duo, vel plura beneficia:
hæc tamen distinctio generaliter, & late loquendo rejicitur: sed
9 dismembratio, ac divisio promiscue frequenter usurpantur, ut
pluries videbimus in præsenti, quam sumus tractaturi materia.
Dicam tamen in gratiam Tyronum, dismembrationem sumi
10 posse duplici sub adspectu, duplicique usui inservire. Quandoque
enim fit dismembratio, ut hujus ministerio, velut quodam præ-
ambulo, unio perficiatur, ex demonstratis in anterioribus titulis,
appli-

applicando alteri Ecclesiæ ea, quæ ab antiqua parochiali fuerunt 11
dismembrata, ex *Garz. d.num.1.*, juxta exemplum, quod nobis suppeditat *Rotalis decisio* 350. *cor.Lancetta*, ubi in principio hæc leguntur: *Ad instantiam* Willelmi *Zablatschide Tulchitz deventum fuit ad dismembrationem Pagi Kzermakovitz de dominio Maximiliani Ernesti, Wlassim existentis, ab Ecclesia parochiali Horno Kannicensi, & facta unio alteri Ecclesiæ Horno Dubnianæ &c.* ac recenter *cor. Zelada in Taraconen. rædificationis, & instaurationis Ecclesiarum* 19.*Jun.*1761. *num.*1. ibi; *Quo die Cardinalis Cervantes Tarraconensis Archiepiscopus in sac. visitatione an.*1763. *ab ejus Metropolitana, & parochiali Ecclesia dismembravit habitatores, & locum* della Canonia, *Ecclesiamque ibi extantem erexit in Vicariam perpetuam, eodem die hanc univit viciniori parochiali Ecclesiæ* del Mastricart, *jubens has geminas Ecclesias habendas esse pro una Ecclesia, curata, & Parochia ab uno regenda, & gubernanda Rectore ad instar aliarum Ecclesiarum ad invicem unitarum.* Et hoc in casu, nemo non videt quantum allucinentur ii, qui dismembrationis, 12
& unionis terminos confundunt, inter quos recensetur *Hostien. in cap.Ut nostrum sub num.6., ut Eccles. benefic. sine dimin. conferant.*, quem citat *Glossa in Clem.Si una de rebus Eccles.non alien.*, & quem reprehendit *Imola in eadem Clement. n.*12.

Quandoque vero, ut in titulo de erectione Parochiarum jam vidimus, & hic quoque adparebit, fit dismembratio, velut quoddam 13
præambulum, & necessarium ad novæ Parochiæ erectionem, ut in specie decisionis Rotalis *cor.Lancetta* 855., ubi in principio facti, ita legitur: *Dismembrationem Ecclesiæ, seu Cappellæ S. Joannis Baptistæ a Matrice, & parochiali Ecclesia Beringensi, illiusque respective erectionem in parochialem ad instantiam Suburbanorum &c.* tum etiam *cor. Card. Caprara in Constantien. Parochialitatis, & reintegrationis Parochiæ* 22.*Febr.*1747. §.14., ubi rejecta fuit antiquæ Parochiæ dismembratio, atque novæ erectio, ibi: *Nulla autem in casu, de quo agitur, concurrebat legitima causa dismembrandi Ecclesiam parochialem Matricem* de Gundlingen, *& constituendi Parochiam distinctam in Ecclesia filiali* de Oberrimbsingen &c. Interdum dismembratio nuncupatur sectio, & divisio, ut in *cap.* 14
Majoribus, ibique Glossa, verbo Divisionem *de præbend.* ibi: *Ex justa causa potest una præbenda dividi in duas cum vacat, si facultates sufficiant ... ut unus unam medietatem habeat, & alius alteram:* Frequenter etiam separatio, ut in folio Sacræ Congregationis 15
Concilii in *Asculana dismembrationis* 11.*April.* 1739., ubi in decreto dismembrationis ab Episcopo factæ, hæc habentur: *Separamus, dividimus, & dismembramus*. Unde liquet exitu inspecto, hæc vocabula: dismembratio, separatio, sectio, & divisio,

16 sio, esse synonima, & æque posse usurpari ad idem significandum.

Divisionis ergo nomine nihil aliud intelligimus, quam actum illum, quo ex una Ecclesia, vel ex uno beneficio, duæ, aut plu-
17 res Ecclesiæ, duo, aut plura beneficia, Ecclesiastica auctoritate constituuntur, ad tradita ab *Azor. instit. moral. lib. 5. cap. 30. vers. Vigesimo quarto*, ac si non verbis, saltem in substantia, docent *Garz. de benefic. dict. part. 12. cap. 3. num. 1.*, *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 56.* Fieri possunt parochialium, aliorumve beneficiorum divisiones ab iis, a quibus & unio-
18 nes, eademque auctoritas in dismembrationis actu requiritur, quæ in illo unionis intercesserat, ut generaliter loquendo præcipit textus *in L. Nihil ff. de reg. jur.*, & monent *Card. de Luca de alien. disc. 5. num. 9.*, *& Bald. cons. 26. num. 1.*, ac in præcisis terminis revocationis unionis constanter tuentur *Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 307.*, *Petr. Perusin. de revocat. union. cap. 5. per tot.*, *Rebuff. in praxi benefic. tit. de union. num. 24.*, *Rota cor. Card. Matthæjo in Hildesinen. optionis super dismembratione 28. April. 1752. §. finali*.

Hinc Summo Pontifici, quod luce meridiana clarius est, jus, & facultas competet dividendi, ac dismembrandi Parochias,
19 vel beneficia, quotiescumque id expedire judicaverit: quemadmodum notat *Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 30. vers. Quinto*. Illique soli reservata est auctoritas, & arbitrium, justa id exigente causa, supprimendi, dividendive Episcopales quoque
20 diœceses, ex doctrina *Cœlestini III. in cap. 8. de excess. Prælat.*, *juncto can. 3. caus. 10. quæst. 3.*, *cap. 33. de præb.*, *cap. 7. de donat.*, *can. 53. ibique Turrecrem. vers. Nec etiam Concil. caus. 16. quæst. 1.*, *ac glossa in cap. Sicut unire*, *verb.* Pertinere *num. 1. de excess. Præl.*, *Silv. de benefic. in 2. part. quæst. 2. num. 10.*, *Benedict. XIV. in Constit. 50. incip. Injuncta nobis* §. 9., tum in ejus allocutione incip. *Perspectum nobis*, habita in Consistorio secreto *fer. 2. die 5. Jul. 1751.*, super suppressione Patriarchatus Aquilejensis, & erectione duorum Archiepiscopatuum Utinensis, & Gorinensis §. 4., impressa in *appendice ad tom. 3. sui Bullarii num. 111. a pag. 544.*, *ac Rota cor. Card. Falcon. de officio Ordin. decis. 10. sub num. 3.*

Subjiciebatur, ut ignorat nemo, Patriachatus Aquilejensis quoad temporalia tam Venetæ Reipublicæ, quam Austriacæ Fa-
21 miliæ: sed circumstantiis, justisque causis id exigentibus, ex communi Venetæ Reipublicæ, & Austriacæ Familiæ consentione, dictum Patriarchatum suppressit, atque divisit S.P. *Benedictus XIV.*,
22 & ex illo sic suppresso, & diviso, duos Archiepiscopatus Utinensem

ſem videlicet, & Goritienſem ſequenti modo erexit. Pro diœ-
ceſi Archiepiſcopatus Utinenſis conſtituit, & deſignavit totum il-
lum regionis tractum, qui Reipublicæ dominio erat ſubjectus,
& a ſuppreſſo Patriarchatu antea obtinebatur, regebaturque: ut 23
legere eſt in *cit. Conſtit.* 50. §. 10. In ſuffraganeos dicti Archie-
piſcopi Utinenſis conſtituit omnes illos Epiſcopos, quorum Ec-
cleſiæ Cathedrales in Reipublicæ dominio exiſtebant, & qui pri-
mum Patriarchæ Aquilejenſi ſubjiciebantur *d.* §. 10. *poſt medium*. 24
Pro diœceſi Archiepiſcopatus Goritienſis conſtituit, adſignavit-
que illam partem, quæ Auſtriacorum Regum dominio ſuberat,
& quæ per Vicarium Apoſtolicum Epiſcopali charactere præditum
a Sancta Sede, & ad ejus beneplacitum inibi conſtitutum, in ſpi-
ritualibus gubernabatur, dempto ipſi Vicario Apoſtolico guber- 25
nio, aliiſque privilegiis, *dict. Conſtit.* 50. §. 11. Atque in illius
Suffraganeos conſtituit omnes Epiſcopos, quorum Eccleſiæ Ca-
thedrales in temporali Auſtriaca ditione conſiſtebant, quique Pa-
triarchali Eccleſiæ antea ſubjiciebantur, *dict.* §. 11. *poſt medium*. 26

Habent quoque Legati præſertim a latere facultatem dividen-
di Eccleſias, vel beneficia, teſte *Azorio Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. 27
cap. 3. *quæſt.* 5. Eodemque privilegio, ac jure fruuntur Epiſco-
pi, ſub quorum nomine alios quoque comprehendo Prælatos Epi-
ſcopis ſuperiores, & Ordinarios, ex iis, quæ habentur in *cap.* 8. 28
de exceſſib. Prælat., *junctis can.* 3. *cauſ.* 10. *quæſt.* 3., *cap.* 33. *de
præb.*, *cap.* 7. *de donat.*, *Azor. loco cit.*, *Rebuff. in praxi*, *tit. de
union. num.* 16., *Peruſin. eod. tract. cap.* 4., *Card. de Luca de
Paroch. diſc.* 35. *num.* 8., *Federic. de Senis conſ.* 263.; ex qui-
bus liquet Epiſcopum dividere poſſe, juſta id expoſtulante cauſa,
Eccleſias unitas etiam ab ipſo Summo Pontifice, vel ejus Lega- 29
to: eo quod Papa tales Eccleſias uniendo noluit Ordinarii pote-
ſtati derogare. Ordinarii autem Prælati Epiſcopo inferiores,
quamquam ex conſuetudine legitime præſcripta, vel privilegio
unire Eccleſias quandoque valeant, non inde tamen ſequitur iſtos 30
etiam poſſe Eccleſias dividere, ut optime ratiocinatur *Azor. loc.
cit*, *ac Rebuff. dict. tit. de union. num.* 20.; quandoquidem Eccle-
ſiarum, vel beneficiorum uniones, ac diviſiones ſunt inter ſe ſe
omnino contrariæ, atque diverſæ, ac proinde quamcumque re- 31
ſpuentes illationem, juxta notiſſimam regulam a Juriſconſ. tra-
ditam *in L. Papinianus ff. de minor.*, de qua *Rota in Præneſti-
na Cappellaniæ*, 13. *Jun.* 1755. §. 9. *cor. Paracciano*, *& in Sa-
binen. immiſſionis*, 10. *Decemb.* 1756. §. 12. *cor. Canilliac*.

Præter adductam rationem a diverſitate petitam, & alia in
promptu eſſe poteſt in hoc ſita, quod nil magis alterat Eccle-
ſiarum præſertim parochialium, ac curatarum ſtatum, quam iſta-

32 rum suppressiones, uniones, divisiones, seu dismembrationes: ut
ait *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 1. ibi: *Quæ alterant Ecclesiarum statum, presertim curatarum, sive Collegiales sint, sive simplices, tria sunt, sectio, seu dismembratio, suppressio, & unio*:
Hinc quemadmodum ex passim demonstratis in *titulo* 10. *&*
11., in unionis materia semper stricta sumenda est interpretatio;
33 ita etiam in illa dismembrationis, arg. *extravag. Ad Apostolicam*
2. *de concess. Præbendæ*, ita ut concesso privilegio pro dismembranda Parochia, tale privilegium ita stricte, ac rigorose interpre-
34 tandum sit, ut tantum sapiat, quantum littera sonat, per *textum in d. Extravag. Ad Apostolicam*, *Rot. cor.* Carillo *decis.* 159. *n.* 16., *cor. Duran. decis.* 14. *num.* 6. *& decis.* 92. *num.* 45., *& cor. Canilliac in Aurien. Vicariæ*, 5. *Febr.* 1743. §.12. Excipiendi tamen sunt ii Prælati Episcopo quidem inferiores, sed quasi Episcopali jurisdictione insigniti, qui Ecclesias, & beneficia ad propriam jurisdictionem attinentia possunt dividere, ac dismembrare: eodem
35 modo, quo illa valent juxta causarum exigentias unire: ut demonstravimus in *cit. tit.* 10. *num.* 144.

Quæ cum ita sint, ne Vicarius quidem generalis, poterit
36 sine speciali Episcopi mandato parochiales Ecclesias, vel beneficia dividere; *Turricell. de union. benefic. cap.* 6. *num.* 54., *Sbrozz. de offic. Vicarii lib.* 2. *quæst.* 115. *num.* 3., *& seq.*, *Garz. de benefic. part.* 12. *cap.* 2. 4., *Rota cor. Lancetta decis.* 855. *num.* 1. *& decis.* 876. *num.* 3., *cor. Em. Falcon. decis.* 34. *num.* 2. *& seq.*, *in miscell.*, *cor. Crispo decis.* 221. *num.* 2. Quin faceffat, quod Vi-
37 carius generalis amplissimas habeat ab Episcopo indultas facultates, ut observant *Passerin. in cap. Cum generali de offic. Vicar. in* 6., *quæst. un. art.* 1. *num.* 15. *& seq.*, *Ventrigl. in praxi part.* 2. *annot* 14. §.1. 2., *ibique Anton. de Luca n.* 6., Rota *cor. Lancetta dict. decis.* 855. *num.* 1., *& decis.* 876. *num.* 3., *& cor. Crispo dict. de-*
38 *cis.* 221. *num.* 2. Dismembratio enim est vera alienationis species; *Abbas ad cap.* 3. *Ad audientiam in* 1. *notab. de eccles. ædific.*, *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 4. *in princ.*, *Card. de Luca de Paroch. disc.* 35. *num.* 6., *Lap. alleg.* 66. *num.* 3. *&* 5., *Achil. decis. un. de reb. eccles. non alien.*, *Rota decis.* 68. *num.* 1. *part.* 7., *decis.* 90. *sub num.* 8. *part.* 10. *recent*,, *& cor. Falcon.*
39 *dict. decis.* 34. *sub num.* 2. Adeoque, cum ob istas, aliasque similes alienationes speciale mandatum exigatur in Procuratore; *Sbrozz. dict. lib.* 2. *quæst.* 116. *num.* 6., *Rota cor. Falcon. dict. decis.* 34. *sub num.* 2., exigitur per consequens etiam in Vicario
40 generali Episcopi, utpote quo ejusdem Procuratore, ut docent *Barbosa de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 54. *num.* 76., *Ventrigl. dict. part.* 2. *annot.* 14. §. 1. *num.* 31., *Pax Jordan. elucubr.*

rubr. canon. part. 1. *lib.* 12. *tit.* 1. *n.* 160., *Rota coram Ubaldo decis.* 865. *num.* 3., & *cor. Falcon. dict. decis.* 34. *num.* 3.

Idemque velim intelligas eo in casu, in quo Vicarius generalis communiter judicetur necessaria jurisdictione, & delegatione munitus: quia hæc communis credulitas, & hic error circa 41
Vicarii jurisdictionem, & specialem licentiam, minime est attendendus in dismembrationis odiosa materia: ut observat *Ro-* 42
ta cor. Lancetta dict. decis. 855. *num.* 4., & *dict. decis.* 876. *n.* 12. Quin refragetur argumentum desumptum a famigeratissima *Lege Barbarius ff. de offic. Prætoris*, ubi proposita specie de servo fugitivo, qui Romæ Præturam obtinuit, & obtentæ Præturæ officium gessit, sub communi opinione, quod liber esset, talisque officii capax; cumque dubitaretur de actis ab eo gestis, ratione æquitatis responsum fuit a Jurisconsulto nil esse reprobandum. Nam species de qua in *dict. leg.* agebatur, longe diversa est a præsenti casu: cum æquitas a dicto textu discendens locum habeat in casu, quo titulus a Superiore collatus sit nullus ex aliquo occul- 43
to vitio, & latente defectu: ut explicat *Mascard. de probat. conclus.* 648. *num.* 91. & *seq.*, *cum concord.*, *ac Rota dict. decis.* 855. *num.* 5., & *decis.* 876. *num.* 13. *cor. Lancetta*. Secus vero, ubi agitur, quemadmodum nostro in proposito, de substinendo actu ab eo gesto, qui jurisdictionem a jure pro eo gerendo, minime 44
retinet, ut Rota prosequitur in *dict. decis.* 876. *num.* 14. Neque etiam valebit dismembratio a generali Episcopi Vicario facta, dum Episcopus a diœcesi aberat: quia talis absentia Episcopi, apta 45
minime est ad ampliandam Vicarii facultatem, nisi in casibus a jure permissis, ad *textum in cap. Cum nullus de temp. ordin. in* 6., *Rot. cor. Coccino decis.* 652. *num.* 10. & *seq.*, *cor. Lancetta dict. decis.* 876. *num.* 5., & *cor. Crispo dict. decis.* 225. *num.* 4., ubi ait hanc facultatem adhuc residere penes Episcopum, qui talem dismembrationem extra territorium, seu diœcesim perficere ad- 46
huc valet: in quo concordat *Rota cor. Coccino dict. decis.* 652. *num.* 8. & *seqq.*

Si vero sermo sit de Capitulo Cathedrali, sede Episcopali vacante, inter indubia constituitur ab *Azor. Instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *quæst.* 5., & *a Rebuffo in praxi benefic.*, *tit. de union. num.* 19., illud posse in iis omnibus casibus, in quibus poterat Episcopus, Ecclesias, vel beneficia dismembrare, ac divi- 47
dere. Eo quod Capitulum Sede vacante succedat Episcopo in iis, quæ sunt illius jurisdictionis, per *textum in cap. Unire de maj.* & 48
obed. in 6., *ibique gloss.*, *ac Doctores*, *Sbrozz. de offic.* & *potest. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 1., *ac Rot. cor. Molin. decis.* 436. *num.* 34. ac consequenter etiam in facultate dictas Ecclesias, vel beneficia

49 justa de causa dividendi : cum talis divisio a Sacris Canonibus inter Episcopalem jurisdictionem recenseatur, per *textum in cap. Ad audientiam de Eccles. ædific.*, *Azor. dict. cap.* 30. *quæst.* 23., *Petr. Perusin. de union. cap.* 1., *Rot. cor. Lancetta dict. decis.* 676. *num.* 4. & 14.

Notanda hic sunt illa verba, quæ frequenter adjeci: *justa de causa*: *justis id expostulantibus causis*: nam generaliter loquendo,
50 si Summum Pontificem excipias, quod a nemine controvertitur, ad *text. in cap. Majoribus de præb.*, *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 43., nemo Summo Pontifice inferior facultatem
51 habet parochialia, vel non parochialia beneficia dismembrandi, juxta canonicam sanctionem Concilii Turonensis, *cap. Majoribus*, *cap. Tuæ*, *cap. Dilectus de præb.*, *Garz. de benefic. part.* 12. *cap.* 4. *num.* 2., *Lotter. dict. quæst.* 28. *num.* 2. & 43., Rot. *decis.* 578. *num.* 1. 7. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*, ac præsertim *cor. Figueroa in Valentina jurisdictionis super manutentione*, 10. *Martii* 1755. §. 7. 11. 12. 15., ubi Parochiæ dismembratio omnino excluditur. Atque id adeo stricte interpretatur, ut in qualibet dubietate semper sit
52 pronunciandum contra divisionem : *Rota coram Matthæjo in Celsonen. annuæ præstationis* 9. *Junii* 1752. §. 10., ac consequenter semper alleganti rigorosum onus incumbat talem divisionem con-
53 cludenter probandi; *Angel. de Perus. tract. de revoc. union. cap.* 2., Rebuff. *eod. tit. num.* 10. 25., *Garz. de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 307., *Turricell. de union. cap.* 12. *num.* 19. & *seq.*, *Rota cor. Mantica decis.* 29. *n.* 4., & *cor. Matthæjo dict.* §. 10.; idque multo
54 magis, quando unio esset Ecclesiæ favorabilis, ut prosequitur *Rota cor. Matthæjo in cit.* §. 10.

Permittitur tamen a Sacris Canonibus, quando copulative con-
55 currant justæ causæ, & juris solemnitates; *Cap. Vacante*, *cap. Cum causam de præb.*, ac *gloss. in cap. Majoribus eod. tit.*, *cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien.*, *Clem.* 1. *eod. tit.*, *Abb. in dict. cap. Vacante*, & *in cap. Ad audientiam num.* 2. *de eccl. ædific.*, *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 4., *Pignatell. tom.* 4. *consult. ult. num.* 7., *Rota apud Garz. dict. cap.* 2. *num.* 3., *tum apud Card. de Luca de Paroch. disc.* 33. *num.* 6., *decis.* 68. *num.* 9. *part.* 7., *decis.* 29. *n.* 1. *part.* 13., *decis.* 578. *num.* 1. & 7. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* Quod si absque causarum exigentiis, & requisitis solemnitatibus facta fue-
56 rit divisio, erit ista ipso jure nulla, atque irrita, *Can. Sine exceptione caus.* 12. *quæst.* 2., *cap. Dudum de rebus Eccles. non alien.*, *Lotter. dict. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 4.; quod Sacra Congregatio Concilii pluries declaravit, sed præsertim *in Cassanen. dismembrationis* 3. & 17. *Decemb.* 1740. *ad* 1. *dub.*, *thesaur. resolut. pag.* 101., ac pluries quoque Sacrum Rotæ Auditorium apud *Lotter. loco cit.*,

tum

tum decis. 330. *num.* 4. *&* 5. *part.* 12. *recent.*, *& cor. Vicecom. in Constantien. dismembrationis*, 16. *Jan.* 1739. §. *Fundamentum*.

Id respectu Ordinarii indistincte est intelligendum, sive facta fuerit dismembratio plenarie, seu æque principaliter, sive 57
subjective: quandoquidem Sacri Canones absolute exigunt justas causas, & juris solemnitates, nulla habita distinctione: adeoque cum Lex non distinguat, neque nos, in hac præsertim odiosa 58
materia, debemus distinguere, ad *L. Non distinguemus ff. de recept. arbitr.*, *Rot. cor. Molin. decis.* 846. *num.* 100., *cor. Ansaldo decis.* 165. *num.* 16., *cor. Amadeo in Firmana eleemosynæ missæ Conventualis*, 12. *Febr.* 1751. §. 11. Dixi: *respectu Ordinarii*: ut excipiatis Summum Pontificem, cujus auctoritas supplet omnes so- 59
lemnitates, atque defectus, *ad L.* 2. *Cod. Quando decret. opus non est*, *Corrad. in praxi benefic. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 70., *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 4., *Dec. cons.* 141. *num.* 1., *& cons.* 127. *num.* 15., *Abb. cons.* 41. *num.* 3. *vol.* 1., *Paris. cons.* 26. *num.* 16. Dixi insuper: *sive facta fuerit dismembratio plenarie*, *seu æque principaliter*, *sive subjective*: ut intelligatis, has duas esse species, per quas Parochia- 60
rum, vel beneficiorum divisiones peragi possunt. Prima, quæ plenaria, seu æque principalis nuncupatur, est vera divisio, eo quod ex una Parochia, ex uno beneficio, ex uno titulo, duæ 61
Parochiæ, duo beneficia, duo tituli constituantur inter se omnino distincti, ut observat *Lotter. de re benefic. dict. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 97. Altera, quæ subjectiva, & accessoria dicitur, ad dif- 62
ferentiam prioris vera, ac propria non est, eo quod Ecclesia divisa a priori adhuc dependeat, nec duo constituantur tituli, sed unus adhuc remaneat, *Rota cor. Em. Elephantutio in Æsina parochialis* 12. *Jun.* 1752. §. 10. *&* 11. Sed de hisce duabus speciebus sequenti in titulo speciali modo agemus.

Ac primum, ad causas quod attinet, quibus parochiales Ecclesiæ, earumve redditus, ac fructus dismembrari, ac dividi possunt, reducuntur istæ ad utilitatem, & necessitatem Ecclesiæ, 63
Can. 49. *caus.* 16. *quæst.* 1., *cap.* 33. *de præb.*, *Rebuff. in praxi*, *tit. de revoc. union. num.* 6., *Azor. Instit. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *quæst.* 20., *de Sanctis Exam. Consistorial. cap.* 11. *num.* 108., *Franc. de eccles. cathed. cap.* 8. *num.* 487., *Rigant. ad regul. Cancell.* 22. *num.* 82. Debet autem utilitas esse evidens, & necessitas quoque 64
evidens, præcisa, & absoluta, *cap.* 1. *de rebus Eccles. non alien. in* 6., *Corrad. in praxi lib.* 3. *cap.* 2. *sub num.* 7. *in fine*, *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 30., *Rota decis.* 578. *num.* 1. *&* 7. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*, *decis.* 288. *num.* 8. *cor. Ludovisio*, *postea Gregorio XV.*, *& cor. Figueroa in Eystetten. decimarum* 4. *Jul.* 1755. §. 5. Idest, debet esse talis naturæ, ut nullum aliud remedium habe-

65 haberi, aptarique valeat, ad *textum in L. Magis puto §. Non passim*
ff. de reb. eor. ibi: *Si igitur deprehenderit non posse aliunde exsolvi*:
Jo. Chalv. in Lexico jurid. verbo Necessum, Lotter. loco cit. num. 31.,
Rota apud eundem dict. num. 31. 32. Est enim hujusmodi dismem-
bratio subsidiarium, & extraordinarium remedium, ac conse-
quenter tum demum ad hujusmodi extremum est deveniendum,
66 cum nullum aliud minus odiosum, & exorbitans suppetat, at-
que aliter nequeat provideri, quemadmodum docet *Rota dec.* 484.
num. 4. *part.* 1., *decis.* 223. *num.* 11. *part.* 6., *decis.* 588. *num.* 6.
& 7. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.*, *decis.* 289. *num.* 7. *&* 12. *cor. Card.*
Crescentio, *& cor. Figueroa in dict.* §. 5. *in fine*.

Utilitas quidem, atque necessitas dismembrationis requiritur:
sed insuper de hac in processu indispensabiliter efformando con-
67 stare debet: cum hæc non debeat pendere ab assertione partium,
vel etiam Episcopi, aut alterius dismembrationem auctorizantis,
ut post *Gemin. & Anchar.* deducit *Franch. in cap.* 1. *de reb. Eccles.*
non alien. n. 1., *Faguan. in cap.* 3. *ad audientiam n.* 29. *de Eccles.*
ædific., *Corrad. in praxi lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 8., *Nicol. lucubr. jur. canon.*
lib. 3. *cap.* 48. *tit. de eccles. ædific. n.* 1. *vers. Non vero*, *Monacell. in*
formul. eccl. tom. 1. *tit.* 2. *form.* 2. *n.* 4., *Pignatell. tom.* 4. *con-*
sult. 226. *n.* 18., *Rot. apud Lotter. d. quæst.* 28. *n.* 33., *decis.* 224.
n. 15. *part.* 10., *& cor. Figueroa in d. Eystetten. decimarum* §. *fin.*
68 Cæterum non exigitur hanc ad rem scrupulosa processus efforma-
tio, ut observat *Lotter. ut sup. n.* 34. *Lap. alleg.* 66. *sub n.* 1. *vers.*
Quæritur quod remedium, *Corrad. ut supra*. Sufficit enim, si id
fieri potest, pro causæ, ac necessitatis verificatione, ac justitia,
69 ut Ordinarius ad locum accedat, attenteque inquirat utrum id nec
ne expediat: ut monet *Corrad. loc. cit*, *Lotter. ut sup. n.* 35. Quan-
doquidem longe melius Ordinarius, vel ejus Delegatus ex ipsa
70 ostensione facta percipiet, quam ex sola locutione: *ad textum in*
Cap. Apostolicæ de donat., *Corrad. ut sup. sub n.* 9. ibi: *Sunt quædam*,
quæ melius ostensione facta percipiuntur, *quam ex locutione*: Atque
probatio, quæ, ut ajunt, ad oculum fit, aliam, quæ ex simplici
71 locutione proficiscitur, longe vincit, ac superat, *ad* §. *Agnatio-*
nis Instit. de grad. cognat., *Corrad. ibidem*. Quod a Sacra Rota pari
modo declaratur in alia facti specie ad materiam confinium per-
tinente, *decis.* 742. *cor. Molin. n.* 3. ubi ait ocularem inspectionem
72 in materia præsertim confinium superare omne genus probatio-
num; in quo concordat *textus in L. Si irruptione* §. *Ad officium ff.*
fin. regundor., *Bursatt. cons.* 111. *n.* 12., *& post Natt.* tradit *Surd.*
decis. 300. *num.* 11. Debet tamen id omne ad actum publicum redi-
73 gi; alias non staretur Ordinarii, vel Delegati assertioni, quod lo-
cum ipsum vidisset, & negotium tali in statu reperisset; *Cap. Quo-*
niam

niam contra de probat., *Lotter. ut sup. n.*36., *Soccin. conf.*47. *lib.*4. *n.*15., *Aym. conf.*171. *n.*7.

Præjacto itaque fundamento, jurisque inconcusso principio, quod in parochialibus, aliisve Ecclesiis dismembrandis, requirantur causæ, quæ ad earundem Ecclesiarum præcisam, absolutamque necessitatem, atque evidentem utilitatem reducuntur, nunc circa ipsas causas aliquantisper immoremur. Ac primum regula generalis est, Ecclesiam dividi posse easdem ob causas, ob quas 74
unita fuit, vel esset unienda, juxta ea, quæ tradit *Severol. in sua dissert. n.*4. *post Piton. part.*2. Quam ob rem, si duarum Parochiarum unio efformata fuit, ita expostulante necessitate odiorum, ac litium inter Parochianos componendarum, pari modo illarum 75
dissolutio, ac divisio erit necessaria ad sedanda inter ipsos Parochianos acriter, & magno non sine scandalo ardentia dissidia, ex notatis a *Pitonio de controv. patron. alleg.*63. *sub n.*17. *in fine*, ac in specie juxta resolutionem sacræ Congregationis Concilii in *Syracusana dissolutionis unionis* 27. *Jan.*, 10. *Jun.*, & 17. *Novemb.*1703., ubi duarum Parochiarum divisio concessa fuit cum independentia unius ab altera ad sedandas tales lites inter Parochianos acerrime obortas, juxta modum tamen ab Emo Præfecto præscribendum, & salva matricitate antiquæ Ecclesiæ, *lib.*53. *decret. pag.*39., quæ refertur in folio Congregationis habitæ 15. *Jan.*1735. §. *Pluries in causa Militen. dismembrationis*, *ut in thes. resol. pag.* 7.

Experientia equidem sæpissime demonstrat, quod discordias parit communio, atque unio, discordiæ autem magna procreant 76
præjudicia, *ad textum in L. Cum Pater* §. *Dulcissimi ff. de leg.*2., & *L. Re communi ff. de servit. urban. prædior.*, *ac Piton. d. alleg.* 63. *sub n.*17., proindeque ad discordias ab unione, & præjudicia a discordiis procreata dirimenda, nullum dari potest efficacius reme- 77
dium, quam illud a divisione mutuatum, *Bruneman. in L. In communione in princ. cod. comm. divid.*, *Piton. d. alleg.* 63. *sub n.*17. *in fine*, & *apud ipsum Gonzal. ad cap. Si Episcopum num.*3. *de Paroch.*, *Vivian. de jurep. lib.*8. *cap.*7. *n.*4. & *seq.*, *Card. de Luca de benefic. disc.* 1. *n.* 31. & *seq.*, *Anton. Faber de error. pragmat. decad.*98., *error.* 4. *circa finem*, *Borrell. conf.* 31. *n.* 1., *Urceol. consult. for.*72. *n.*8. & 9., *Rota decis.*70. *n.*1. *part.*18. *rec.*, & *decis.*220. *n.*3. *cor. Kaunitz.* Contingit quandoque duos Parochos jura parochialia exercere in eadem domo in eodem Parochiarum confinio sita, & collocata. Hinc si duo hi Parochi inter se se discordent, & diffideant circa Sacramentorum administrationem, aliaque jura parochialia in dicta domo exercenda, ad has dirimendas controversias optimum erit, vel dictæ domus communionem penitus

penitus dissolvere, sub unius tantum Parochi regimine domum
78 constituendo; vel saltem perquam necessarium erit, ut exercitium parochialium officiorum, ac jurium per alternativam dividatur: quemadmodum tradit apud *Piton. de controv. patron. alleg.*8. *n.*9., *Franch. n.*4. ibi: *Tale exercitium dividi alternis vicibus, puta, quod uno anno recipiat* (idest familia d. domus in communione posita) *ab uno sacramenta, & divina audiat, & alio anno ab alio.... Eodem modo dividi sepulturam familiæ alternis vicibus*; in quo conveniunt *Barb. in cap. n.* 15. *de Paroch.*, *Arcan. in cap.*1. *de sepult. n.*14. *in fine*, *Card. de Luca de Paroch. disc.* 33. *n.* 4., *Pignatell. consult.* 12. *n.*63. *vers. Et hæc*.

Idemque intelligas de illa parochiali, aliave beneficiali Ecclesia, sita in confinio duorum Episcopatuum, circa quam adsit inter Episcopos, ad quos ipsa pertinet, dissidium, & dissonantia circa simultaneam collationem, neque valeant inter se convenire. Potest enim hoc in casu Metropolitanus, aliusve Superior ordinarius, dictam Ecclesiam in duas dividere, vel saltem Epi-
79 scopos cogere, ut alternis vicibus de illa provideant, *Glossa in can. Licet in regul. cau.*16. *qu.*3., *Innoc. in cap. Super eo de Paroch.*, & *Hostien. n.*7. ibi: *Si Ecclesia sit in medio Limitis, erit in duas Ecclesias dividenda, nisi ipsi possint inter se aliter convenire: quod si de illa non possint fieri duæ, Superior ordinabit, quod alternis annis, vel vicibus de ipsa disponant*: idemque legitur apud *Zabarell. in cit. cap. Super eo n.*7., *tum apud Jo. Andr. ibidem n.*2., & conveniunt *Panormit. in cap. fin. n.*1. *de sent. & re jud.*, *Jason in L. stipulationis n.*13. *in fine de verb. oblig.*, *Piton. alleg.*9. *n.*12., *Pignatell. tom.*5. *consult.*12. *n.*62. *vers. Et hanc*.

Fieri insuper possunt Ecclesiarum, vel beneficiorum divisio-
80 nes, si illæ cessaverint causæ, quæ illarum uniones efficaciter suaserunt, ad *textum in cap. fin. de Paroch. cum concord. per Rebuff. in praxi benefic. tit. de revocat. union. n.*1. & 2., *Garz. de benefic. part.*12. *cap.*2. *n.*302. & *seq.*, *Card. de Luca de Paroch. disc.*35. *sub n.*8. Eaque propter si novæ emergant causæ omnino contrariæ illis,
81 ob quas unio facta fuit, erit divisio permittenda; *Rebuff. ut sup. n.*6., *Azor. Instit. moral. part.*2. *lib.*6. *cap.* 28. *quæst.* 20., *Frances de Eccles. cathed. cap.*8. *n.* 487., *Rigant. ad regul. Cancell.*22. *n.*82. Hinc notabilis distantia ab Ecclesia parochiali, gravisque difficultas itineris, & accessus ad eamdem, legitimam possunt sup-
82 peditare parochialis Ecclesiæ dividendæ causam, *Cap.*3. *Ad audientiam de eccles. ædific.*, *Concil. Trid. sess.*21. *cap.*4. *de reform.*, *Fagnan. in d. cap. Ad audientiam n.*16. & *plurib. seqq.* & *n.*24., *Desargna de jurepatron. part.*2. *can.*31. *casu* 1. *n.*11., *Pignatell. tom.*4. *consult.*230. *n.* 1. 5. 7. 9., ac sacra Congregatio Concilii in *Lunen.*

Sar-

Sarzanen. erectionis parochialis, 16. *Jul.* 1712., *in Papien. dismembrationis*, 10. *April.* 1717., attenta trium milliarium distantia, & mediatione fluminis, difficultate, & periculo itineris, *in Marturanen. dismembrationis*, 24. *Martii* 1736., relata in folio distributo 24. *Jan.* 1739. §. *Jussus*, *ut in thes. resol. pag.* 12., *& in Firmana dismembrationis* 15. *Decemb.* 1759., ubi distantia habebatur sex milliarium, ut legere est in *tom.* 28. *thes. resol. pag.* 109. *&* 110., *ac Rota apud Pignatell. d. consult.* 230. *n.* 1., *decis.* 484. *n.* 3. *part.* 1. *decis.* 254. *n.* 6. *part.* 10., *decis.* 578. *n.* 2. *&* 3. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*, *& in Vasionen. augumenti servitii parochialis*, 12. *Jun.* 1733. §. *Objectum cor. Calcagnino*.

Notetis quæso illa verba: *notabilis distantia ab Ecclesia parochiali*: Si enim modica fuerit distantia, nunquam poterit esse sufficiens causa, ob quam deveniendum sit ad Parochiæ dismembrationem, ut notat *Pignatell. d. consult.* 230. *n.* 1., *ac Rota apud eundem loco cit.*, *& in d. decis.* 484. *n.* 3. *part.* 1 *recent.*; Sed debet esse talis, ut Parochiani magna absque difficultate, magnoque incommodo ad Ecclesiam accedere nequeant ob Sacramenta perci- 84
pienda, divinaque audienda officia, per *textum in d. cap. Ad audientiam*, *ibique Fagnan. n.* 2. *de eccles. ædific.*, *ac Concil. Trident. d. cap.* 4. *sess.* 21. *de reform.*, *Pignatell. d. consult.* 230. *n.* 1. *&* 5., quod pariter eruitur ex sacra Congregatione Concilii in citatis locis, tum in *Leodien. Vicariæ* 10. *Martii* 1760. §. *Leodien.*, *& in Mileten. erectionis Cappellaniarum* 22. *Martii d. anni* 1760 §. *Contendunt*, *tom.* 29. *thes. resol. pag.* 53. *& seq.*, *ac Rota in citatis decisionibus*, *tum etiam in decis.* 263. *n.* 23. *cor. Card. Crescentio*.

Item notetis illa verba: *gravisque difficultas itineris*, *& accessus ad eandem*: Non enim erit attendenda illa difficultas itineris, & accessus, quæ levis sit, & modici momenti vel accidenta- 85
lis, ac discontinua, juxta ea, quæ traduntur in folio sacræ Congregationis Concilii *in Constantien.* 30. *Maii* 1761. §. *Pro parte*, ubi variæ referuntur ejusdem Sacræ Congregationis resolutiones, *tom.* 30. *thes. resolut. pag.* 110., in quo concordat sacrum Rotale Auditorium coram Emo Caprara præsertim *in Constantien. Parochialitatis*, *& reintegrationis Parochiæ* 22. *Febr.* 1747. §. 14. ubi notanda sunt illa verba: *Rursus quod iter diurno*, *& nocturno tempore est tutum*, *quodque via est lata*, *plana*, *& facilis*, *nullis intersecata fluminibus*, *nullisque inundationum obnoxia impedimentis*; *& licet per brumales pluvias effici soleat lubrica*, *non per hoc tamen evadit impervium*: Idque etiam intellige quamvis interjectum flumen existat: cum huic incommodo, & impedimento consuli 86
valeat pontis ministerio, vel alio modo, ut tradit *Pignatell. loco*

 cit.

cit.; tum etiam si quandoque ob fluminis violentiam pons rumpatur: eo quod tale impedimentum sit rarissimum, & accidentale, & omnino exigatur, quod impedimentum, de quo agimus, assiduum sit, atque perpetuum, per tradita *a Cost. de remed. subsid. remed. 75. princ., Pignatell. ut sup. num. 2., ac Rota d. decis. 484. num. 5. part. 1., & decis. 68. n. 8. part. 7. recent.* Debet ergo difficultas itineris, & accessus ad parochialem Ecclesiam, talis, ac tanta esse, ut ob flumen interjectum, vel ob viam montuosam, asperam, lutuosam, arduam, tempore præsertim hyemali, aut pluvio, ad Ecclesiam nequeant Parochiani pro suscipiendis sacramentis, sine magno incommodo, aut ne dum corporis, sed animæ etiam
87 periculo accedere, ita ut varii vel sine sacramentis decedant, vel decedere pro certo valeant, *per d. cap. Ad audientiam, ac Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. de reform., Pignatell. d. consult. 230. n. 2. 5. 7. 9.*, & Doctores cæteri, ac Sacra Congregatio Concilii *in Lunen. Sarzanen. dismembrationis parochialis 8. Martii, & 27. Septemb. 1732.*, *in Asculana dismembrationis 11. April. 1739. ad 1. dubium, thes. resol. pag. 41.* ubi *in §. At provocante*, variæ hac de re editæ resolutiones afferuntur; quod pari modo illustratur auctoritate *sacræ Rotæ d. decis. 224. n. 6. & 8. part. 10., d. dec. 578. n. 2. & 3. part. 19. tom. 2. rec., ac decis. 34. num. 10. in miscell. coram Falcon.*

Potest trium milliarium a parochiali Ecclesia longinquitas, & distantia, evadere justa causa dismembrandi Parochiam, ut Pa-
88 rochiani a deputato Vicario sacramenta valeant suscipere, ut signanter docet *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 28. num. 24.*, cum aliis pluribus apud *Rotam decis. 204. n. 1. part. 17. rec.*, quod demonstratum quoque fuit auctoritate sacræ Congregationis Concilii præcipue in *d. Papien. dismembrationis parochialis 10. April. 1717.* Hæc tamen distantia non potest esse univocum argumentum demonstrandi, evincendique hujusmodi dismembrationis necessitatem,
89 eo quod quandoque etiam minor distantia talem dismembrationis actum suadere possit: cum nil in jure circa id pro certo determinatum habeatur; quemadmodum etiam circa difficilem ad parochiam accessum. Etenim Summus Pontifex in *dict. cap. Ad audientiam, & Concilii Tridentini Patres in d. cap. 4. de reform. sess. 21.* sese unice referunt ad magnum Parochianorum incommodum pro percipiendis Sacramentis ob locorum distantiam, sive difficulta-
90 tem: qualis vero sit hujusmodi distantia, vel difficilis accessus, minime definiunt. Eaque propter id totum pendet ab Ordinarii,
91 seu Episcopi diœcesani arbitrio, & prudentia; ut ex *textu d. cap. Ad audientiam*, tradunt *Menoch. de arbitr. casu 497. n. 4., Costa de remed. subsid. remed. 75. n. 4., Ricc. in praxi, resolut. 476. num. 5.*,

Pax

Pax Jordan. elucubr. can. tom.3. lib.10. tit.31. num.5. in fine, Pignatell. d. consult.230. n.3. tom.4.

Si nonnulli Parochiani quandoque sine Sacramentorum perceptione decesserint, non ob id tamen probari potest necessaria parochialis dismembratio, nisi eodem tempore concludenter edoceatur id contigisse ob nimiam loci distantiam, vel ob notabilem itineris, & accessus ad Ecclesiam difficultatem, *Pignatell. d. consult.230. n.11.*, juxtaque tradita *a Rota cor. Card. Falcon. decis.34. sub n. 5. in miscellan.*: cum memorati casus vel a familiarium, ac consanguineorum, aut etiam Parochi negligentia, vel ab inopinato mortis eventu, aliave causa potuerint proficisci: quemadmodum sacra Congregatio Concilii declaravit apud *Garziam de benef. part.12. cap.3. n.9.*, *& in Leodien. Vicariæ* 10. *Martii* 1760. §. *Decimatores* ibi: *Et decessum aliquorum sine Sacramentis evenisse ex repentina illorum morte, vel ex negligentia adstantium*: ut in *tom. 29. thes. resol. pag.81.*, *& sacra Rota apud* Pignatell. *d. consult.230. num.11.* 92

At e contrario, quamquam probari nequeat ullum ex Parochianis sine Sacramentis decessisse, si tamen requisita loci distantia, & itineris difficultas intersit ad præscriptum *d. cap. Ad audientiam*, *& Concil. Trident. cap.4. sess.21.*, neque aliter populari necessitati consuli queat, ad Parochiæ dismembrationem potest deveniri, quin expectandus sit tristissimus aliquot Parochianorum 93 mortis eventus, & exitus: cum satis, superque sit, hujusmodi periculum imminere, ut necessarium dismembrationis remedium executioni demandetur, ut late probat *Fagnan. in d. cap.3. Ad audientiam de eccles. ædific. n.17.* ubi refert sacræ Congregationis Concilii resolutionem, quod pariter apud *Garziam* declarantur *d. part.12. cap.3. n.9.*, *& apud* Pignatell. *d. consult.230. n.10.*, junctis auctoritatibus supra adductis a sacra Congregatione Concilii, & sacræ Rotæ Auditorio petitis, ubi talis dismembratio admittitur ob difficilem accessum ad Parochialem pro susceptione Sacramentorum cum Parochianorum animæ evidenti periculo. Multoque magis erit permittenda veteris Parochiæ dismembratio, ut per novam parochialis Ecclesiæ subjectivæ erectionem, Parochus, seu Vicarius nocturnis temporibus Parochianorum necessitatibus præsto 94 esse valeat. Quod iis in urbibus contingit, intra quarum mœnia erecta reperitur Parochia, ad quam ob rigidam, diligentemque portarum clausuram, nocturnis temporibus cuicumque præclu- 95 ditur accessus: ut communiter tradunt Doctores, ac præsertim *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.28. n.26.*, *Corrad. in praxi benefic. lib.3. cap.2. n.7.*, ubi innixus testimonio *Lapi alleg.66.* exemplum

refert ab Urbe Florentiæ mutuatum, ac *Rota cor. Falcon. in miscell.*
*decis.*24. *n.*10. Quod præsertim observatur Augustæ Taurinorum,
ubi duæ habentur sic erectæ duobus in suburbiis parochiales Ec-
clesiæ; una videlicet in suburbio vulgo *del Pallone*, & altera in
Suburbio S. Marci, Rmi Capituli Cathedralis Ecclesiæ jurisdictio-
ni obnoxia.
Si parochialis Ecclesia angusta sit, vel deformis, talis an-
96 gustia, vel deformitas non est sufficiens ad inducendam dis-
membrationis causam: cum huic malo satis commode consuli va-
leat per ampliationem, vel per novæ Ecclesiæ, aut Cappellæ ere-
ctionem, ut observant *Lotter. d. quæst.* 28. *n.* 29., *Pignatell. dict.*
*consult.*230. *num.*14., *ac Rota apud Corrad. in praxi benefic. lib.*3.
*cap.*2. *post n.*8. *vers. Postrema*, *ac decis.*484. *n.* 4. *part.*1., *& de-*
*cis.*285. *n.*3. *part.*2. *recent.*, *decis.*32. *n.*7. *& seq.*, *& decis.* 34.
*n.*4. *& seq. post Tambur. de jure Abbat.* cum allegatis a *Panimoll.*
*ad decis.*5. *annot.*1. *n.*45., *tum decis.*1048. *num.*10. *coram Emerix.*
Idemque dicas si aliqua Imago miraculis clara reperiatur: talis
inventio non potest subministrare necessariam causam dismem-
brandi Ecclesiam parochialem ad effectum erigendi novam Eccle-
97 siam eo in loco, ubi talis Imago ob miraculorum seriem populi
concursum, atque eleemosynas attrahat. Quandoquidem ad paro-
chialem Ecclesiam, vel aliam transferri potest, ibique in hono-
98 rem d. Sancti, aut Sanctæ, vel Virginis, cujus Imago existit, Al-
tare erigi, ut tradit *Pignatell. d. consult.*230. *num.*15. ubi sacræ
Congregationis Concilii resolutionem adducit: nisi negotium eo
devenerit, ut huic translationi locus fieri nequeat absque Paro-
chianorum gravi dissensione, eo quod erectio novæ Ecclesiæ in
loco inventæ Imaginis, majori populi satisfactioni cedat, atque Or-
99 dinarius id expedire judicaverit, juxta doctrinam d. sacræ Con-
gregationis Concilii a *Pignatell. in fine dict. num.*15. relatam.
Contingente casu, quo parochialis Ecclesia, quæ ob reddi-
tuum necessariorum deficientiam alteri fuerat unita, & incorpo-
rata, tractu temporis ita redditibus abundaverit, ut duabus Eccle-
siis de necessario manutenendis, satis, superque sint idonei, ob
divini cultus inde augendi rationem, quæ Ecclesiæ utilitatem, ne-
100 cessitatemque respicit, & ob quam Ecclesiarum, ac beneficiorum
divisiones a sacris Canonibus permittuntur, *per text. in Cap. Expo-*
suisti de præb., *Piton. discept.*151. *n.*3., ac pluries *Rota apud eundem*
*in cit. n.*3., ex hoc notabili reddituum augmento justum, ac le-
101 gitimum eruitur argumentum dissolvendi d. Ecclesiarum unio-
nem, *ex cap. Cum N. de Constit.*, *Clem. Ne in agro §. Ad hæc de statu*
Monach., *Cap. Quia de relig. domib.*, *Cap. ult. de Paroch.*, *Rebuff.*
*in praxi, tit. de revoc. union. num.*1. *& seq.*, *& n.*16., *Garz. de*
benefic.

benefic. part. 1. cap. 2. n. 303. & 305., *Pignatell. d. consult. 230. n. 11. in fine*, ac *Rota cor. Seraphino decis. 428. num. 10.*, *decis. 165. n. 6. & 7.* Præsertim cum tali indole, ac natura donata sint omnia, ut ad primum, in quo erant statum, & principium, facilem obti- 102
neant regressum; *per textum in Can. Ab excordio distinct. 35.*, ac *L. Si unus §. Pactus ne peteret ff. de pactis*, *Fagnan. in Cap. Novit n. 44. Ne Sede vacante*, *Caccialup. de union. art. 10. tom. 15. pag. 152.*, *Rebuff. in d. tit. de revoc. union. n. 38.*, *Garz. de benefic. d. part. 12. cap. 3. n. 309.*

Id pari modo intelligas, si Ecclesiarum unio ob pestem, bellum, pericula, aeris intemperiem, soli sterilitatem, aliamve similem ob causam facta fuerit, & hæc, propter quæ illa fuit habita, feliciter cessaverint, potest earundem Ecclesiarum unio, si id expedire Episcopus judicaverit, dissolvi, ac discindi, ad *Cap.* 103
Quia de relig. domib., *Cap. ult. de Paroch.* Simili quoque modo rescindi, ac dissolvi poterit Parochiarum unio, quotiescumque novæ emergant causæ hanc dissolutionem omnino expostulantes, 104
v. g. si fraudentur eleemosynæ, si tollatur hospitalitas, si religio relaxetur, & alia id generis contingant, per *textum in Cap. 1. Ne Sede vacante*, *cap. De Monachis de præb.*, *Abb. in d. cap. 1. Ne sede vacante*, *Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 30. quæst. 23.*, *Rebuff. ut supra n. 3. & seqq.* ac Doctores cæteri communiter. Hinc obsecutam unionis dissolutionem, unaquæque Ecclesia remanebit suo in pristino statu, suaque pristina reassumet jura; *Cap. Novit.* 105
Ne Sede vacante, ibique Fagnan. n. 43., *Garz. de benefic. d. part. 12. cap. 3. n. 309.*, *Petr. Perusin. tract. de union. cap. 7. fere per tot.*, *Rota decis. 265. n. 6. & 7. cor. Seraphino*, ac alibi passim.

Secus vero dicendum erit, quotiescumque ob populi multitudinem deveniri velit ad dismembrationem, & divisionem Parochiæ: cum huic populari numerositati satis commode provi- 106
deri possit per ministrorum deputationem, ex clarissima Tridentini Concilii dispositione in *cit. sess. 21. de reform. cap. 4.* ibi: *Episcopi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati, in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo; cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum*: *Fagnan. in dict. cap. Ad audientiam num. 24.*, *Corrad. in praxi benefic. lib. 3. cap. 2. num. 1.*, *Pignatell. dict. consult. 230. num. 11. & 13.*, in quibus locis Sacræ Congregationis Concilii hac de re editæ resolutiones afferuntur: quibus addi possunt quæ habentur in folio distributo 3. *Decemb.* 1740. *in Cassanen. dismembrationis*

§. *His*

§. *His ita*, *thes. resol*, *pag*. 88., in qua causa reproposita 17. *Decemb. ejusd. anni*, dismembratio ab Episcopo facta ob has, aliasque insubsistentes causas fuit ab Eminentissimis Patribus declarata nulla, & invalida, ut videre est in *pag*. 101. Celebre quoque illud est, quod habetur in *Telesina* 18. *Februar*. 1758. §. *Rebus*, ubi statuitur, quod, si populus ita numerosus sit, ut unus Rector
107 Sacramentis administrandis satis non habeatur, Sacerdotes alii debeant in illius adjutorium adjungi, quod a Rota comprobatur apud citatos Doctores, ac *decis*. 484. *num*. 1. *&* 5. *part*. 1. *rec*., *decis*. 34. *sub num*. 11. *cor. Em. Falcon. in miscell*. Quemadmodum observatur in insigni Cathedrali Taurinensi Ecclesia, ubi ob maximam populi multitudinem, quatuor Personæ continuo addictæ sunt Parochiæ actuali servitio, Parochus videlicet, seu Vicarius
108 a Reverendissimo Capitulo deputatus, & tres Coadjutores Vice-Parochi nuncupati.

Et hæc adeo vera sunt, ut Eminentissimi Patres in *dict. Telesina* annuerint, ut in Ecclesia parochiali Terræ S. Salvatoris cum qualitate receptitia, augeretur numerus aliorum Participan-
109 tium, auctis redditibus a Communitate pro congrua illorum sustentatione. Quod si Episcopus Coadjutoriam erigere voluerit, talis erectio ipsi penitus denegabitur, sed debet alios Sacerdotes
110 Parocho comministros eligere, ac deputare, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii apud *Corrad. in dict. lib*. 3. *cap*. 2. *num*. 2., atque in *Mileten. erectionis Cappellaniarum*, 22. *Martii* 1760. *ad* 1. *dubium*, ubi cum quæreretur: *An sit procedendum ad erectionem Cappellaniarum, de quibus agitur, juxta resolutionem captam a Concilio Terræ Majerati in casu &c*. responsum fuit: *Ad* 1. *Negative*: ut videre est in *tom*. 29. *thes. resol. pag*. 53. *& seq*. Atque in *Neocæsarien. dismembrationis* 15. *Decemb*. 1703. *&* 14. *Febr*. 1704. cum Episcopus Parochialem vacantem dismembrasset in duas portiones curatas, reservato uni Archypresbyteratus titulo, ad consulendum populi numerositati, delata causa ad Sacræ Congregationis Concilii Tribunal, fuit ab Eminentissi-
111 morum Patrum Consessu hujusmodi dismembratio nulla, atque irrita declarata.

Nec quid negotii facessit Rotalis auctoritas *cor. Card. Crescentio in Valentina Vicariæ* 12. *Febr*. 1734. §. *Hæc omnia*, inter ejus impressas *decis*. 263. *sub num*. 23., ubi statuitur posse ob auctum fidelium numerum antiquam parochialem Ecclesiam dismembra-
112 ri; ibi: *Et de alio casu aucti numeri Christifidelium est textus in Can. Nulli* 99. *distin. &c*. Equidem si hæc verba uti jacent sumantur, ac separatim, ita ut per solam populi multitudinem permitti possit parochialis dismembratio, nullo modo sustineri, ac subsistere potest

potest Rotalis propositio, velut contraria Tridentini Concilii dispositioni in *cit. cap.* 4. *sess.* 21. *de reform.*, quæ tantæ auctoritatis est, tantaque claritate donata, ut indignum omnino sit quid in contrarium statuere. Multoque magis esset parvipendenda Rotalis sententia, quippequæ innixa ementitis, & apocryphis monumentis, inter quæ locum tenet *dict. Canon Nulli dist.* 99. teste *Berardi in suo Opere* Gratiani Canones Genuini ab apocryphis discreti &c. *edit. Taurin. tom.* 2. *cap.* 2. *de Epistola* 2. *Anacleti ad eundem Canonem pag.* 38.; atque contemnendis auctoritatibus, cujusmodi sunt *glossa ad eundem Canonem Nulli, verbo Ad fidem, & verbo Constituti*, tum etiam ibidem *Præposit.*, *& Geminianus*. 113 114

Etenim dictus *Canon Nulli* depromptus fuit a Gratiano ex epistola secunda Anacleto Pontifici tributa: quando notissimum est, quæ Anacleti nomine huc illuc circumferuntur, omnino spurias, atque suppositias esse tres epistolas decretales, unam videlicet ad omnes Episcopos, & fideles, alteram ad Episcopos Italiæ, tertiam demum ad omnes Episcopos directam, ut observant inter cæteros *Pagius in suis notis ad Baron. ad annum Christi* 101. *num.* 5., ac *Berardi in cit. suo Opere* Gratiani Canones &c. *tom.* 2. *cap.* 2. Inter alia falsitatis argumenta, quæ ex dicto Canone Gratianeo eruuntur, illud præcipuum est, quod ibi fit mentio Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, quando ne Tyrones quidem latet, hæc nomina ætate Anacleti Pontificis fuisse occulta, ac peregrina. Tempore enim Concilii Calcedonensis sub *Leone I.* celebrati, Episcopi, Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus, qui majori donati erant jurisdictione, multisque etiam provinciis, & diœcesibus præerant, ut videre est in *Concilio Nicæno I. can.* 6., ceperunt Patriarchæ nuncupari: quo tempore alia etiam Primatum, Exarcarum, Metropolitanorum, seu Archiepiscoporum nomina fuerunt adinventa, de quibus fit mentio in eodem Concilio Calcedonensi *can.* 9. 12. 13. 19. & 28. 115 116 117

Si vero d. Rotalis *decisio* 268. in suo, quemadmodum decet, sensu accipiatur, nil in contrarium ex ea potest adduci. Ibi enim agebatur de dismembratione parochialis Ecclesiæ, novarumque Parochialium erectione, facta non tam ob adauctum fidelium numerum, quam ob loci distantiam, ut legere est *sub num.* 22. *vers. Hæc omnia circa medium*, ibi: *Cum enim propter augmentum populi sub fidei catholicæ vexillo militantis, ac propter locorum distantiam satis non esset ad curam animarum Rector ... quinque oppida dismembravit &c.* postea in sequenti numero hæc habentur; *Certi autem exploratique juris est Ecclesias ex causis prædictis dismembratas, atque in novas parochiales erectas independentes fieri posse ab Ecclesia, a qua fit dismembratio*: & hic auctoritates congeruntur 118

tur hac de re editæ, diversa oratione, ibi: *ut in casu locorum distantiæ est textus &c.* deinde *eodem num.* 13. ita subditur: *Et de alio casu aucti numeri Christifidelium est textus in cap. Nulli &c.* Quare etsi certissimum sit ob solam populi multitudinem non posse deveniri ad Parochiæ divisionem, indubium tamen est, quin
119 hujusmodi actus sit permittendus, quando etiam loci distantia concurrit, quæ una est ex causis permissis in *dict. cap.* 3. *Ad audientiam de Eccles. ædific., & dict. cap.* 4. *sess.* 21. *de reform.*, ut præ cæteris ratiocinatur R*ota cor. Ludovisio*, postea *Gregorio XV.*, *decis.* 288. *sub num.* 8. ibi: *Nec pro justa causa reputatur sola numerositas populi, quia potest provideri per adjunctionem aliorum Sacerdotum, qui coadjuvent Rectorem; sed ultra dictam numerositatem requiritur etiam magna distantia loci*: in quo concordat alia Rotalis *decisio* 288. *num.* 1. *&* 2. *part.* 2. *recent.*

Alia insuper accedit, & quidem gravissima animadversio, quod videlicet in dicta Rotali specie agebatur de dismembratione parochialis facta ob populi multitudinem, & ob loci distan-
120 tiam per Delegatum Pontificium, ut videre est in *dict. vers. Hæc omnia circa med.* ibi: *Cum enim propter augmentum populi sub fidei catholicæ vexillo militantis, ac propter locorum distantiam satis non esset ad curam animarum unicus Rector in Ecclesia de Raphol, clar. mem. Card. Manriquez Delegatus Apostolicus quinque oppida dismembravit, & in singulis novas Parochiales erexit, & cuilibet earum Rectori perpetuo assignavit libras triginta solvendas per Abbatem Monasterii Vallisdignæ, cui reservavit jMuspatronatus, & præsentandi personas idoneas, & habiles ad easdem Rectorias, dum pro tempore vacare contingeret*. Quibus positis statim evanescit quæcumque etiam minima difficultas, & controversiæ occasio, cum hæc ab illa, de qua agimus, diversa sit circumstantia: quandoquidem etiam per solam populi multitudinem potest Summus Pontifex, ejusve Delegatus, parochialem Ecclesiam dividere, novamque
121 erigere, invito etiam, ac contradicente proprio Parocho, per *textum in dict. cap.* 3. *Ad audientiam, & gloss. in dict. Can. Nulli, verbo* Constituti *dist.*99., *Fagnan. in d. cap. Ad audientiam num.*29. ubi refert resolutionem Sacræ Congregationis Concilii, *Ventrigl. in praxi, part.* 2. *annot.*17. §. 1. *num.* 7. *& seq.*, *Amostazz. de causis piis lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 16. *&* 46., *Lap. alleg.* 66. *sub num.* 3., *Piton. de controv. patron. alleg.* 55. *num.* 10.

Quod si ad impediendam Cappellanorum deputationem, ac consequenter parochialem dismembrationem obtinendam, adducatur redditituum parochialium insufficientia: id penitus est rejiciendum, sed necessarius Ministrorum numerus constitui ab Episcopo
122 debet, ut populari necessitati, ac commodo consulatur, ad præscri-

ſcriptum Tridentini Concilii *in dict. ſeſſ. 21. de reform. cap.* 4. Etenim, præter quam quod parochiales redditus in dubio potius aucti, quam diminuti, & inſufficientes præſumuntur, per auctoritates adductas a *Pignatello in dicta Conſult.*230. *num.*16., conſuli commode poteſt huic redditaum inſufficientiæ, Parochum, vel eos, ad quos pertinet, adigendo ad conſtituendam pro neceſſaria Cappellanorum manutentione debitam congruam, ut proſequitur *Pignatell. dicta conſult.* 230. *num.* 16. *in fine*. Immo adeo odioſa eſt hujuſmodi diſmembratio, & contra ipſam ita rigoroſe proceditur, ut dato etiam caſu, quo Eccleſiæ matricis redditus impares eſſent, ac inſufficientes pro ſui manutentione, & ſubſiſtentia, adhuc tamen interdicitur diſmembratio familiarum ab Eccleſiis filialibus, ut tali modicitati reddituum matricis conſulatur, ſolutione decimarum perſonalium, vel alio ſimili medio: cum Ordinarius debeat Matrici providere juris remediis, & ad formam Sacrorum Canonum, quemadmodum Sacra Congregatio Concilii declaravit in cauſa *S. Severinæ diſmembrationis*, 1. *Decemb.* 1714. 123 124 125

Si contingat caſus, quo Presbyteri, ſeu Cappellani curati, Parochiæ ſervitio addicti, idonei minime ſint, talis defectus ſuppeditare haud quaquam valet cauſam inducentem validum, & juſtum diſmembrationis actum: quia Epiſcopus cogere poteſt Parochum, vel alios, ad quos pertinet, ut remotis inhabilibus, idonei comminiſtri aſſumantur, juxta præſcriptum Tridentini Concilii in *dict. ſeſſ.* 21. *de reformatione cap.* 4., ut ratiocinatur Rotale Auditorium *cor. Ottobono deciſ.* 6. *num.* 20. Ratio enim temporalis ab inſufficientia, & inhabilitate modernorum Cappellanorum petita, non debet Eccleſiæ perpetuum inferre diſmembrationis detrimentum, ad *textum in cap. Cum venerabilis* 6. *de exempt.*, *Felin. in cap. Accepimus* 4. *ſub num.* 15. *de fide inſtrum.*, *Hoſtien. ibidem num.* 2., *Jo. Andr. num.* 3., *Covar. lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 14. *num.* 6., *Rota dict. deciſ.* 6. *coram Ottobono num.* 21., ubi aliæ afferuntur deciſiones. 126 127

Hactenus de cauſis, ſi non omnibus, ſaltem principalioribus, quæ diſmembrationi viam aperire poſſunt, diſſeruimus; nunc ad ſolemnitates gradum faciamus, quas ſupra diximus abſolute requiri una cum cauſis ad Parochiarum, vel beneficiorum diviſiones, juxta tradita in folio Sacræ Congregationis Concilii, habitæ 15. *Decemb.* 1759. *in Firmana diſmembrationis* §. *Contendunt*, *tom.* 28. *theſ. reſolut. pag.* 109., & *Rota deciſ.* 239. *num.* 1. *part.* 1. *rec.*, *deciſ.* 1062. *num.* 2. *cor. Seraphino*, *deciſ.* 6. *num.* 7. *cor. Peutinger*, *deciſ.* 1048. *num.* 3. & 4. *cor. Emerix jun.* Nil enim in jure noſtro communius eſt, quam unumquodque eo modo diſſolvi, quo fuit 128 129

 colli-

colligatum; *Cap.1. de reg. jur., l.38.ff.eod., Fagnan. in cap.Reco-
lentes ſub num.35. de ſtatu Monach., Barboſ.tract. var. appell.59.
num.5., Gratian. diſcept. for. Eccleſ. cap.168. num.7., Afflict. de-
ciſ.13. num.20., Severol. diſſert. num.4. poſt Piton. part.2., Rota
deciſ.684. num.4. cor. Molines*. Eaque propter ſi diſmembratio,
ac diviſio facta fuerit contra ſolemnitates, & formam *cap.2. Ad
audientiam de Eccleſ. ædific., & Concilii Tridentini in ſeſſ.21. de re-*
130 *form. cap.4.* in irritum omnino cadet, ut Rota docuit *cor.Mil-
lino in Argentina diſmembrationis* 1.*Maii* 1748. §.*Præpoſtere*, ubi
ait hanc Parochiæ diviſionem abſque prædictorum requiſitorum
131 probatione approbatam, per rem judicatam penitus reſcindi.

Pro ſolemnitate ad hujuſmodi actus validitatem neceſſaria,
exigitur, quod omnes intereſſe habentes vocentur, ſeu citen-
132 tur, ut de illorum juſto, aut injuſto animo valeat adparere, ad
præſcriptum *d. cap. Ad audientiam, & d.cap.4. ſeſſ.21. de reform.,
tum Regulæ* 13.*Cancellariæ*, ibi: *Vocatis, quorum intereſt*: de qua
*Rigaut. in ſuis Commentariis num.64., Rebuff. gloſſa ult., & addit.
ad eandem in fine, ibique Sot. num.8., ac Lotter. de re benefic. lib.1.
quæſt.28. num.8.*, ubi refert ſtylum Cancellariæ, quæ in litteris
ab ea expeditis ſuper hiſce diſmembrationibus ſemper apponit
133 clauſulam: *Vocatis vocandis*: quæ formula arctat Executorem ad
procedendum via ordinaria, juxta doctrinam *Felin. in cap. De
cætero num.10. de re judic., Lotter. ut ſup. d. num.8., Kochier ad
regul. Cancell.22. num.25. & ſeqq. litt.D., Amayden. de ſtylo Da-
tar. lib.1. cap.15. §.4., ac Rot. cor. Criſpo deciſ.221. num.19.*; ac
per conſequens ad citandos omnes, quorum intereſt, juxta re-
ſolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *Novarien. diſmem-
brationis* 19. *Novem.* 1746. ibi: *Pro facultate arbitrio Ordinarii
juxta ejus votum, accedente conſenſu intereſſe habentium*, quod a
Rota comprobatur *deciſ.* 391. *num.1. part.1. tom.1., deciſ.* 386.
*num.1. part.2., deciſ.371. num.2. part.5. tom.1. rec., cor. Falcon. in
miſcell. deciſ.34. num.9.*, ubi refert reſolutionem d. Sacræ Con-
gregationis, & *cor. Figueroa in Eyſtetten. decimarum* 4.*Jul.*1755.
§.*De neceſſitate*, ubi aſſeritur de diſmembrationis neceſſitate, &
de hac citatione debere in proceſſu conſtare, ut in caſu admiſſæ
appellationis intereſſe habentium, ex proceſſu efformato adpa-
134 reat, utrum ad diſmembrationis, & ſeparationis actum ſit, nec
ne deveniendum; quod pari modo declaratum fuit ab ipſa Sacra
Congregatione Concilii in *Lunen. Sarzanen.* 28.*Febr.*1711. relata
a *Rota cor. Falcon. d. deciſ.34. num.9.*, ubi Eminentiſſimi Patres
propoſito dubio reſponderunt: *Dilata, & Epiſcopus conficiat
proceſſum, auditis intereſſe habentibus*. Et ab hac citatione in-
tereſſe habentium eximi nequit Epiſcopus, quamquam proce-
dat

dat ut Sedis Apostolicæ delegatus, ut in folio Sacræ Congrega- 135
tionis Concilii in *Firmana dismembrationis* 15.*Decemb*.1759. §.*Contendunt*, *tom*.28. *thes.resol. pag*.109.

Ac primum, ob alienationis speciem a divisione inducendam, tenetur Ordinarius prævia citatione, seu monitione Capi- 136
tuli cathedralis consensum exquirere, per *textum in cap*.1. *& seqq. de iis, quæ fiunt a Præl.*, ac Doctores communiter, sed præsertim *Lotter. de re benefic. lib*.1. *quæst*.28. *num*.18., *Barbos. de offic. & potest. Episc. part*.3. *alleg*.67. *num*.16. *& seq.*, *Card. de Luca de Paroch. disc*.35. *num*.9., *Rota decis*.68. *sub num*.4. *part*.7. *recen.*, sed præcipue in *Constantien. dismembrationis cor. Vicecomite* 16. *Jun*.1739. §.*Neutrum*, ubi ait nullam esse hujusmodi dismembrationem sine Capituli consensu. Multoque magis requiritur consensus Capituli, seu Canonicorum non singulorum, sed omnium capitulariter præstitus, si cura habitualis penes idem 137
Capitulum resideat; *Felin. in Can. omnes num*. 24. *&* 28. *de const.*, *Lotter. d.quæst*.28. *num*.28.*& seqq.*, sed præsertim *num*.20., *Rota apud Corrad. in praxi benefic. lib*.3.*cap*.2. *post num*.9. §.*Solemnitates*. Versamur enim in materia, quæ ex demonstratis, alie- 138
nationis speciem inducit, & gravamen infert perpetuum; *Fastol. cau*.6. *dub*.1. *num*.1.*in fine*, ac *Piton.de controvers. patron. alleg*.47. *num*.45. Nec sufficit si citatio, & consensus Vicarii Capituli intervenerit: quia cura non residet penes Vicarium, sed penes Capitulum, ad quod Ecclesiæ defensio pertinet, ac consequenter 139
illius citatio exigitur, ut observat *Abb. in cap. Extirpandæ* §.*Qui vero in regula* 15.*post princ. de præb.*, ac *Rota apud Corrad. d.loco*. Idemque intelligas, si sermo habeatur de parochiali Ecclesia, quæ Collegialis, vel Conventualis sit, vel ad quemcumque alium cœtum, ac locum pium pertineat, ubi citatio, & consensus illorum exigitur, ad quos Ecclesia pertinet, ad *text. in cap*.1. *de* 140
rebus Eccles. non alien., *& cap*.1. *Ne Sede vacante*, *Barb. de offic. & potest. Episc. part*.3. *alleg*.67. *num*.16. *& seq.*; *Card. de Luca de Paroch. disc*.55. *num*.9., *Sperell.decis*.154. *num*.28., *Rota dec*.239. *num*.6.*part*.1. *rec.*, *& cor.Vicecom.in d.Constantien.* §.*Neutrum*.

Citari quoque debet Parochus, cum de ejus interesse, & 141
præjudicio agatur, ad *textum in L. De unoquoque de re judic.*, *cap*.1. *de reb.Eccl. non alien. in* 6., *cap*.3. *Ad audientiam de Eccles. ædific.*, *Concil. Trid. d. cap*.4.*sess*.21. *de reform.*, *Glossa in Clem. Si una*, *verbo* Vocatus *de reb.Eccl. non alien.*, *ibique Jo. Andr. verbo* Defensor, *Tholosan.de Instit. benef. cap*.13. *sub num*.11. *vers.Si vero*, *Corrad. d. lib*.3. *cap*.2. *num*.8., *Lotter. loco cit. num*.5. *& seqq.*, *Nicol. lucubr. jur. Canon. lib*.3. *cap*.48. *tit. de Eccles. ædif. num*.1. *vers.Non vero*, aliique plures, ac Sacra Congregatio Concilii pas-

 sim,

ſim, ſed præſertim in *Marturanen. diſmembrationis* 24.*Jan.*1739. *& 9.Septemb.*1741., *tom.*10. *theſ. reſol. pag.*141., *ac Rota dec.*414. *num.*1., *& deciſ.*1062. *num.*2. *cor. Seraph.*, *deciſ.*165. *num.*9. *& ſeq. part.*19. *rec.*, *deciſ.*34. *ſub num.*7. *in miſcell. cor.Falcon.*, *deciſ.*251. *num.*2.*&* 3., *deciſ.*855. *num.*2.*&* 3., *& deciſ.*876. *num.*15. *cor. Lancetta*, *deciſ.*221. *num.*13. *cor. Criſpo*. Et quanquam unio,
142 non citato, auditoque Rectore, quandoque fieri queat, ut docet *Rota cor.Criſpo d. deciſ.*221. *num.*12., id tamen non militat in ma-
143 teria diſmembrationis, quæ ſuſtineri nequit abſque illius citatione, per adducta ab *Amoſtazz. de cauſis piis lib.*5. *cap.*4. *num.*46., *Lotter. d. quæſt.*28. *num.*6. *& ſeq.*, *Ventrigl. in praxi tom.* 2. *annot.*8. §.2. *num.*18., *Clericat.de benef. diſcord. forenſ.*89. *num.*20.*& ſeqq.*, *Menoch. conſ.*477. *num.*6., *Gob.conſult.civil.*78. *num.*8., & alii apud *Rotam d.deciſ.*221. *num.*13.

Fateor equidem Parochi aſſenſum pro diſmembrationis validitate non eſſe eſſentialiter neceſſarium, neque ejus contradictionem quidquam officere, ubi juſtæ cauſæ poſtulant diſmem-
144 brationem, & novæ Parochiæ erectionem, ad *textum in cap.*4. *Concil. Trid. ſeſſ.*21. *de reform.*, ibi: *Etiam invitis Rectoribus*; juxtaque mentem Eminentiſſimorum Patrum ejuſdem Tridentini Concilii Interpretum in *Marturanen. diſmembrationis* 24.*Jan.*1739. §.*Adverſus*, *theſ. reſol. d.anni pag.*12. Non eſt tamen adeo negligendus Parochus, ut illo prorſus inaudito, neque citato veteris
145 Parochiæ diſmembratio decernatur: cum ea, quæ ab ipſo forte objiciuntur, ad ſalubrius capiendum conſilium nonnihil poſſint aliquando conferre; *Card. Petra ad Conſtit.*2. *Paſchal.II. num.* 17. *& plur. ſeqq. tom.*1., *ac Sacra Congregatio Concilii in d. Marturanen. diſmembrationis* 24.*Jan.*1739. §.*Adverſus*, reſoluta favore Parochi 9, *Septemb.*1741., *d. tom.*10. *theſ. reſol. pag.*141., *ac Rota deciſ.*484. *num.*1. *part.*1., *deciſ.*484. *num.*3. *part.*4. *tom.*2. *rec.*, *deciſ.*202. *num.*4. *& ſeqq.*, *& deciſ.*375. *num.*5.*cor.Emerix jun.*

Nil autem refert, utrum in diſmembrationis actu, vel poſtea
146 intervenerit Parochi, ſeu Rectoris conſenſus, & approbatio: cum illius citatio, & conſenſus non exigatur pro forma, ſed tantum
147 ratione præjudicii, per tradita a *Rota cor.Criſpo d.deciſ.*221.*num.*14. ibi: *Ratio differentiæ in eo eſſe videtur, quod Parochus ratione ſui præjudicii neceſſario audiri, & citari debet*: adeoque ſufficit, ut diſmembrationis, ac diviſionis actum ſubſequatur, juxta regulam, quam poſt alios ponit *Surd. deciſ.*99. *ſub num.*13. *verſ.Et non refert*, *& num.*14., ac in terminis ſubjectæ materiæ *Innocentius in cap.Dudum ſub num.*3. *verſ.Epiſcopi autem*, *ac Rota apud Lotter. d. lib.*1. *quæſt.*28. *num.*12. *&* 13. Quidquid afferat *Rota apud Garziam de benef. part.*12, *cap.*5. *num.*8., quam ſequitur *Pignatell. in tom.*4.

tom.4. consult.230. sub num.10. in fine, asserens citationem, & consensum Parochi non solum ratione præjudicii, sed etiam ob rigorem juris requiri, ne videlicet Ecclesia depauperetur: hoc 148
enim verum, quando reapse præjudicium Parocho, vel Ecclesiæ infertur, & nulla adest legitima dismembrationis causa, ex notatis a *Corrad. in praxi benef. lib.3. cap.2. num.2.*, quod etiam deducitur ex dicta Sacræ Congregationis Concilii resolutione in *Marturanen. dismembrationis 24. Jan.1739. & 9. Septemb.1741.*, ut videre est in folio distributo 24. *Jan.* 1739. §.*Adversus*, ibi: *Primo quia citatus ipse, & auditus non fuit, antequam Episcopus ad ejusmodi dismembrationis actum procederet*, & in §.sequenti, ubi hæc leguntur: *Secundo, quia causæ in enunciato supplici libello narratæ, atque in ipso dismembrationis decreto admissæ, nequaquam in facto subsistunt*.

At, quando nullum Parocho præjudicium infertur, vel infertur quidem, sed justæ, ac legitimæ concurrunt causæ dismembrationem exposcentes, nil curandum est de illius citatione, sive ante, sive postea fuerit executa, quemadmodum etiam de 149
illius contradictione: quandoquidem Parocho etiam contradicente, & invito, probatis per idoneos testes, aliove concludenti modo, legitimis causis, devenire Episcopus libere potest ad ne- 150
cessariæ dismembrationis actum; *Cap. Ad audientiam vers. Si vero in fine de Eccles. ædific.*, *cap.1. de reb. Eccl. non alien. in 6.*, *Glossa in d. cap. Ad audientiam, ibique Fagnan. num.16.*, ac signanter *sub num.20.*, & ante ipsum *Innoc.*, *Hostien. in princ. verbo* Non sine magna difficultate, *Concil. Trident. d. sess.21. de reform. cap.4.* ibi; *Etiam invitis Rectoribus*, *Lotter. ut supr. num.8. & 10.*, *Lap. alleg.66. num.3.*, *Zabarell. consil.8. num.2.*, *& consil.65. num.31.*, ac pluries Sacra Congregatio Concilii, sed præcipue in *Dertbonen. dismembrationis 28. Jan.1738. thesaur. resol. d. anni pag.9.*, *in Asculana dismembrationis 11. April.1739. thes. resol. pag.41.*, *in Firmana dismembrationis 15. Decemb.1759. §. E contra, tom.28. thes. resol. pag.109. & seq.*, *ac Sacra Rota decis.239. num.3.*, *decis.484. num.1. part.1.*, *decis.464. num.3. part.4. tom.2. recen.*, *decis.375. num.3. cor. Emerix jun.*, *dec.856. sub num.6. vers. Neque cor. Lancetta.* Nomine autem Parochi hic intelligimus illum, qui habitualem habet, vel utramque curam, non illum, qui actuale tantum habet curæ exercitium: cum talis Vicarius curatus dici nequeat 151
verus Parochus, & Rector, ut illius consensus exquiri debeat in hac, de qua agimus, dismembrationis materia, ut docet *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst.28. num.18. & seq.*, *& Rota apud eundem*.

Si de vacantis Ecclesiæ dismembratione sermo habeatur, quam-

quamquam Parocho, utpote defuncto, nullum amplius irroge-
152 tur damnum, cum tamen istud irrogari possit illius Successori, & vacanti Ecclesiæ, juxta tradita a *Pignatell. consult.* 130. *sub num.*18. *in fine*, loquente de dismembratione ad exitum perducenda post mortem Rectoris, ibi: *Quia non consideratur tantum ejus persona, sed jus Ecclesiæ, & Successorum*: nequit Episcopus procedere ad talem actum, quin antea citetur dictæ Ecclesiæ Œcono-
153 mus, tum etiam ad hoc negotium specialiter constituatur Defensor, ut per *textum in cap.*1. *de rebus Eccles. non alien. in* 6., & *cap.*1. *Ne Sede vacante*, optime tradunt *Mandosa ad regul. Cancell.* 22. *quæst.*13. *num.*13., *Rebuff. in praxi benef. tit. de revoc. union. num.*13., *Pignatell. d. consult.*230. *sub num.*5. *circa finem*, quod a Sacra Congregatione Concilii confirmatur in *Cassanen. dismembrationis* 3.*Decemb.*1740. §.*His ita*, & 17.*Decemb.ejusd.anni*, ubi proposito dubio: *An constet de nullitate dismembrationis in Ecclesia S. Juliani Castri Villarum, in casu &c.*, & quatenus affirmative: responsum fuit a sapientissimo Congressu: *Affirmative*, ut videre est in *thes. resol. pag.*87.& 101., tum etiam *Rota apud Garziam d. part.*12. *cap.*3. *num.*7., & *apud Pignatell. in d. consult.*230. *sub num.*5. *in fine*, ubi augmentum attributum novæ Parochiali, cum matrix Ecclesia vacaret, nullo ei dato defenso-
154 re, irritum, ac nullum fuit declaratum, ac iterum *apud d.Garziam de benefic. part.*12. *cap.*3. *num.*8., & *decis.*103. *num.*1. *cor. Celso*, & *decis.*1048. *num.*6. *cor. Emerix*, ibi: *Quod autem deficiat solemnitas, desumitur ex eo, quod non præcessit citatio Rectoris Ecclesiæ dismembrandæ, seu idonei Defensoris ei deputandi in casu illius vacationis*.

Nec movet resolutio Sacræ Congregationis Concilii in *Mileten. dismembrationis* 15. & 29.*Januarii*.1735., *thes. resol. pag.*6. & 10., ubi declarata fuit valida dismembratio parochialis Ec-
155 clesiæ, & novæ erectio facta ab Episcopo, dum Ecclesia suo erat viduata Pastore, etiam ulla absque necessarii defensoris constitutione: quemadmodum liquet ex folio ab instante Parocho Sacræ Congregationi proposito §.*Nunc vero*, ibi: *Tum etiam, quia Ecclesiæ S. Mariæ de Latinis utpote tunc suo Pastore viduatæ, Defensor non fuerit deputatus*. Primum enim animadvertendum est, quod Parochus contradictor suæ intentionis fundamentum pro-
156 bare non potuit, neque impicta nullitatis vitia sub luce collocare; secus atque effecerit Parochus novæ Parochiæ, ut legitur in §. *sequenti*, ibi: *His autem omnibus contradicit Simeon Marzanus modernus Rector Ecclesiæ dicti loci Simiatorii, qui separationem Parochiarum auctoritate Episcopi factam, pro viribus nititur sustinere*. Secundo, ut adparet ex eodem folio, plures concurrebant cau-

causæ, quæ hujusmodi dismembrationem suadebant, quamquam
per se solæ aptæ minime fuissent ad concludendam hanc dis- 157
membrationis necessitatem: quandoquidem ignorat nemo, quod
etiamsi ad dismembrationis Ecclesiæ validitatem graves, & ur-
gentes causæ requirantur, istæ tamen non exiguntur, quo disso- 158
lutione Ecclesiæ, plures fuerunt simul unitæ: quemadmodum
Emi Patres in *d. Mileten.* non obscure demonstrarunt.

Tertio notandum est, quod in citata causa non solum age-
batur de rescindenda divisione parochiali ab Episcopo facta in-
tuitu, & contemplatione plurium causarum, quæ talem actum
suadebant, sed insuper de revocanda, irritandaque illa divisio-
ne, quæ quadraginta circiter annorum spatio a nemine fuerat, 159
ne leviter quidem contradicta, ut liquet in *d. folio* §. *Nunc*, ibi:
*Nunc vero post lapsum quadraginta circiter annorum Marius de An-
tona Archipresbyter Ecclesiæ S. Mariæ de Latinis, assertam dimem-
brationem impugnat, contendens &c.* Unde nil mirum, si Emi Pa-
tres favore Parochi novæ Ecclesiæ respondere, ac resolvere vo-
luerunt, intuitu præsertim hujus nunquam interruptæ quadrage-
nariæ observantiæ: quam, quemadmodum in unionibus, ita & in
divisionibus habere locum non est denegandum.

Præter Parochum, vel Ecclesiæ, si vacans sit, Defensorem,
citari, audirique debet Clerus dismembrandæ Ecclesiæ parochia-
lis, cum ipsius quoque interesse quæat, ne Parochia dismembre- 160
tur, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in *d. Cas-
sanen. dismembrationis* 3. *&* 17. *Decemb.* 1740., *thes. resol. pag.* 87.
& 101., ac Rotalem decisionem 6. *num.* 8. *cor. Ottobono*. Sed pa-
tronorum præsertim interest, ne Ecclesia ad illorum jura per-
tinens dismembretur, dividaturque: adeoque vocandi, seu ci- 161
tandi omnino sunt, eorumque omnium expressus consensus est
exquirendus, arg. *cap.* 15. *Concil. Trid. sess.* 24. *de reform.*, *Barb.
ad idem Concil. Triden. sess.* 7. *de reform. cap.* 6. *num.* 22., *Turricell.
de union. cap.* 9. *num.* 40. *& seqq.*, *Garz. de benefic. part.* 12. *cap.* 2.
num. 202., *Pax Jord. elucubr. Canon. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 33. *num.* 86.,
Covarr. pract. quæst. 36. *num.* 11., *Rota decis.* 68. *num.* 4. *part.* 7., *de-
cis.* 165. *num.* 9. *& seqq. part.* 13. *rec.*, *decis.* 34. *num.* 9. *in miscell.
cor. Falcon.*, *& in Eystetten. decimarum* 4. *Jul.* 1755. §. *ult.* Iniquum
enim esset, si Patroni non auditi propriis juribus privarentur, 162
ut observant *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 166. *& seqq.*,
ac Rota decis. 351. *num.* 4., *decis.* 855. *num.* 6., *& decis.* 876. *num.* 15.
cor. Lancetta.

Et hoc adeo verum est, ut Summus ipse Pontifex, quam-
quam Ecclesiarum dominus sit, atque administrator, juxta do- 163
ctrinam *Pitonii*, aliorumque apud eundem *de controv. patron.
alleg.* 55.

alleg.55. num.5., attamen Ecclesias, quæcumque sint, ad laicos
164 præsertim patronos ex onerosa causa pertinentes dividere haud-
quaquam soleat absque illorum consensu, ut notat *Piton. de
controv. patron. alleg.47. num.26.* Neque insuper ipsis præjudicat,
165 sed reservat juspatronatus in Ecclesia nova, quæ ex redditibus
alterius dismembratæ fuit erecta; *Gloss. in cap. Nobis, verbo*
Cappella *de jurep.*, *& in cap.3. Ad audientiam, verbo* Honor *de Ec-
clesf. ædific.*, *Piton. d.num.26.*, *Rota cor. Ansaldo decis.14. num.28.*,
& cor. Falcon. de aliment. decis.6. num.7. & seqq. A justitiæ enim,
& æquitatis tramitibus non parum aberraret, si ea jura, quæ
166 oneroso titulo patroni laici sunt consecuti, ulla absque ipsorum
culpa revocarentur, auferrenturque: quod non solum in Summo
Pontifice, verum etiam alio in Principe nefas esset præsumere:
tum quia decet Principis beneficium perpetuo esse mansurum, &
167 a Successoribus comprobari, *cap.16. de reg. jur. in 6.*, *l.2. cod. de
Decurionib. urb. Romæ*: tum quia quidquid a justitiæ tramite aber-
168 rat, & alienum est, alienum quoque debet a Principis mente
æstimari, ad *textum in L. Meminerint cod. Unde vi*, *& Rot. in Terra-
conen. reintegrationis* 19. *Febr.* 1745. §.6. *in fine cor. Lana*, *& in Bo-
nonien.*, *seu Ferrarien. Terratici* 5. *Jul.* 1756. §.8. *cor. Em. Caprara*.

Contingit quandoque, ut parochialis, vel alia Ecclesia ad
duas diœceses pertineat, & tunc, si illius dismembratio sit confi-
cienda, non potest executioni demandari, nisi utriusque Episcopi
169 diœcesani consensus interveniat, per *textum in cap.1. Ne Sede va-
cante*, *cap. Sicut unire de excessib. Prælat.*, *Azor. Instit. moral.
part.2. lib.6. cap.50. quæst.6.*, *Rebuff. in praxi benefic. tit. de union.
revoc. num.18.* Sed notandum, quod in hoc, aliove simili casu,
illa jurisdictio, quæ in dismembrationis actu non fuit aliis con-
170 cessa, reservata adhuc præsumitur illis, a quibus Ecclesia fuit dis-
membrata, ut firmat *Rota cor. Card. Falcon. de officio Ordin. decis.1.
num.8.*, *& decis.2. num.16.*

Parochiani insuper parvipendendi non sunt in materia dis-
171 membrationis, sed ad istius validitatem illorum consensus, seu
citatio requiritur; *ad cap.3. Ad audientiam de Eccles. ædific.*, *& Con-
cil. Triden. sess.21. de reform. cap.4.*, *Barb. de offic. & potest. Episc.
part.2. alleg.67. num.16. & seq.*, *Card. de Luca de Paroch. disc.35.
num.9.*, *Pignatell. consult.230. num.18. tom.4.*, *Ricc. decis.208.
num.4.*, *Rot. decis.455. num.6. part.12.*, *decis.223. num.5. part.6.*,
decis.68. num.4. part.7., *decis.168. num.9. & seqq. part.13. recent.*
Versamur enim in negotio tum privatum, tum publicum inte-
172 resse respiciente: proindeque ad hujusmodi dismembrationem non
est deveniendum, nisi citatis, auditisque iis omnibus, qui con-
173 tradicendi jus habent; *Pignatell. d. consult.230. num.18. post med.*,
Spad.

Spad. conf.92. num.3. & seq. lib.2., & *conf.170. num.4. ejusd.libri*, *ac Rota decis.110. num.4. part.4. tom.2. recent.* Est hujusmodi actio popularis, ac consequenter quilibet audiri necessario debet, ut 174
notat *Spada locis citatis*, *ac Pignatell. ut supra*, & *Rota apud eundem Pignatell. d.loco*, impressa *cor. Remboldo post d. conf. Spadæ*, & *cor. Crispo decis.178. num.15. & seq.*

Quilibet enim vindicare, ac tueri potest jus, favorem, ac li- 175
bertatem propriæ Ecclesiæ, quod publicum est, ut docent *Gratian. discept.715.num.27.*, & *Pignatell.ut supra*, adeoque comparere quilibet potest pro tali jure vindicando, tuendoque, & tamquam
legitimus contradictor debet audiri, ad *Gloss. in cap. Ut circa*, 176
verbo Aliqui *de elect. in 6.*, *Galgant. de jure publ. lib.4. tit.99. num.4. & seqq.*, *Pignatell. d. consult.230. sub num.18.*, ac Sacra Congregatio Concilii in *Novarien.dismembrationis* 19.*Novemb*.1746. & 12. *August*.1747. *ad dubium, ut in thes. resol. d. anni pag.57.*, tum Rotale Auditorium *decis.54. num.3. part.4. recent.*, & *d. decis.178. num.16. cor. Crispo*.

Si vero Parochiani, aliive omnes, quorum interest, dismembrationi assensum præstare nolint, illamque indebite, ac injuste propulsent, nil de illorum injusta contradictione curabit Episco-
pus, sed ad Parochiæ dismembrationem poterit devenire, ex 177
traditis a *Pignatell. d. consult.230. num.8.*, ubi Sacræ Congregationis Concilii, Sacræque Rotæ auctoritates afferuntur: quemadmodum e contrario Parochianorum petitio est deneganda, rejiciendaque, quotiescumque ullo absque necessitatis fundamento,
Parochiæ petant dismembrationem, juxta resolutionem Sacræ 178
Congregationis Concilii in *Nolana dismembrationis* 14.*April*.1736., ubi proposito dubio: *An sit locus dismembrationi, seu erectioni novæ Parochiæ?* Emi Patres negativam ediderunt responsionem, ut videre est in *thesauro resolut. d. anni pag.57.*

Quod si populus parochialem dismembrationem petat, novæque Ecclesiæ erectionem, justis id exigentibus causis, seseque obliget ad congruam novo Parocho suppeditandam, id potest
in causa esse, ob quam antiquæ Parochiæ dismembratio ad actum 179
perducatur, ut tradunt *Fagnan. in cap. Ad audientiam num.20. de eccles. ædific.*, *Card. de Luca de decimis disc.12. sub num. 6. & 8.*, quod Sacra Congregatio Concilii pari modo declaravit in *Firmana dismembrationis* 17. *Septemb*. 1759., relata in folio Congregationis habitæ 21. *Jun*. 1760. *in Novarien. divisionis, seu dismembrationis Parochiæ* §. *Nec locum*, *tom.29. thes. resol. pag.69.* Nisi Parochus Ecclesiæ Matricis se ipsum obliget ad Cappellani
deputationem, retentionemque, ut Parochianorum indigentiis 180
præsto esse valeat: quemadmodum Sacra Congregatio Concilii

pluries declaravit, cujus resolutiones videri possunt *apud Pasacc. ad* Pignatell. *de Paroch. tom.* 2. *fol.* 203., ac præsertim in *Aquen. dismembrationis* 13. *Jul.* 1720., & 2. *Aug.* 1721. relata in *Firmana dismembrationis* 15. *Decemb.* 1759. §. *E contra*, *tom.* 28. *thes. resol. pag.* 109. & *seq.*, ac *Rota decis.* 578. *num.* 7. & 8. *part.* 19. *recent.*, *decis.* 40. *num.* 13. *in miscell. cor. Em. Falcon.*, *decis.* 876. *num.* 27. *cor. Lancetta*, & *decis.* 221. *sub num.* 23. & 25. *cor. Crispo*.

Quin alicujus sit momenti contraria opinio *Monacelli in part.* 2.
181 *tit.* 2. *formul.* 3. *n.* 6., Sacræ Congreg. Concilii *in Januen.* 1694. auctoritate innixi. Nam præter quam quod in cit. *formul.* 3. *num.* 4. sibi met ipsi Monacellus contradicit, auctoritas, & exemplum a Sacra Congregatione petitum nullo modo ad præsentem casum est referibile: cum Sacra Congregatio in diversis omnino circumstantiis loquatur: ut *Rota* dictum *Monacell.* reprehendens observat *in d. decis.* 40. *num.* 13. *cor. Falcon.*, & *dict. decis.* 221. *num.* 23. *cor. Crispo*. Eaque propter hujusmodi auctoritas, & ex-
182 emplum minime debet attendi, ubi diversæ casuum militant circumstantiæ, ad *textum in L. Sed licet ff. de offic. Præsid.*, *L. Papinianus ff. de minor.*, Rot. *decis.* 966, *n.* 23. *cor. Molines*, *decis.* 1182. *num.* 25. *cor. Lancetta*, & *in Romana legitimæ super imputationibus quoad partitas respicientes patrimonium* Principis *Jo. Georgii*, *super resolutis*, 19. *Jan.* 1756. §. 13. *in fine cor. Caprara*.

Ratio autem, cur Communitas audiri minime debeat in casu, quo de agimus, per se manifesta est, & cuique patens consideranti illud juris principium, quod alibi adduximus, suggerens ad odiosam Parochiæ dismembrationem deveniendum mi-
183 nime esse, nisi talis urgeat necessitas, cui aliter provideri congrue nequeat, ex folio Sacræ Congregationis Concilii *in Lunen. Sarzanen.* 6. *Martii*, & 27. *Septemb.* 1732. §. *Ex adverso*, & *in Marturanen. dismembrationis* 24. *Jan.* 1739. §. *Secundo*, ac *Rota cor. Falcon. decis.* 34. *num.* 11. *in Miscell.*, & *in Æsina parochialis* 12. *Jun.* 1751. §. 5. & 28. *April.* 1752. §. 3. *cor. Cardinali Elephantutio*. Propterea cum in præsenti, in quo versamur, casu, hujusmodi populari necessitati consuli valeat per Cappellani deputationem, cui Parochus in populi adjumentum, & commodum
184 sese penitus submittit, consequens est, ut denegandum sit dismembrationis extremum, juxta notata in folio Sacræ Congregationis Concilii *in Constantien.* 30. *Maii* 1761. §. *At nisi*, *tom.* 30. *thes. resolut. pag.* 109.; eo quod cesset illa ratio, ob quam dicta Dismembratio permitteretur, ad tradita a *Barb. ad Concil. Trid. sess.* 21. *de reform. cap.* 4. *n.* 10., & *de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 78. *num.* 7., *Bertachin. vot. decisiv.* 117. *num.* 2., ubi refert reso-

resolutionem Sacræ Congregationis Concilii, *ac Rota cor. Falcon. dict. decis.* 34. *num.* 12., *& cor. Lancetta decis.* 855. *num.* 11., *& decis.* 876. *num.* 21.

Nec in contrarium quis fortasse adducat Tridentini Concilii dispositionem in *sess.* 21. *de reform. cap.* 4., ubi per deputationem Vicarii, seu Cappellani tunc solum evitatur dismembrationis parochialis necessitas, quando illa expostulatur propter populi aug- 185
mentum: ita ut aliis in casibus non videatur hujusmodi dismembrationis actus denegandus. Etenim inter primum, atque alios casus nulla assignabilis est diversa ratio: eo ipso, quo Parochus exhibet Vicarii, seu Cappellani deputationem, ut po- 186
pulari necessitati valeat consulere, in Ecclesia residendo, a qua petitur dismembratio, prout ratiocinatur *Rota cor. Crispo dict. decis.* 221. *sub. num.* 21. *vers. Minime, & cor Lancetta dict. decis.* 855. *sub n.* 11. *vers. Haud attenta*. Equidem per hanc dismembrationem minuitur populi concursus, & non levis emolumentorum procreatur amissio: quod justa esse potest causa, ob quam Paro- 187
chus petitam dismembrationem, ac divisionem studeat impedire, ut observat Rota cor. *Lancetta dict. decis.* 856. *num.* 28., & in terminis novæ Ecclesiæ intra limites Parochiæ assignandæ clarus est textus *in cap. Cum dilectus de Cappell. Monach., cap. Pastoralis* 9. *de iis, quæ fiunt a Præl., cum concord., & Rota decis.* 225. *num.* 9. *part.* 13. *rec.*, relato in *dict. decis.* 876. *n.* 28. *cor. Lancetta*.

Ubi vero Parochus constituere nolit Vicarium, seu Cappellanum, eumque suis sumptibus retinere, tunc audiri minime debet, & sic ad dismembrationem Parochiæ deveniri potest: ut 188
intelligi debet resolutio Sacræ Congregationis Concilii in *Januen.* 1694. superius citata a *Monacello dict. part.* 2. *tit.* 2. *formul.* 3. *num.* 6., ubi non aliter fuit approbata dismembratio, nisi quatenus Parochus propriis expensis pontem nollet reficere, & interim Cappellanum deputare: in quo non valde dissonat alia resolutio *in Asculana dismembrationis* 11. *April.* 1739., ubi Parocho renuente hanc propriis expensis deputationem Cappellani, Episcopus Parochiam dismembravit, novumque Parochum debita congruæ assignatione providit: at Parocho dismembratæ Ecclesiæ id ægre ferente, delataque causa ad Sacrum Tribunal Congregationis Concilii, proposita fuerunt dubia.

I. An dismembratio facta ab Episcopo Asculano sustineatur? & quatenus negative:

II. An sit providendum de Vicario perpetuo, & cujus sumptibus in casu &c.

Qua in re a sapientissimo Emorum Patrum Consessu attente librata, prodiit resolutio.

Ad 1. *Affirmative* : Ad 2. *Provisum in primo* : ut videre est *in thesauro resolut. dict. anni pag.* 41. ; quod *a Sacra Rota* confirmatur *cor. Crispo dict. decis.* 221. *num.* 25., *tum cor. Herrera decis.* 93. *num.* 4. & 6.

Idemque intelligas, si Parochus constituere quidem velit propriis sumptibus Cappellanum, sed in loco non æque commodo, & sic minime idoneo ad consulendum popularibus indi-
189 gentiis : quemadmodum intelligendæ sunt Sacræ Congregationis Concilii resolutiones in *Puteolana Parochiæ* 3. *Febr.* 1705., *in Anglonen.* 20. *Decemb.* 1702., *in Lunen. seu Sarzanen.* 28. *Febr.* 1711., *in Frequentina, seu Abellinen. erectionis parochialis* 22. *Martii* 1712., quas Sacra Rota refert, & explicat *cor. Crispo d. decis.* 221. *sub num.* 24. *vers. Audio*, ubi in principio *num.* 23. hæc habet : *Unicaque discrepantia inter utrumque casum tunc considerari valeret, quatenus Parochus novum Coadjutorem sibi adjungere offerret, illum apud se & in parochiali domo retinendo; per hanc namque deputationem bene quidem consultum dici posset necessitati, quæ oritur ex populi numero adaucto, non autem indigentiæ, quæ ex distantia locorum provenit : dum si Coadjutores per Parochum assumantur, illique postmodum in sua distanti Ecclesia parochiali resideant, minime ex eo sublata redduntur incommoda, & pericula, ad quæ occasione accessus ad parochialem Ecclesiam Parochiani exponuntur.*

Si Parochialis Ecclesiæ divisio facienda sit non ab Episcopo diœcesano, seu loci Ordinario, sed ab eodem Summo Pontifice, tunc dicti Episcopi diœcesani citatio, & consensus minime
190 requiritur, cum id causa exigente, possit ipse Pontifex, etiam invito Episcopo, quandocumque voluerit, suo uti supremo jure, & Parochiam dismembrare, ad tradita a *Piton. de controv. patron. alleg.* 55. *num.* 10. ibi : *Ex quibus patet, subsistente justa causa, Summum Pontificem devenire ad concessiones etiam odiosas, & extraordinarias, ut consulat bono publico, absque consensu Inferiorum, ad quos pertinent Ecclesiæ &c.* ; eodem modo, quo in Pontificiis Parochiarum, aliorumque beneficiorum unionibus, Episcopi, in cujus diœcesi Parochia, vel beneficium unitur, consensus, &
191 approbatio interveniat necesse minime est, quemadmodum unanimi consentione fatentur Doctores, ac præ cæteris *Garzias*, aliique *apud eundem, part.* 12. *de re benefic. cap.* 2. §. 2. *num.* 221., *Pax Jordan. elucubr. canon. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 84. Et hic notandum, quod quæcumque dismembratio parochialis, aliusve Ecclesiæ facta fuerit speciali, expressaque Summi Pontificis auctoritate, semper valida est præsumenda, nullum in se con-
192 tinens subreptionis, aut obreptionis vitium, ad *textum in cap.*

Si

Si capitulo de concess. Præb., *Piton. discept.* 151. *num.* 1. ubi scribebat pro dismembratione fructuum Ecclesiæ parochialis de Nuri, facta per Summum Pontificem *Clementem VIII.*, pro augendis distributionibus Ecclesiæ Calaritanæ, ac *Rota decis.* 817. *num.* 13. *part.* 18. *rec.*, *& decis.* 701. *num.* 7. *cor. Coccino*.

Secus vero esset dicendum, quotiescumque Ecclesiæ dismembratio speciali auctoritate, vel beneplacito Apostolico non perageretur, sed in vim tantum Pontificii rescripti: hoc enim in 193
casu Rescriptum Pontificium pro parochiali dismembratione obtentum, si obreptionis, vel subreptionis vitio infectum adpareat, erit ipso jure nullum, atque irritum, ac consequenter executio- 194
ni minime demandandum, ad *textum in cap. Ad aures* 8., *cap. Sedes* 15., *cap. Super litteris* 20. ac passim *de rescript.*, *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 54. *num.* 9., *Rota decis.* 229. *num.* 2., *decis.* 543. *num.* 1. *& seq. part.* 18. *rec.*, *& in Lycien. jurispatronatus* 27. *Jul.* 1720. §. *Siquidem cor. Cerro*, juxtaque notata *cor. Ubaldo in Capuana Pensionis* 9. *Maii* 1760. §. 8., *& cor. Azpuru* 22. *Jan.* 1762. §. 2. *& seq.* Hujus discriminis ratio per se clarissima existit. Nam, quando hujusmodi dismembratio fit auctoritate, vel beneplacito Apostolico, tunc Summus Pontifex utitur supremo, quo fruitur, jure in rebus Ecclesiasticis; & sic illo utendo, justa præser- 195
tim id exigente causa, nemini vel Episcopo, vel tertio injuriam irrogat, ex notissima juris regula, *in L. Nullus ff. de reg. juris*, de qua *Rota decis.* 599. *num.* 25. *part.* 5. *rec.*, *& in Bononien. laudi* 17. *Jun.* 1757. §. 17. *in fine cor. Canilliac*. At quando fit dismembratio vigore Apostolici rescripti, tunc non interponitur specialis, expressa, absolutaque Pontificis auctoritas, sed nego- 196
tium ad juris formam, & rigorem reducitur, & Apostolici rescripti vis, & efficacia, a veritatis narratorum exitu pendet; ad *Rotam in dict. Capuana Pensionis* 9. *Maii* 1760. §. 5., *&* 22. *Jan.* 1762. §. 4.; cum rescriptorum natura, atque indoles ea sit, ut in ipsis semper insit tacita conditio: *Si preces veritate nitantur*: 197
cap. Ex parte 2. *de rescript.*, *L. universa* 7. *cod. de div. rescript.* Unde deficiente narratorum veritate, litteræ, seu rescriptum Pontificum erit ipso jure nullum ex defectu intentionis Pontificis rescribentis, ex vulgatissimo textu in *cap. Cæterum de rescript.*, *Ro-* 198
sa de executione litter. Apostol. part. 1. *cap.* 6. *num.* 20. *& seq.*, in quo concordat Sacra Congregatio Concilii in *Juvenacen. Canonicatus Theologalis* §. *Subreptionis* 11. *Aug.* 1759., *tom.* 28. *thes. resol. pag.* 65., *in Faventina Cappellaniæ* 31. *Martii ejusdem anni* §. *Monachus*, *dict. tom.* 28. *pag.* 27., ac *Rota cor. Em. Falconer.*

Requiritur beneplacitum Apostolicum in iis præsertim dismembrationibus parochialibus, quæ factæ fuerunt cum onere Matricis

199 tricis Ecclesiæ, a qua altera fuit dismembrata, & discissa: ita
ut hujusmodi defectus efficiat dismembrationis actum nullum, &
invalidum, ad *textum in cap.* 1. *de rebus eccles. non alien.*, *cap.* 1.
Ne Sede vacante, ac Rota *cor. Vicecom. in Constantien. dismembrationis* 16. *Jun.* 1739. §. *Neutrum*. Quo in casu, qui contendit
validam fuisse dismembrationem, tenetur suæ intentionis fundamentum concludenter probare, videlicet dictum Apostolicum be-
200 neplacitum in hujusmodi actu intervenisse: dummodo tamen concludenter aliunde probetur, quam ex Partium assertione, ad tradita a *Rota cor. Seraphino decis.* 1026. *sub num.* 1., *cor. Ottobono decis.* 6. *num.* 10., & *cor. Vicecom. in dict. Constantien. dismembrationis* §. *Neque*.

Duo adhuc supersunt notanda circa præsentem materiam, omissis cæteris, quæ videri possunt in *titulo* 3. *de erectione Parochiarum*, quæque in sequenti titulo videbuntur. Primum notatu necessarium est, quod, ut valeat beneficiorum parochialium, vel non parochialium, eorumve fructuum dismembratio, exprimi debet verus annuus valor secundum communem utriusque
201 beneficii æstimationem, ex *regula* 22. *Cancellariæ*, ubi sic legitur: *Et idem voluit observari in quibusvis suppressionibus perpetuis, concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus etiam, de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis*: quemadmodum notant *Sot. ad eandem regulam*, ac Rebuff., *gloss. ult. in fine*, & *in addit. ad eandem in fine*, ac Rigant. *num.* 62. & *seq.* ubi asserit hæc
202 verba addita fuisse a *Clemente VIII.*, tum *num.* 67. & *seqq.*, ac *Vanespen. in jus Eccles. univ. part.* 2. *tit.* 29. *cap.* 4. *num.* 7. Neque audiendus est *Mandos. ad eandem regulam* 22. *quæst.* 4. & 13.
203 relatus a Rigant. *loco cit. num.* 70., qui contra sentit. Suo enim tempore verba *Regulæ* 22. non erant, quemadmodum hodie, ita ampla: cum ipse scripserit super Regulis *Julii III.*, cujus tempore nondum aderant illa verba: *In quibusvis suppressionibus perpetuis &c.*: quæ fuerunt deinde addita a *Clemente VIII.* ut præter *Rigant. in cit. num.* 70. optime animadvertit *Kochier ad ipsum quoque* Regulam *num.* 15.

Alterum, quod scire operæ pretium erit, in hoc positum est, quod hujusmodi dismembrationes Parochiarum, & beneficiorum
204 subjacent dispositioni *Regulæ* 13. *Cancellariæ*, cujus clara sunt verba ita concepta: *Item rationabilibus suadentibus causis ipse D. N. omnes uniones, adnexiones, & dismembrationes etiam perpetuas de quibusvis Cathedralibus, nec non aliis Ecclesiis* ... & *beneficiis Ecclesiasticis &c.* quemadmodum inter cæteros tradunt *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. glossa* 7. *num.* 53., *Rigant. ad d. regul.* 13. *n.* 24., *Rota decis.* 757. *n.* 2. *part.* 3., *decis.* 446. *n.* 21. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* cum
aliis

aliis in *Ripana Præpositura 6. Maii* 1654. §. *fin. cor. Albergato*, qui-
bus addi potest *decis.*640. *n.*4. *cor. Manzanedo*, *&* *decis.*483. *num.*2.
& seq. cor. Pamphil., ubi asseritur has ita ineffectuatas a Summo Pon- 205
tifice Successore revocari. Idemque dicendum de dismembratio-
nibus partis fructuum ad dictas Ecclesias, dictave beneficia perti- 206
nentium, quod a *Clemente VIII.* primum apponi solitum fuit,
ibi: *Eorumque domibus, prædiis &c.* ut notat *Rigant. ad eandem* 207
*regul.*13. *n.*26. Eaque propter, ne dictæ Regulæ subjaceant hujus-
modi dismembrationes, curandum est, ut post quam rite, recte-
que fuerunt expletæ, effectum suum sortiantur vivente Summo
Pontifice, qui eas explevit, vel ante renovationem dictæ Regu- 208
læ; ut tradunt *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæst.*29. *n.*28., *Turricell.*
*de union. cap.*15. *n.*10., *Rigant. ut sup.*, *Rota decis.*275. *n.*3. *part.*5.,
*decis.*446. *n.*21. *part.*4. *tom.*2., *decis.*614. *n.*62. *part.*4. *tom.*3. *rec.*,
*decis.*1591. *n.*56. *& seqq. cor. Coccino.*

Ad hoc autem, ut parochialis Ecclesiæ dismembratio dicatur
effectum suum sortita, requiritur, ut a novo Parocho, seu Re-
ctore capta sit Ecclesiæ noviter erectæ, ejusve bonorum, ac jurium 209
pacifica possessio: eodem modo, quo de unione passim diximus
in titulo 10. *n.*162., & insuper tradunt *Barb. de jure ecclef. univ.*
*lib.*3. *cap.* 16. *n.*61., *Garz. de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 281.,
& seqq., *Mandos. super regul. cancell. quæst.*5. *n.*3. *vers. Et vere*,
& realiter, ac *Rota decis.*90. *n.*8. *part.*4. *tom.*2., *decis.*224. *n.* 6.
*part.*11. *recent.*, *decis.*768. *n.*2. *&* 3. *nuperrim.*, quibus consonant
quæ habentur in *decis.*1005. *n.*12. *cor. Lancetta.* Remanet inffectua-
ta parochialis dismembratio quotiescumque conditiones ab Epi-
scopo, aliove Ordinario in actu dismembrationis adjectæ, minime
fuerunt executioni commissæ, ut docet *Rota cor. Ratto decis.*204. 210
*n.*3., *decis.*274. *num.*3. Et sic remanebit ineffectuata ob non adim-
pletam conditionem, v. g., adsignationis congruæ dotalis, quæ
a sacris Canonibus omnino præscribitur pro novæ Parochiæ ere- 211
ctione, *Fagnan. in cap.*3. *Ad audientiam n.*52. *de ecclef. ædific.*, *Azor.*
Instit. moral. part. 2. *lib.*9. *cap.*3. *quæst.*1., *Barb. de offic. & potest.*
*Episc. part.*3. *alleg.*64. *n.*3., *& de offic. & potest. Parochi part.* 1.
*cap.*1. *n.*40., *Rota cor. Herrera decis.*2. *n.*16., *cor. Ratto dict. de-*
*cis.*204. *sub n.*4., *& d. decis.*274. *n.*3.

Excluditur insuper veræ parochialis dismembrationis effectua-
tio, si adsignatum tantum fuerit annuum stipendium pro manuten-
tione Vice-Parochi, *Rota cor. Ratto d. decis.*204. *n.*4., *decis.*274. 212
*n.*4. Ratione in hoc posita, quod hujusmodi stipendio novus Paro-
chus non indigeret, si nova Parochia vere fuisset erecta, & consti-
tutio congruæ dotis pro Parocho, ejusque Ministro ab Episcopo eri-
gente per viam necessariæ conditionis adsignatæ, suum fuisset sor-

tita

213 tita effectum, ut advertit *Rota d. decis.* 204. *n.4.*, & *d. decis.*274. *n.4.* Multoque magis excludetur ex reddituum parochialium per
214 laicos facta administratione: cum administratio reddituum parochialium, decimarum, oblationum, & similium ad Parochum privative pertineat, ut notant *Barb. de offic. & potest. Episc. part.*3. *alleg.*8. *sub num.*15. *vers. Attamen*, & *juris eccl. univ. lib.*3. *tit.*23. *sub n.*30., *Vanespen. in jus eccles. univ. part.*2. *tit.*33. *de decimis*, & *oblat. cap.* 10. *num.* 24., *Romaguer. ad Constit. Synod. Gerunden. lib.*3. *tit.*12. *cap.*1. *n.*17., *Capon. discept. for.*77. *n.*17., *Pignatell. consult.*160. *n.*3. *tom.*4., Rota cor. Ratto d. *decis.*204. *n.*9., & *cor. Aldrovando in Gerunden. admissionis ad distributiones* 18. *Febr.* 1707. §. *Posito*, & *seqq.*, & *cor. Cerro in Asculana eleemosynarum*, 19. *Jan.*1720. §. *Nullo*. Laici enim sibi nequeunt arrogare decima-
215 rum, oblationum, aliorumque parochialium reddituum administrationem, *per textum in Cap. Pastoralis n.* 20. *de iis quæ fiunt a Prael.*, *Ventrigl. in praxi fori eccles. part.*2. *annot.* 26. §. *un. n.*39., *Card. Petra Comment. ad Constit.* 1. *Anastasii IV. sect.* 2. *n.*44. & *seq.*, *Pignatell. d. consult.*160. *n.*3., Rota *d. decis.*204. *sub num.* 9. *coram* Ratto.

Ex continua Vice-Parochi deputatione, utpote repugnante dismembrationi parochialis Ecclesiæ in titulum conferendæ,
216 argui quoque potest veræ dismembrationis ineffectuatio, ut tradit *Rota d. decis.*274. *n.*7. *cor.* Ratto. Tum etiam ex enunciativis, in quibus regimini Ecclesiæ deputati Sacerdotes, semper Vice-Parochi, Vice-Rectores, nunquam vero Parochi, Curati, & Rectores
217 fuerint nuncupati, *Rota d. decis.*204. *n.*7. Tandem, cæteris omissis indiciis, ex inverisimilitudine argui pari modo potest veræ dis-
218 membrationis ineffectuatio, ut optime monet *Rota d. decis.* 204. *n.*6., & in alia facti specie *coram Carolo Rezzonico*, nunc *CLEMENTE XIII.* feliciter, glorioseque Divi Petri Cathedram regente, *decis.* 128. *sub n.*18. *vers. Quin immo*, ubi notanda sunt illa verba: *Eandemque inexistentiam asserti Compromissi etiam a parte ante, satis comprobat ipsa inverisimilitudo*; si v. g. præsentationes non fuerunt expletæ ad formam instrumenti dismembrationis: cum verisimile haud quaquam sit, quod illi, ad quos vigore dicti instru-
219 menti Rectoris præsentatio spectabat, jure ad se legitime pertinente usi minime fuerint, ad tradita a Rotali Auditorio *d. dec.*146. *n.*5. *part.*2. *rec.*, *decis.*111. *n.*5. & 6. *cor. Dunozet jun.*, *decis.*118. *n.*2. & *seq. cor. Caprara*, & *cit. decis.*128. *sub num.*18. *vers. Quin immo cor.* CLEMENTE XIII., *dd. decis.*204. *n.*6., & 274. *num.*6. *coram* Ratto.

TITU-

TITULUS XIII.

De duplici divisione, seu dismembratione Parochiarum.

SUMMARIUM.

1 *DUÆ sunt Parochiarum, vel beneficiorum perpetuo dividendorum species.*

2 *Prima divisionis species contingit, quando Ecclesia æque principaliter dividitur, quin Ecclesia divisa, ac dismembrata ab altera, a qua facta fuit dismembratio, dependeat.*

3 *Postquam Ecclesia fuit dismembrata, & in duas plenarie reducta, unaquæque erit æqualis, excepto jure maternitatis, ac patronatus si aderit, ulla absque novæ dependentia, ac subjectione erga dismembratam Ecclesiam.*

4 *Adeoque recens Ecclesia jure novæ censetur, nec amplius alterius, a qua fuit plenarie dismembrata, juribus, ac privilegiis uti, ac perfrui potest.*

Quia per plenariam dismembrationem jura antiquæ Ecclesiæ extinguuntur, & ea ad omnes effectus translata remanent in aliam recenter erectam. Ibidem.

5 *Altera divisionis species est, quando una Ecclesia ab altera dismembratur, ac separatur, ea tamen lege, ut Ecclesia sic divisa, ab illa adhuc dependeat, a qua fuit sejuncta.*

Et hæc subjectiva, impropria, & accessoria divisio nuncupatur. Ibidem.

6 *Divisionis subjectivæ effectus est, ut Ecclesia sic divisa uti, ac perfrui valeat juribus, ac privilegiis alterius; quia adhuc consideratur ut matricis Ecclesiæ membrum, atque pars.*

7 *Nulla Ecclesia potest esse membrum alterius, vel ab illa plene possideri, nisi pleno jure illi subjecta proponatur.*

8 *Ecclesia subjective noviter erecta adhuc a priori dependet, & unus remanet titulus, unumque parochiale beneficium: secus ac in altero casu divisionis æque principalis.*

9 *Adeoque effectus hujus plenariæ dismembrationis is quoque erit, ut reservationi ratione mensium, & regulis Cancellariæ, Ecclesia sic divisa minime subjaceat, neque per concursum sit conferenda.*

10 *Item effectus erit hujus dismembrationis, ut prior Ecclesia matrix, altera filialis evadat, & dicatur.*

11 *Quotiescumque de dismembrationis actu minime adparet, vel justa habetur suspicio de dismembratione absque requisitis necessariis peracta, in dubio semper est pronunciandum in illius exclusionem.*

12 *Divisio nunquam præsumitur, sed est concludenter probanda,*

13 *Ne Episcopo quidem asserenti dismembrationem fuisse habitam, justaque de causa expletam, est adhærendum.*

14 *Aliunde probanda est, quam per illius simplicem assertionem, ne fortasse aperiatur via eludendi ejusdem legis prohibitionem.*

15 *Si dismembratio rite, recteque fuerit peracta, non tamen adpareat an æque principaliter, vel subjective facta fuerit, in dubio semper est præsumendum non æque principaliter, sed subjective fuisse completam.*

16 *Et sic in dubio præsumitur facta erectio novæ Ecclesiæ filialis cum translatio-*

latione solius curæ actualis in Rectorem, seu Vicarium, firma remanente habituali penes Parochum matricis.

17 *Duplex est animarum cura, actualis videlicet, & habitualis una, actualis altera, vel habitualis.*

18 *Duplici modo fieri potest dismembratio curæ, vel curæ actualis & habitualis, vel actualis tantum.*

19 *Contra dismembrationem curæ actualis tantum, mitior, sed contra dismembrationem utriusque curæ, plusquam stricta, & rigorosa sumitur interpretatio.*

20 *Totalis, ac plenaria dismembratio, quæ sapit naturam alienationis, in præjudicium antiqui Parochi, tamquam in jure odiosa, omnino est vitanda.*

21 *Ad hanc tamquam ad ultimum, & subsidiarium remedium devenire non licet, nisi urgentissima adsit necessitas, atque populari necessitati aliter consuli nequeat.*

Non constante concludenter, evidenterque de hujusmodi necessitate, ne Ordinarii quidem judicio de plenariæ dismembrationis relevantia defertur. Ibidem.

22 *Ne sancta quidem Sedes sine urgenti, & maxima necessitate Parochiales districtus scindere consuescit.*

23 *Divisio Parochialis facta ex justa causa, ob difficultatem itineris, & accessus, vel ob loci distantiam, vel ob portarum clausuram, aliudve simile impedimentum, semper intelligitur facta quoad solam curæ actualis dismembrationem.*

24 *Adeoque habitualis cura debet remanere penes matricem Ecclesiam, illiusque Parochum.*

25 *Summus Pontifex* in cap. 3. Ad audientiam de Eccles. ædific. & *Tridentini Patres* in sess. 21. de refor. cap. 4., *permittunt quidem ob loci distantiam, vel itineris, & accessus difficultatem, aliudve simile impedimentum, deveniri posse ad totalem dismembrationem Parochialem, sed tum demum, quando aliter provideri non potest populari indigentiæ.*

26 *Quoties animarum periculis satis provideri potest, abhorrent sacri Canones, ut a priori Ecclesia omnis cura, etiam habitualis divellatur, & cum ipsius jactura, ac læsione in novam Ecclesiam prodige transfundatur.*

27 *In dismembratione præsertim æque principali, requiruntur concludentes, univocæ, & rigorosæ probationes.*

28 *Et hæc probationum genera iisdem fere ex fontibus depromi possunt, ex quibus illa, quæ unioni, illiusque qualitati probandæ inserviunt.*

29 *Amplissima, & effrænata verba in dismembrationis Bulla ita concepta:* Separamus, eximimus, dividimus, & futuris temporibus dismembratas, ac separatas esse volumus: *indicant dismembrationem æque principalem.*

30 *Limita, quotiescumque dicta verba commode referri possint ad dismembrationem quoad solum curæ actualis exercitium.*

31 *Plenissima dismembratio non aliter inducitur, quam si præter justam, ac legitimam causam, verba concurrant illam clare, univoce, & concludenter significantia.*

32 *Limita secundo, quando mens dismembrantis Ecclesiam, novamque erigentis fuit, ut minus, quam fieri posset, Parochi, & Parochiæ antiqua jura læderentur;* & num. 34. *ubi redditur ratio.*

33 *Verba semper sunt intelligenda eo sub respectu, quo proferuntur, nec operari debent contra mentem disponentis.*

35 *Debent verba ita clare, atque concludenter omnimodam, & plenariam præseferre dismembrationem ab antiqua Ecclesia, ut omnem excludant dubitationem.*

36 *Excluditur plenaria dismembratio, si in actu Parochialis dismembratio-*

tio-

tionis fuerit adjectum, ut novi Parochi exemptio ad aliquem tantum actum, & effectum extendatur. Et redditur ratio.

37 *In odiosa dismembrationis materia non est attendenda, admittendaque extensio ultra expressa.*

38 *Amplia ad exclusionem æque principalis dismembrationis, si priori Ecclesiæ injunctum fuerit onus tradendi Rectori novæ Ecclesiæ congruam pro honesta illius sustentatione in præmium laboris pro curæ exercitio impendendi.*

39 *Hæc enim congrua ita rependenda convenire nequit vero Parocho per se, & jure proprio curam exercenti.*

40 *Quando Ecclesia est totaliter dismembrata, non potest obligari prior Ecclesia ad suppeditandam novo Parocho congruam pro illius sustentatione.*

41 *Amplia, si congrua novo Vicario fuerit assignata in re incerta, & variabili, ut sunt decimæ, & primitiæ se se habentes ad incrementum, & decrementum.*

42 *Vero, & independenti Parocho firma, & invariabilis congrua est assignanda.*

43 *Item si fuerint reservata antiquæ Ecclesiæ jura decimarum, aliarumque præstationum ab ejusdem Parochianis tradi solitarum.*

44 *Vel, si fuerint præservata omnia jura veram matricitatem præseferentia, & subjectionem in Matricem.*

45 *Si duobus Parochis constitutis, certaque territorii parte unicuique assignata dictum fuerit eorum quemlibet de propria Ecclesia debere esse contentum, & alterum in alterius Ecclesia nil amplius juris sibi posse vindicare, divisio æque principalis includi videtur, ita ut unaquæque Ecclesia de per se regenda sit ulla absque dependentia.*

46 *Limita, quando commode intelligi possunt dicta verba directa ad unicum finem, & effectum, ut facilior redderetur cura animarum mediante libero illius exercitio, unicuique Parocho intra præstitutos fines demandando.*

47 *Si novo Parocho fuerint assignati Parochiani cum territorio certis limitibus circumscripto, & cum juribus habendi cœmeterium, campanile, & alia signa veræ, & propriæ parochialis, hæc omnia plenariæ conveniunt dismembrationi.*

48 *Limita, quando ad unicum finem fuerunt ordinata, ut necessitati, & commodo habitantium in suburbiis consuleretur, illisque sacra ministrarentur.*

49 *Adeoque talis assignatio Parochianorum, territorii, aliorumque jurium parochialium ad faciliorem Sacramentorum administrationem unice directa, solam curæ actualis dismembrationem inducet.*

50 *Ex deputatione Parochi ad vitam cum reali, & plenaria possessione parochialis Ecclesiæ, non potest semper inferri plenaria dismembratio.*

51 *Eo quod intelligi queat de Vicaria perpetua erecta quoad curæ actualis exercitium.*

52 *Probatur autem plenaria dismembratio ex institutione ab Ordinario facta cum concessione tituli perpetui, & regimine Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus, atque animarum curæ.*

53 *Institutio Parochi ab antiqua Ecclesia deputati, ac nominati, potest esse signum æquivocum pro plenaria dismembratione: cum accipi possit pro institutione auctorizabili ad curæ exercitium necessaria.*

54 *Ex deputatione Vicarii probari potest divisio subjectiva, seu curæ tantum actualis.*

55 *Item si ob adauctum fidelium numerum*

 rum

rum fuerit ab antiqua Ecclesia constitutus alius Coadjutor, seu Vicarius, illi interim assignata ex propriis redditibus necessaria congrua, ac mercede.

56 *Si plenaria dismembratio fuisset facta, deberet a novo Parocho ob populi adaucti multitudinem Coadjutor deputari.*

57 *Argumentum a denominatione Ecclesiæ, illiusque Ministrorum petitum, multoties æquivocum est in dismembrationis materia.*

58 *Nuncupatio* Parochialis, Parochi, Curati, *non est signum univocum dismembrationis plenariæ, sed æquivocum, eo quod adhiberi valeat ad significandum subsidium, & adjutorium Ecclesiæ matricis.*

59 *Aliqua Ecclesia potest esse curata, & tamen non vere parochialis.*

60 *Ex reservatione jurispatronatus favore Ecclesiæ antiquæ, excluditur æque principalis dismembratio.*

Repugnat juspatronatus in novam Ecclesiam cum dominio alterius Ecclesiæ, a qua facta fuit dismembratio. Ibidem.

61 *Juspatronatus servitutem inducit.*

62 *Absurdum est servitutem, & dominium favore ejusdem Ecclesiæ constitui.*

63 *Servitus in re propria nequit consistere.*

64 *Fallit tamen hæc regula, & ratiocinatio, si ex redditibus antiquæ Ecclesiæ nova fuerit erecta, vel dotata: ob quod d. antiquæ Ecclesiæ juspatronatus competit cum facultate nominandi filialis Ecclesiæ Rectorem.*

65 *Et sic nil detrahit dominio, & matricitati Ecclesiæ jurispatronatus retentio.*

Jus, & honor præsentandi novum Rectorem, seu filialis Ecclesiæ Vicarium, matrici Ecclesiæ reservatur in signum subjectionis. Ibidem.

66 *Talis reservatio denotat dismembrationem quoad curæ actualis exercitium, firma remanente habituali penes matricem Ecclesiam.*

67 *Limita si concludenter probetur totalis dismembratio, ipsaque jurispatronatus reservatio favore antiquæ competens, eo quod ex propriis illius redditibus Ecclesia fuerit recens constructa, novoque Parocho debita congrua constituta.*

68 *Decretum infertur totalis dismembrationis, cum reservatione jurispatronatus favore antiquæ Ecclesiæ, ob congruæ dotis ex propriis redditibus factam assignationem.*

69 *Dismembrationis qualitas per observantiam probari quoque potest.*

70 *Observantia dismembrationis actum subsequens multum attenditur.*

71 *Dismembratio subjectiva evincitur, si hoc non obstante, populus, cujus favore concessa fuit dismembratio, adhuc ab antiquæ Ecclesiæ Rectore Sacramenta recipere consueverit.*

72 *Vel si quandoque contigerit, ut Presbyteri dismembratæ Ecclesiæ regimini deputati, Ecclesiam resignaverint in manibus antiqui Parochi, vel Abbatis, si ad Monasterium attinebat.*

73 *Item cognoscitur dismembrationis qualitas ex centenaria tum judiciali, tum extrajudiciali, præsertim eruenda ex provisionibus factis, vel non factis prævio concursu.*

74 *Collatio parochialis Ecclesiæ dismembratæ facta prævio concursu conjecturam, & præsumptionem suppeditat dismembrationis plenariæ.*

Conjecturæ, & præsumptiones in aliarum probationum defectum habent quoque locum in dismembrationis materia. Ibidem.

75 *Parochiales Ecclesiæ in titulum perpetuum conferendæ, committi nequeunt ex Tridentino Concilio nisi iis, quos Episcopus post legitime habi-*

habiti concursus examen, digniores judicaverit.

76 *Si viceversa per longum temporis spatium, per unum, vel plura sæcula numquam fuerit collata Ecclesia per concursum, neque a Sede Apostolica umquam provisa tamquam reservata, id subjectivam dismembrationem indicabit.*

77 *Non enim præsumendum est, quod tam longo temporis spatio numquam contigerit casus, quo Ecclesia controversa tempore Sedi Apostolicæ reservato vacaverit.*

78 *Amplia non obstante, quod Ecclesia, quæ prætenditur plenarie dismembrata, fuerit a Sede Apostolica quandoque provisa, idque concludenter probetur: nisi eodem tempore concludenter probetur fuisse a S. Sede uti reservatam provisam.*

79 *Potest enim contingere, ut Ecclesia, de qua agitur, fuerit a S. Sede provisa ratione resignationis, vel permutationis.*

80 *Vicariæ perpetuæ, & unitæ permutari, ac resignari possunt in manibus Summi Pontificis, & ab ipso provideri, ullo absque præjudicia unionis, & habentium illius vigore jus nominandi Vicarium.*

81 *Ex simplici Partis assertione, & probatione, quod Ecclesia vel numquam fuerit a Sede Apostolica provisa, vel provisa, sed non uti reservata, satis probatur illam fuisse subjective dismembratam.*

Illius enim favore non solum militat simplex assertio, & probatio, sed juris etiam assistentia. Ibidem.

82 *In dubio semper præsumitur facta dismembratio juxta legis præscriptum, adeoque quoad curam tantum actualem.*

83 *Secus actus ita interpretaretur, ut contra legis præscriptum censeretur factus: quod non esset ferendum.*

84 *Prætendens totalem Ecclesiæ dismembrationem, illiusque reservationem favore Sanctæ Sedis, debet narrationem, in qua se fundat, plene, ac concludenter probare.*

85 *Totalis dismembratio est res maximi momenti, qua nil potest odiosius concipi, adeoque semper capienda benigna interpretatio favore illius, qui Parochiæ, vel beneficii passus fuit dismembrationem*

Conventio quoque in actuali dismembratione facta, favore illius, qui divisionem passus est, debet benigne interpretari. Ibidem.

86 *Pacta, specialesque reservationes in ipso dismembrationis actu adjectæ, inviolabiliter servari debent.*

Amplia si hæc pacta fuerint a Summo Pontifice approbata: cum de dismembrationis, illorumque firmitate amplius non liceat dubitari. Ibidem.

87 *Si consensus pro dismembratione præstitus fuerit, illaque secuta, non potest amplius impugnari.*

88 *Beneficia non sunt scindenda ex sacrarum Canonum dispositione, sed ulla sine diminutione conferenda.*

89 *Sub hac tamen prohibitione, & regula minime continentur Coadjutoriæ, vel pensiones favore alterius constitutæ.*

90 *Coadjutoriæ simplices ad vitam tantummodo concessæ nil habent commune cum beneficio, neque istud per Coadjutoriam scinditur, neque Coadjutor ullum retinet jus ad beneficium, ita ut novo Coadjuto statim beneficium dicatur vacare.*

91 *Per Coadjutoriam perpetuam cum futura successione nec plenarie, nec subjective scinditur beneficium, sed unum adhuc remanet.*

Coadjutor vivente Coadjuto solum habet jus ad rem, seu ad beneficium, ita ut interim potius fictus, quam verus Beneficiatus dicatur. Ibidem.

92 *Permittitur Coadjutori futura successio*

ceſſio in præmium Eccleſiaſtici ſervitii.

93 *Adveniente morte Coadjuti, jus, quod ad beneficium retinebat Coadjutor, tranſit in jus plenum.*

94 *Epiſcopus quoque datus in Coadjutorem cum futura ſucceſſione habet tantum jus ad rem, ſeu Epiſcopatum, purificabile poſt mortem Epiſcopi coadjuti.*

95 *Per penſionem ſuper parochiali, aliove beneficio impoſitam, non ſcinditur beneficium, ita ut duo beneficia efficiantur, ſed unum adhuc remanet. Et redditur ratio.*

96 *Penſio in abſtracto conſiderata eſt quid mere temporale ſuper fructibus conſtitutum a beneficio diſtinctum, ac ſeparatum.*

97 *Clericus penſionarius titulo penſionis poteſt ad ſacros Ordines promoveri*, & ſub n.99. verſ. Quamobrem.

98 *Penſio tamen eccleſiaſtica non eſt beneficium.*

99 *In materia odioſa ſub beneficii nomine penſio nequit contineri.*

100 *Ut quis promoveri valeat ad ſacros Ordines requiritur beneficium Eccleſiaſticum: attamen propter utilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ ab Epiſcopo approbatam, permittitur penſio, vel patrimonium.*

101 *Quæ propter neceſſitatem ſunt introducta, nequeunt in argumentum, & conſequentiam deduci.*

102 *Concurrente diverſitate circumſtantiarum, rationum, & caſuum inutile efficitur argumentum.*

1 DUÆ ſunt Parochiarum, ſeu parochialium Eccleſiarum, vel beneficiorum perpetuo dividendorum ſpecies, ut *in anteriori titulo n.60. & ſeq.* jam demonſtravimus, ac paſſim clare deducitur ex folio Sacræ Congregationis Concilii *in Conſtantien.* 30. *Maii* 1762. *tom.* 30. *theſ. reſol. pag.* 109., & ex Rotali ſpecie *cor. Frangipane in Conſtantien. jurium parochialium* 28. *Jun. anni pariter* 1762. Prima diviſionis, ſeu diſmembrationis ſpecies contingit, quando Ec-
2 cleſia æque principaliter dividitur, quin Eccleſia diviſa, ac diſmembrata ab altera, a qua facta fuit diſmembratio, dependeat. Et ſic poſtquam Eccleſia fuit diſmembrata, & in duas plenarie re-
3 ducta, unaquæque erit æqualis, excepto jure matricitatis, ac patronatus, ſi aderit, ulla abſque dependentia, ac ſubiectione erga diſmembratam Eccleſiam, ut per *textum in Can. Præcipimus §. Sicut, cau.16. qu.1.*, tradit *Abbas in cap.3. Ad audientiam de eccleſ. ædific. num. 8.*, *Hoſtien. ibidem num. 6.*, *ac Fagnan. num. 8. & 9.*, *Card. de Luca de Paroch. diſc. 36. num. 6.*, *de decim. diſc. 12. n.13.*, *& in miſcell. eccleſ. diſc. 1. num. 31.*, *ac Rota cor. Card. Creſcentio deciſ. 263. num. 24.* Adeoque recens Eccleſia jure novæ cenſebitur, nec amplius alterius, a qua fuit diſmembrata, juribus, ac
4 privilegiis uti, ac perfrui poterit: eo quod per hujuſmodi diſmembrationem jura antiquæ Eccleſiæ extinguantur, & ad omnes effectus tranſlata remaneant in aliam noviter erectam, juxta ea, quæ tradit *Frances de Eccleſ. Cathed. cap. 8. num. 496.*, *Gonzal. ad regul.*

regul. 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 7. *a num.* 5. *ad* 33., cum aliis relatis
a Rota cor. Herrera decis. 143. *num.* 4.

Altera divisionis species est, quando una Ecclesia ab altera
dismembratur, dividitur, ac separatur, ea tamen lege, ut Ec-
clesia sic divisa ab illa adhuc dependeat, a qua sejuncta propo- 5
nitur: quæ consequenter subjectiva, impropria, & accessoria di-
visio nuncupatur, ex demonstratis in *cit. anteriori titulo num.* 62.
Cujus divisionis effectus erit, ut Ecclesia sic divisa uti, ac perfrui
valeat privilegiis, & juribus alterius, cum illa adhuc considere- 6
tur ut matricis Ecclesiæ membrum, proindeque illi plene sub-
jecta: nulla enim Ecclesia potest esse membrum alterius, vel ab
illa possideri, nisi pleno jure illi subjecta proponatur, ex firma- 7
tis a *Rota cor. De Vais in Vicen. juris admittendi Presbyteros,*
super bono jure, 10. *Decemb.* 1734. §. *Possideri*.

Hinc, quemadmodum Ecclesia noviter erecta, adhuc ab
antiqua dependet, & unus adhuc remanet titulus, unumque pa-
rochiale beneficium, secus ac in priori casu divisionis æque prin- 8
cipalis, ita hujus Ecclesiæ subjective dismembratæ effectus quo-
que erit, ut reservationi ratione mensium ex regulis Cancella-
riæ, haud quaquam subjaceat, neque ex Piana Constitutione per 9
concursum sit conferenda, ad tradita a *Gonzal. ad regul.* 8. *Can-
cell. glossa* 5. §. 6. *num.* 64., *Paris. de resignat. lib.* 8. *quæst.* 9.
num. 93. *& seqq.*, *Corrad. in praxi benefic. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 20.
& seq., *Rota decis.* 461. *num.* 1. *& seq.*, *decis.* 817. *num.* 11. *&
seqq. cor. Molin.*, *decis.* 298. *num.* 3. *cor. Ratto*, *in Nullius pro-
vinciæ Ravennaten.* 11. *Febr.* 1737. §. *At contrarium*, §. *Posito*,
& seq. cor. Calcagnino, *& in Æsina parochialis* 12. *Jun.* 1751.
§. 3. *cor. Card. Elephantutio*. Hujusque parochialis dismembra-
tionis effectus is quoque erit, ut prior Ecclesia matrix rema-
neat, secunda vero filialis evadat, per *textum in cap.* 3. *Ad au-* 10
dientiam de eccles. ædific., *& Concil. Trid. sess.* 21. *de reform. cap.* 4.,
Card. de Luca de decim. disc. 11. *num.* 13. *vers. Tertio*, *& de præe-
min. disc.* 40. *num.* 12. *&* 13., juxtaque ea, quæ habentur in fo-
lio Sacræ Congregationis Concilii *in Ariminen. præeminentiarum*
7. *Jul.* 1737. §. *Porro*, *thes. resol. dict. anni pag.* 162., ac in spe-
cie *Rot. cor. Falcon. decis.* 31. *num.* 3. *de jurep.*, *& in Imolen. Vi-
cariæ* 13. *Jan.* 1758. §. 3. *cor. Herreros*.

In hac, in qua versamur materia, hæc regula tenenda est,
quod quotiescumque de dismembrationis actu minime adparet,
vel justa habetur suspicio de dismembratione, absque debitis re-
quisitis peracta, in dubio semper sit respondendum ad dismem-
brationis actus exclusionem: ob eam regulam, qua edocemur 11
divi-

12 divisionem nunquam præsumi, nisi concludenter probetur, ad *text. in L. pen. cod. Comm. divid.*, *Angel. in §. fin. Instit de societ.*, *Ferrett. conf. 120. num. 6.*, *Mascard. de probat. conf. 328. num. 6.*, *Gratian. discept. ecclef. cap. 555. num. 2.*, *Rot. cor. Molines decis. 742. num. 5.* Et hoc ita rigorose sumendum est, ut ne Episcopo quidem asserenti dismembrationem factam fuisse, justaque de cau-
13 sa expletam, sit adherendum, ex *Rota in Constantien. dismembrationis 16. Januarii 1739. cor. Vicecom. §. Neque*: cum aliunde probanda sit, quam per illius simplicem assertionem, ne for-
14 tasse aperiatur via eludendi ejusdem legis prohibitionem; *Castren. conf. 74. num. 1. vers. 3. Videndum lib. 1.*, *Paris. conf. 36. n. 11. lib. 4.*, *ac pluries Rota apud Ottobon. decis. 6. num. 3.*

Facta autem hypothesi, quod dismembratio peracta fuerit cum omnibus validitatibus, at non adpareat utrum plenarie, seu æque principaliter, an vero subjective facta fuerit, juris nostri principium est, in dubio præsumendum esse hanc fuisse subjecti-
15 ve, non æque principaliter expletam, juxta tradita a *Rota cor. Falcon. in miscell. decis. 34. num. 12.*; eaque propter præsumetur erectio novæ Ecclesię filialis cum translatione solius curæ actualis in Rectorem, firma remanente in antiquum Parochum ma-
16 tricis cura habituali; *Paris. de resign. lib. 11. quæst. 15. num. 20. & seqq.*, *Prass. de reg. patron. tom. 2. cap. 68. num. 72.*, *Marga de benefic. quæst. 6. sub num. 24.*, *Rota cor. Em. Falcon. dict. decis. 34. num. 12.*, *cor. Lancetta decis. 855. num. 10. & seq.*, *cor. Herrera decis. 73. num. 5.*, *& decis. 93. num. 5.*, *cor. Canilliac in Aurien. Vicariæ 5. Febr. 1745. §. 5.*, *& in Æsina parochialis 12. Jan. 1751. §. 6. & seq. cor. Em. Elephantutio*, *ac in Constantien. jurium Parochialium 28. Jun. 1762. cor. Frangipane §. 6.*, ubi in casu, de quo agebatur, ita legitur: *Hinc ea semper urget præsumptio, quod mera cura actualis Cappellano in adjutorium Parochi sit commissa, firma semper apud Parochum originarium remanente cura habituali.*

Duplicis generis esse solet animarum cura. Alia est actua-
17 lis & habitualis, altera actualis, vel habitualis, ut *in titulo 5. num. 14. de Parochialitate, seu animarum cura* demonstravimus: unde duplici quoque modo fieri potest illius dismembratio, vel
18 curæ videlicet actualis & habitualis, vel curæ tantum actualis, ex *auctoritatibus hic supra citatis num. 16.*, *& ex Rota in dict. Imolen. Vicariæ 23. Jan. 1758. §. Et porro*, *& §. 3. cor. Herreros.* Contra hanc dismembrationis speciem mitior, sed contra illam, nempe plenariam, tamquam odiosissimam, plus quam stricta,
19 & rigorosa sumitur interpretatio, juxta doctrinam Rotalem *cor. Em.*

Em. Falcon. decis. 40. *num.* 8. *in miscell.* Nam totalis, ac plenaria dismembratio, quæ sapit naturam alienationis, in præjudicium antiqui Parochi, tamquam in jure odiosa, omnino est vitanda, ut tradunt *Barb. ad Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 4. *de reform. num.* 10. *& seq.*, *Pax Jord. elucubr. variar. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 31. *num.* 13., *Monacell. formul. legal. pract. tom.* 1. *tit.* 2. *form.* 3. *num.* 35., additis iis, quæ habentur in folio Congregationis Concilii in *Firmana dismembrationis* 15. *Decemb.* 1739. §. *Contendunt thes. resol. pag.* 109., ac *Rota in cit. Æsina parochialis* §. 5. 20

Ad istam enim dismembrationem, tanquam ad ultimum, & subsidiarium remedium, devenire non licet, nisi urgentissima adsit necessitas, atque populari necessitati aliter consuli nequeat; *Barb. loco cit.*, *& de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 78. *num.* 7., *Frances de eccles. cathed. cap.* 6. *num.* 94. *Frass. de reg. patron. cap.* 68. *num.* 28., *Tanchredin. consult.* 104. *num.* 11. *& seq.*, *Pignatell. consult.* 230. *num.* 18. *tom.* 4., ac pluries Sacra Congregatio Concilii, sed præcipue in *Cajetana* 24. *Maii* 1619., *in Balneoregien.* 19. *Jul.* 1698., *in Placentina* 13. *April.* 1726., *in Derthonen. dismembrationis* 5. *April.* 1732., *in Lunen. Sarzanen.* 6. *Maii*, *&* 7. *Septemb. ejusdem anni*, *in Marturanen. dismembrationis* 24. *Jan.* 1739. §. *Secunda*, *&* 29. *Septembris* 1741., ubi hujusmodi dismembratio ab Episcopo libere, ac independenter facta absque requisita necessitate, fuit nulla declarata: ut videre est *in tom.* 10. *thes. resol. pag.* 141. ac recenter *in Constantien.* 30. *Maii* 1761. §. *Pro parte*, *&* 27. *Junii ejusdem anni*, *ad dubium*, ubi cum quæreretur: *An sit locus prætensæ dismembrationi Ecclesiæ parochialis* Pagi *Schliengen.* Et quatenus negative, fuit resolutum: *Negative*, *& amplius*, ut in *tom.* 30. *thes. resol. pag.* 110. *&* 118., in quo etiam concordat supremum Rotæ Tribunal *cor. Falcon. decis.* 34. *num.* 11. *in miscell.*, *decis.* 855. *num.* 10. *cor. Lancetta*, *decis.* 221. *num.* 21. *cor. Crispo*, *in dict. Æsina* §. 5. *in fine*, *in Constantien. parochialitatis*, *seu reintegrationis* Parochiæ 22. *Febr.* 1747. §. *Siquidem cor. Em. Caprara*, *& in dict. Imolen. Vicariæ* 13. *Jan.* 1758. §. 8. *in med. cor. Herreros*. Idque adeo verum est, ut de hujusmodi necessitate concludenter, evidenterque non constante, ne Ordinarii quidem judicio circa plenariæ dismembrationis relevantiam deferatur: quemadmodum liquet ex dicta resolutione Sacræ Congregationis Concilii in *Constantien.* 27. *Jun.* 1761. *ad* 1. *dubium*, *dict. tom.* 30. *thes. resol. pag.* 118., tametsi ab adversa Parte emissum Ordinarii judicium Eminentissimis Patris panditum, ut firmissimum tueretur: quemadmodum videre est *in folio dict. Constantien.* 30. *Maii* 1761. *in fine* §. *Disputat*, *dict. tom.* 30. *thes. resol. pag.* 107. Immo ne sancta quidem Sedes sine hujusmodi maxima, & ur-

22 genti ratione parochiales districtus scindere consuescit; *Rota cor. Em. Falcon. dict. decis.* 34. *num.* 11. *in miscell.*, *cor. Lancetta dict. decis.* 855. *num.* 10., *coram Tanario decis.* 249. *num.* 4. *& seqq.*, *cor. Em. Elephantutio in dict. Æsina parochialis* 12. *Jun.* 1751. §. *Præmisso*, *& cor. Figueroa in Valentina jurisdictionis*, *super manutentione* 26. *Jun.* 1754. §. 7.

Quam ob rem facta divisione parochiali ex justa causa, v. g. ob difficultatem accessus ad Matricem, vel ob loci distantiam, ob portarum clausuram, aliudve impedimentum, semper intel-
23 ligitur facta quoad solam curæ actualis dismembrationem, ut tradunt *Barbos. de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 78. *num.* 7., *& ad Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 4. *de reform. num.* 6., *Murga de benefic. quæst.* 6. *num.* 24., *Tanchredin. consult.* 104. *num.* 11. *& seqq.*, *Lap. alleg.* 66. *num.* 6., *Rota cor. Coccino decis.* 428. *num.* 4., *cor. Herrera decis.* 95. *num.* 3., *& cor. Card. Elephantutio in dict. Æsina parochialis* 28. *April.* 1752. §. 3. Adeoque cura habitualis adhuc debet remanere penes Matricem Ecclesiam, illiusque Pa-
24 rochum, per *textum in cap.* 3. *Ad audientiam*, *ubi Doctores*, ac signanter *Abbas num.* 16. *de eccles. ædific.*, innovatum a *Concil. Trid. sess.* 21. *de reform. cap.* 4., *Barb. ibidem num.* 7. *&* 11., *& de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 68. *num.* 2., *Lap. dict. alleg.* 66. *num.* 4., *Rota decis.* 193. *num.* 1., *& decis.* 231. *sub num.* 8. *&* 9. *part.* 4. *tom.* 2., *& decis.* 204. *num.* 1. *part.* 17. *recent.*

Nec dicas potius refragari Summum Pontificem in *cit. cap.* 3. *Ad audientiam*, & Tridentinos Patres in *cit. cap.* 4. *sess.* 21. *de reform*, ubi liquet ob allata impedimenta deveniri posse ad formalem, totalemque dismembrationem etiam curæ habitualis. Nam relatæ dispositiones permittunt quidem, ut ob loci distantiam, aliasque graves difficultates accedendi ad Matricem, deveniri valeat ad formalem, seu æque principalem dismembra-
25 tionem: sed tum demum, quando certo constat Parochianorum indigentię alio modo, per simplicem videlicet actualis curæ divisionem, ac translationem, minime posse provideri, ut notant Doctores mentem dictæ decretalis, & Tridentini Concilii explicantes, inter quos *Zypp. respons. canon. lib.* 3. *tit. de eccles. ædif. consult.* 1. *num.* 2. *&* 5., *Tancredin. dict. cons.* 104. *num.* 11., *Bertachin. vot. decis.* 17. *num.* 2., *ac Rota in cit. Æsina parochialis* 28. *April.* 1752. §. 3. *cor. Em. Elephantutio*. Quoties enim animarum periculis satis provideri potest, abhorrent profecto Sacri Canones, ut a priori Ecclesia omnis cura, etiam habitualis divellatur, & cum ipsius jactura, ac læsione in novam
26 Ecclesiam prodige transfundatur: ut ratiocinatur R*ota in Imolen. Vicariæ* 13. *Jan.* 1758. §. 8. *cor. Herreros*.

Quæ

Quæ cum ita ſint, exorta controverſia circa Parochiæ diſmembrationem, ad concludentes, univocas, & rigoroſas probationes erit recurrendum, præſertim ſi æque principalis, & ple- 27
naria contendatur; nulloque modo per ſimplices conjecturas, & argumenta induci ipſa poterit, juxta Rotalem doctrinam *cor. Frangipane in Conſtantien. jurium parochialium* 28. *Jun.* 1762. §.6. ubi hæc habentur: *Diſmembratio plenaria, quæ procul dubio odioſa reputatur, tamquam ab antiquo Parocho avellens proprias oves, & jura, non ex conjecturis, & argumentis induci poteſt, ſed clariſſimis probationibus eſt demonſtranda per exhibitionem documenti ſuper illius formali erectione in Parochiam, ac deputationem veri Parochi, cui abſolute, ac omnino independenter cura animarum ſit tributa.* Hæc autem probationum genera iiſdem fere ex fontibus depromi poſſunt, ex quibus illa, quæ unioni, illiuſque qualitati pro- 28
bandæ inſerviunt: unde videri quæſo poterunt ea, quæ *in tit.*10. tradidimus.

Si Summus Pontifex, aliuſve Ordinarius in diſmembrationis Bulla, ſeu decreto, uſus fuerit effrænatis, & ampliſſimis verbis, poterunt iſta denotare, ac ſuppeditare formam plenariæ diſmembrationis; v. g. ſi verba ita concepta adpareant: *Separamus, eximimus, dividimus, & futuris temporibus diſmembratas, ac ſe-* 29
paratas eſſe volumus: ut notant *Pax Jardan. & Manacell. apud Rotam coram Em. Elephantutio in dict. Æſina parochialis* §. 10. Id tamen fallit, quotieſcumque talia verba commode poſſunt verificari de diſmembratione quoad ſolum curæ actualis exercitium, ut ob- 30
ſervat R*ota in dict. Æſina* §. 11.

Enim vero pleniſſima diſmembratio non aliter inducitur, quam ſi præter juſtam, ac legitimam cauſam, verba concurrant illam clare, univoce, & concludenter ſignificantia, ita ut nullam valeant difficultatem procreare, ut *poſt textum in cap.* 3. *Ad* 31
audientiam de eccleſ. ædific., firmant *Marga de benefic. quæſt.*6. *n.*24., *Tanchredin. dict. conſ.* 104. *num.* 11. *& ſeq.*, *Rota deciſ.* 73. *num.* 1. *cor. Herrera, in d. Æſina parochialis* 12. *Jun.* 1751. §. 6. *& ſeq.*, *&* 28. *April.* 1752. §. 10. *& ſeq. cor. Em. Elephantutio, & in dict. Imolen. Vicariæ* 13. *Jan.* 1758. §. 8. *in fine cor. Herreros*, quo referri, argumentatione ducta, etiam poſſunt quæ habentur *cor. Zelada in Tarraconen. reædificationis, & reſtaurationis Eccleſiarum* 19. *Jun.* 1761. §. 7., tametſi de unione differatur. Hinc ſuperius relata verba: *Separamus, eximimus &c.* ad plenariam diſmembrationem nequeunt referri, præſertim contra expreſſam mentem diſmembrantis, novamque Eccleſiam erigentis, quæ fuerit, ut minus, quam fieri poſſet, Parochi, & Parochiæ antiquæ jura læderen- 32

tur: per adducta a *Rota in dict. Æsina parochialis* 12. *Jun.* 1751. §. 6. & 9., & 28. *April.* 1752. §. 6., cum verba semper sint intel-
33 ligenda eo sub respectu, quo proferuntur, nec operari contra mentem disponentis debeant, ad *L. Si quis damnum §. Quod tamen ff. Locati, Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. glossa* 48. *num.* 51., *Aymon. cons.* 236. *num.* 11., *Rot. decis.* 413. *num.* 14. *part.* 19., *decis.* 487. *num.* 32. *eadem part.* 19. *tom.* 2. *recent.*, & *in dict. Æsina parochialis* 28. *April.* 1752. §. 11.

Ratio autem, cur, si in dismembrationis Bulla adjecta fuerit clausula, ut minus, quam fieri posset, læderentur jura Ecclesiæ, a qua facta fuit dismembratio, debeat hujusmodi clausula divisionem æque principalem, & plenariam excludere, in propatulo omnino est constituta. Nam per hanc plenariam divisionem maximum Ecclesiæ parochiali, a qua facta fuit dismem-
34 bratio, inferretur præjudicium, eo quod illi omnia jura adimerentur: & sic dismembrantis protestatio esset omnino inutilis, atque illusoria, ut ad rem penderant *Corrad. in praxi benefic. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 19., *Monacell. in formul. legal. tom.* 1. *tit.* 6. *formul.* 11. *num.* 9., *Rota decis.* 153. *num.* 10. *part.* 2. *rec.*, *in Nullius Provinciæ Ravennaten. Vicariæ* 11. *Febr.* 1737. §. *Ipsa tamen cor. Calcagnino*, & *in dict. Æsina* 12. *Jun.* 1751. §. 9. *cor. Elephantutio*. Unde verba debent ita clare, atque concludenter omnimodam, & plenariam præseferre dismembrationem ab antiqua Ecclesia, ut
35 omnem excludant dubitationem, per tradita a *Rota in dict. Æsina* §. 6. *in principio*.

Si in Parochiæ dismembratione fuerit statutum, ut novi Parochi exemptio ad aliquem actum, & effectum tantummodo extenderetur, id omnino aptum est ad excludendam plenariæ dis-
36 membrationis qualitatem: quia in cæteris remanere adhuc debet nova Ecclesia subjecta priori, a qua fuit dismembrata, ut tradit *Rota cor. Pamphil. decis.* 480. *num.* 220., & *cor. Molin. decis.* 676. *num.* 49. & *seq.*, & *decis.* 706. *num.* 6., & *in d. Æsina* §. 13. *in fine*. Etenim in odiosa dismembrationis materia non est atten-
37 denda, admittendaque extensio ultra expressa, per *textum in Extrav. Ad Apostolat.* 2. *de concess. præb.*, *Rotam cor. Carillo decis.* 159. *num.* 16., *cor. Duran. decis.* 14. *num.* 18., & *cor. Em. Elephantutio in dict. Æsina* §. 9. Multoque magis erit excludenda æque principalis divisio, si priori Ecclesiæ injunctum fuerit onus tradendi Rectori novæ Ecclesiæ congruam pro victu, & sustentatione ei necessaria, in præmium laboris pro curæ exercitio impensi, &
38 impendendi; *Rota cor. Merlino decis.* 87. *num.* 1., *cor. Bichio decis.* 8. *num.* 7., *in Valentina Vicariæ* 2. *Jun.* 1733. §. *Momentum cor. Millino*, & *in dict. Æsina* 12. *Jun.* 1751. §. 10. & 11. *cor. Card. Elephantutio*.

Ista

Ista enim congrua tali modo rependenda, convenire minime potest nisi Parocho habenti curam tantum actualem, non vero Parocho per se, & jure proprio curam exercenti; *Rota cor.* 39
Em. Elephantutio in dict. Æsina §. 10. Quandoquidem si Ecclesia fuisset in totum dismembrata, non potuisset obligari prior Ecclesia ad suppeditandam novo Parocho hujusmodi congruam, ut 40
observant *Vitalin. in Clem.* 1. *num.* 7. *de offic. Vicar.*, *Calderin. cons.* 18. *vers. Non obstat*, *Rota decis.* 461. *num.* 3. *cor. Molin.*, *decis.* 73. *num.* 6. *cor. Herrera*, *in Compostellana parochialis* 11. *Martii* 1716. §. *Plenaria cor. Cerro*, *& in eadem* 26. *Febr.* 1717. §. *Certius cor. Gamaches*, *in d. Æsina* 12. *Jun.* 1751. §. 9. *&* 28. *April.* 1752. §. 12. *cor. Card. Elephantutio*. Idemque foret dicendum, si congrua novo Parocho, seu Vicario fuerit assignata in re incerta, & variabili, ut sunt decimæ, & primitiæ, sese habentes ad incrementum, 41
& decrementum, ut docet *Rota in dict. Æsina* 12. *Jun.* 1751. §. 11. *in princ.*; ratione in hoc posita, quod vero, proprio, & independenti Parocho, firma, ac invariabilis congrua est assignanda; *Pi-* 42
gnatell. consul. 169. *num.* 17. *tom.* 7., *Adden. ad Ceccoper. lucubr. Canon. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 63., *Rota in Leodien. Pastoratus de Peruvez* 25. *Jun.* 1742. §. 8. *cor. Millino*, *in dict. Æsina* §. 11., *& in Lucana pensionis* 26. *Febr.* 1755. §. *Objectum cor. Vicecomite*.

Pari modo excludetur pleuaria dismembratio, si fuerint reservata antiquæ Ecclesiæ jura decimarum, aliarumque præstationum ab ejusdem Ecclesiæ Parochianis tradi solitarum, ut demonstrat *Rota cor. Herrera decis.* 73. *num.* 7., *& decis.* 93. *num.* 12. 43
Ac similiter, si fuerint præservata omnia jura veram matricitatem præseferentia, & subjectionem in matricem, ex hoc convincitur sola dismembratio quoad curam actualem, salva remanente habituali penes matricem; *Azor. Instit. moral. part.* 2. *cap.* 44
12. *quæst.* 13. *lib.* 3., *Card. de Luca de decim. disc.* 12. *num.* 13., *Pignatell. consult.* 109. *num.* 1., *Rota decis.* 7. *num.* 7. *part.* 18. *recent.*, *& cor. Herrera dict. decis.* 73. *num.* 8. *&* 10.

Si in actu dismembrationis, duobus Parochis constitutis, certaque territorii parte unicuique assignata, dictum, expressumque fuerit, eorum quemlibet de propria Ecclesia, seu Parochia debere esse contentum, & alterum in alterius Ecclesia, vel Parochia nil juris amplius sibi posse vindicare, quamquam hæc verba non levem primo obtutu ingerant difficultatem, & videantur potius indicare æque principalem dismembrationem, ita ut unaquæque Ecclesia per se regenda sit ulla absque dependentia; re tamen maturius considerata, talia verba inducere haud 45
quaquam valent æque principalis dismembrationis argumentum:

co

eo quod intelligi commode queant directa ad unicum finem, & effectum, ut facilior redderetur cura animarum mediante libero, absolutoque illius exercitio, unicuique ex Parochis intra præstitutos fines demandato, ut observàt *Rota cor. Herrera dict. decis.*
46 tutos fines demandato, ut observàt *Rota cor. Herrera dict. decis.* 73. *num.* 9., cui videtur accedere resolutio Sacræ Congregationis Concilii 20. *Jan.* & 10. *Febr.* 1759. *in causa Andrien.* inter Capitulum, & Ecclesiam S. Nicolai ejusdem Civitatis graviter excitata: nam delato controversiæ examine ad Sacrum Congregationis Tribunal, propositisque sequentibus dubiis.

I. An Ecclesia cathedralis Civitatis Andriæ sit unica parochialis totius Civitatis, ejusque territorii, ita ut Ecclesia S. Nicolai sit meraCoadjutrix in administratione tantum Sacramentorum in casu &c. Et quatenus affirmative.

II. An possit dicta Ecclesia cathedralis totam exercere curam etiam quoad totalem Sacramentorum administrationem ex se, & in casu &c., & quatenus negative ad utramque.

III. An sit locus divisioni Parochiarum in casu &c. Et quatenus affirmative.

IV. An, & quomodo sit facienda? Et an Ecclesiæ cathedrali præservanda sint illa omnia jura parochialia, quæ prætendit privative exercuisse, & exercere in tota Civitate, in casu &c.

Post rem mature discussam, fuit ab Eminentissimis Patribus ita resolutum:

Ad I. *Affirmative*. Ad II. *Negative*. Ad III. *Esse locum divisioni quoad exercitium curæ animarum tantum*. Ad IV. *Divisionem faciendam esse ab Episcopo, & approbandam a Sacra Congregatione*, ut videre est in *thes. resolut. dict. anni pag.* 16.

Immo adeo rigorose procedendum est in materia plenariæ dismembrationis, ut, si in Bulla dismembrationis, novæque Parochialis erectione, fuerint assignati Parochiani novo Parocho cum territorio certis circumscripto limitibus, & juribus haben-
47 di Cœmeterium, Campanile, aliaque signa veræ, & propriæ Parochialis: quamvis hæc videantur posse denotare æque principalem dismembrationem, nihilo tamen secius sunt errori obnoxia, quando videlicet ad unicum finem fuerunt ordinata, ut sic necessitati, & commoditati habitantium in suburbiis con-
48 suleretur, illisque sacra ministrarentur, juxta Rotalem observationem *cor. Card. Elephantutio in dict. Æsina parochialis* 12. *Jun.* 1751. §. 14. Unde talis assignatio Parochianorum, territorii, aliorumque jurium porochialium, unice directa ad faciliorem Sacramentorum administrationem, denotare potest dismembratio-
49 nem curæ tantum actualis, non autem & habitualis, ut in pun-
ctuali-

ctualibus, ac durioribus terminis respondit *Rota cor. Ansaldo decis.* 55. *num.* 15. §. *Potissime*, & *num.* 16., *cor. Molin. decis.* 461. *num.* 1., *cor. Herrera decis.* 73. *num.* 9., & *decis.* 110. *num.* 9., & *coram Card. Elephantutio in dict. Æsina parochialis* §.14. *in fine*.

Si Parochus ad vitam deputetur cum reali, & plenaria pos-
sessione parochialis Ecclesiæ, ex hoc non semper inferri potest
plenaria dismembratio animarum curæ quoad proprietatem ab
Ecclesia matrice, ita ut constituat beneficium curatum de per
se, ac omnino independens: cum hujusmodi dismembratio, seu 50
Curati ad vitam deputatio etiam cum plenaria possessione Paro-
chiæ, intelligi queat de Vicaria perpetua erecta quoad curæ
actualis exercitium: ut ponderat *Rota decis.* 33. *num.* 4. & 10. 51
*part.*4., & *decis.*204. *num.*7. *part.*13. *rec.*, *ac alibi in d. Æsina pa-
rochialis* 28. *April.* 1750. §.16. Totalis autem dismembratio, actua-
lis nempe, & habitualis curæ, argui posset ab institutione per
Ordinarium facta cum concessione tituli perpetui, & regimine
Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus, atque animarum curæ; 52
Rota in Valentina Vicariæ 1. *Jun.* 1733. §. *Momentum cor. Milli-
no*. Institutio tamen Parochi ab antiqua Ecclesia, seu illius Re-
ctore deputati, ac nominati, potest esse signum æquivocum pro
denotanda dismembratione, ac divisione plenaria, cum accipi 53
queat pro institutione auctorizabili ad curæ exercitium necessa-
ria; *Glossa in cap.*1. *verbo* Præsentetur, *de Cappell. Monach.*, *Lot-
ter. de re benefic. lib.*1. *quæst.*24. *num.*13., *Rota decis.*95. *num.*6.
& *seqq. part.*16. *recent.*, & *in d. Æsina* §.16. *in fine*.

Ex deputatione Presbyteri, seu Vicarii, probari merito
potest divisio subjectiva, seu curæ tantum actualis, habituali re- 54
manente penes Ecclesiam, a qua dismembratio facta fuit; *Rota
cor. Herrera decis.*73. *num.*12., ubi alia hanc ad rem traduntur
exempla. Parique modo si ob adauctum Fidelium numerum con-
stitutus fuerit ab antiqua Ecclesia alius Coadjutor, seu Vicarius,
illi interim assignata ex propriis redditibus necessaria congrua,
ac merces pro sui sustentatione, hoc signum erit plusquam ex-
clusivum plenariæ dismembrationis, ut tradit *Rota in d. Æsina* 55
parochialis 12. *Jun.* 1751. §.20. Et ratio omnino est in aprico:
nam post plenariam dismembrationem nova Ecclesia facta fuit
a priori independens, & consequenter adaucto Fidelium nume-
ro, deberet Capellanus, seu Coadjutor a novo Parocho consti- 56
tui, ad normam Tridentini Concilii in *sess.*21. *de reform. cap.*4.,
ibique *Barb. num.*15., *Bellett. disquisit. Cleric. part.*1. *tit. de Cle-
ric. debit.* §.14. *num.*7., juxtaque tradita in folio Sacræ Congre-
gationis Concilii in *Mileten. erectionis Capellaniarum* 22. *Mar-
tii*

tii 1760. §.*Contendunt*, tum in *Vicen.Parochiæ de Liuffano* 12.*Jan.*, 22.*Martii*, & 23.*Aug.*1760.ubi ad dubium, responsum fuit deputandos esse Sacerdotes pro servitio Parochiæ, ut in *tom.*29. *thes. resol. pag.*17. 136. 149., in quo concordat *Rota decis.*62. *num.*12. *part.*15., *decis.*516. *num.*2. & *seq. part.*18. *rec.*, *decis.*472. *num.*1. *cor.Dunoz. jun.*, *decis.*14. *num.*19. & *seqq. cor. Ansaldo*, & *in cit. Æsina* §.20.

Argumentum a denominatione Ecclesiæ, illiusque Ministro-
57 rum petitum, multoties æquivocum est in hac dismembrationis materia. Si enim Ecclesia dismembrata dicatur parochialis, & illius regimini Sacerdos deputatus, nuncupetur Parochus, seu Curatus, talis nuncupatio *Parochialis*, *Parochi*, *Curati* non est univocum argumentum dismembrationis plenariæ, sed omnino æquivocum, cum adhiberi etiam valeat ad significandum subsi-
58 dium, & adjutorium Ecclesiæ parochialis matricis, ut considerant *Pacion. alleg.civil.*90. *num.*29., *alleg.*91. *num.*23., *Panimoll. decis.*5. *annot.*1. *num.*48., *Rota decis.*281. *num.*15., & *decis.*253. *num.*8. *part.*1. *recen.*, & *decis.*29. *num.*29. *cor. Herrera*. Adeoque non ob id dici potest Ecclesiam noviter erectam esse parochialem in titulum perpetuum collativam; quandoquidem ne tyronibus quidem peregrinum est, posse aliquam Ecclesiam esse
59 curatam, & tamen non veram parochialem, ut plene demonstravimus in *tit.*5. *a num.*63. *ad* 66., & hic docent inter cæteros *Barbat. in Clem. Causa num.*24. *de elect.*, *German. de indult. verbo Regularia num.*60., *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæst.*4. *num.*34., *Card. de Luca de benefic. disc.*63. *num.*4., Rota *decis.*52. *num.*26. *part.* 2. *divers.*, *decis.* 254. *num.*2. & 3. *part.*2. *recen.*, & *in d. Æsina parochialis* 12.*Jun.*1751. §.14., & 28.*April.*1742. §.12. *in fine cor. Card.Elephantutio*.

Si in dismembrationis actu reservatum fuerit juspatronatus favore antiquæ Ecclesiæ, per hanc reservationem dicendum fo-
60 ret factam illam fuisse plenariam, & æque principalem, eo quod repugnet juspatronatus in Ecclesiam dismembratam cum dominio alterius Ecclesiæ, a qua facta fuit dismembratio, ex notatis a *Rota in d.Æsina* §.18. Nam cum juspatronatus servitutem indu-
61 cat, & præseferat, ut probat Rota *cor.Card.Crescentio in decis.*263. *num.*3., & *cor.Cornelio in* Ratisbonen. *jurisdictionis* 28.*April.*1762. §.10., sequeretur, quod servitus, & dominium favore ipsius an-
62 tiquæ Ecclesiæ essent constituta, quod esset absurdum, cum ser-
63 vitus in re propria consistere, & dari minime valeat, per *textum in cap. Cum in illis* §. *Cum autem de præb. in* 6., *l.*26. *de servit. præd. urb.*, Rota *cor. Crispo decis.*308. *num.*6., & *cor. Card. Crescentio*

ſcentio in cit. deciſ. 263. *num.* 3., *& cor. Cornelio in d. Ratisbonen. juriſdictionis* §.10., ubi ita legitur: *Neminem enim, qui vel a limine jurisprudentiam ſalutaverit, latet juſpatronatus ſervitutem eſſe; eam autem in re propria poſſideri neutiquam poſſe, attenta incompatibilitate actionis, & paſſionis in uno, eodemque ſubjecto*.

Hæc primo obtutu nulli, quamvis minimæ, exceptioni obnoxia videntur; res tamen aliter ſeſe habet, ſi quemadmodum opus eſt, ſeria adhibeatur animadverſio. Etenim dicta regula, & ratiocinatio omnino fallit, ſi ex redditibus antiquæ Ec- 64
cleſiæ nova fuerit ædificata, & erecta, v.g. ex decimis, primitiis, oblationibus, aliiſque id generis ad illam antea ſpectantibus: cum hoc in caſu ex hac quodammodo impropria dotatione debitum ſit ita dotanti Eccleſiæ juſpatronatus, cum facultate perpetuo nominandi, ac præſentandi filialis Eccleſiæ Rectorem: unde nil detrahit dominio, & matricitati Eccleſiæ, juriſpatro- 65
natus retentio, ad *textum in cap.*1.*Ad audientiam de Eccl. ædific.*, ubi tale jus, taliſque honor reſervatur matrici in ſignum ſubjectionis, ac in puncto reſpondit *Rota cor. Carillo deciſ.*75. *num.*6., *cor. Molin. deciſ.*517. *num.*10., *& ſeqq.*, *& in cit. Æſina* §.15.; ac conſequenter talis reſervatio denotabit diſmembrationem quoad curæ exercitium, firma interim remanente habituali penes matricem, ut de jure nominandi Rectorem, ſeu Cappellanum diſſe- 66
rendo ponderat *Rota cor. Emerix jun. deciſ.*947. *num.*4. *& ſeqq.*, *cor. Gamaches in Aurien. parochialis de Rozamonde* 29.*April.*1720. §.*Nihilque*, *&* 16.*Jun.*1721. §.*Similiter*, *& cor. Card. Elephantutio in d. Æſina parochialis* 12. *Jun.*1751. §.15., *&* 28. *Aprilis* 1752. §.16.

Debet ergo concludenter probari plenaria, & totalis diviſio, ipſaque juriſpatronatus reſervatio favore antiquæ Eccleſiæ, eo quod ex propriis redditibus novam Eccleſiam fundaverit, novoque Parocho debitam congruam conſtituerit: tunc enim re- 67
vera, & indubie adparebit de parochialis beneficii in titulum perpetuum collativi erectione, ut monet *Rota in cit. Æſina* §. 17. Cujus rei, cæteris omiſſis, exemplum habetur apud Sacram Tridentini Concilii Interpretum Congregationem, in *cauſa Aſculana diſmembrationis* 11.*April.*1739., ubi Epiſcopus Aſculanus plenarie ſeparavit ab antiqua parochiali Eccleſia aliam parochialem, & antiquæ, ſeu matrici, ex cujus redditibus nova Parochia fuerat dotata, juſpatronatus, & nominationem Parochi reſervavit, una cum alio honoris jure, antiquo Parocho competenti, ut melius videre eſt in decreto diſmembrationis ab Epiſcopo *die* 27.

Martii 1730. edito, post processum coram suo Vicario generali confectum, auditumque matricis Ecclesiæ Rectorem. Quod decretum hisce formulis, ac verbis conceptum legitur per extensum in *folio dictæ Asculanæ dismembrationis, thes. resol. d. anni pag.* 31. *& seq.*

68 *Villas Materæ, & Vallechiæ cum Oratorio S. Benedicti in dicta Villa Materæ fundato, hominibus, incolis, familiis, & territoriis a parochiali Ecclesia S. Mariæ de Plano Quintodecimi separamus, dividimus, & dismembramus, & dictam Ecclesiam S. Benedicti Villæ Materæ in parochialem Ecclesiam assignamus, & constituimus, dantes, & concedentes incolis, & habitantibus dictarum Villarum plenam, & integram potestatem in dicta Ecclesia noviter fundata fontem baptismalem, cœmeterium, & alia insignia parochialitatis constituendi, & retinendi pro exercitio veræ curæ; & Vallechiæ eligimus, & deputamus R. D. Matthiam Riti Orsini de dicto Castro Quintodecimi, quatenus idoneus a nobis reperiatur, & Examinatoribus synodalibus &c. Pro sustentatione vero, & onerum supportatione Rectoris Ecclesiæ parochialis S. Benedicti Villarum Materæ, & Vallechiæ, & Successorum in perpetuum assignamus, & consignamus bona dictæ Ecclesiæ S. Benedicti, & Cappellæ in ea fundatæ, & fructus illarum, & decimas cujuscumque generis in specie solvi solitas in processu ut supra fabricato, contentas, & confirmatas, & respective expressas, ascendentes in totum ad scuta triginta circiter monetæ Romanæ, una cum oblationibus, eleemosynis, aliisque competentibus &c. Reservamus jus nominandi, & præsentandi Rectorem, quoties pro tempore vacare contigerit, favore cujus, vel quorum de jure &c. prout etiam instituendi &c. Ut eidem Ecclesiæ matrici debitus honor servetur, volumus, & mandamus, quod singulis annis die festi S. Benedicti, 21. Martii, possit, & debeat in dicta nova Ecclesia Missam canere R. D. Plebanus Ecclesiæ S. Mariæ de Plano Quintodecimi.*

Ut dismembrationis qualitas detegatur non inutiliter recurri
69 quoque potest ad observantiam: ut docet *Rota decis.* 73. *n.* 14. *cor. Herrera, in Valentina Vicariæ,* 1. *Jul.* 1733. §. *In linea cor. Millino, & in sæpe cit. Æsina Parochialis* 17. *Jun.* 1751. §. 20. *coram Elephantutio*. Hunc autem ad effectum observantia dismembra-
70 tionis actum subsequens, multum debet attendi, ex *Rota decis.* 720. *n.* 13. *part.* 18., *decis.* 416. *n.* 4. *part.* 19. *recent.*, *decis.* 87. *n.* 5. *cor. Emerix jun.*, *decis.* 676. *n.* 57. *coram Molin.*, *d. decis.* 73. *num.* 11., *decis.* 93. *n.* 11., *decis.* 110. *n.* 13. *cor. Herrera, d. Valentina Vicariæ* §. *In linea, & in d. Æsina Parochialis* §. 19. Si enim, ex. gr., non obstante dismembratione, populus, cujus favore, & commodo facta

facta illa fuit, adhuc ab antiquæ Ecclesiæ Rectore Sacramenta re-
cipere consueverit, id argumento erit, dismembrationem fuisse 71
factam subjective, & accessorie, non vero æque principaliter:
juxta Rotalem observationem in *d. Æsina Parochialis* §.20. Idemque
dicas, si quandoque contigerit, ut Presbyteri dismembratæ Ec-
clesiæ regimini deputati, Ecclesiam resignaverint, & hanc resi-
gnationem in manibus antiqui Parochi, vel Abbatis compleverint, 72
ut notat Rotale Tribunal. *dd. decis.*73. *n.*13., *&* *decis.*93. *num.* 12.
cor. Herrera.

Cognosci igitur optime poterit æque principalis, vel sub-
jectivæ dismembrationis existentia, centenaria tum judiciali, tum
extrajudiciali, præsertim eruenda ex provisionibus factis, vel non
factis prævio concursu ad Tridentini Concilii normam, atque præ- 73
scriptum, per tradita a *Rota dd. dec.*73. *n.*14., *&* *dec.*93. *n.*13.
cor. Herrera, *&* *in d. Valentina* §. *In linea*. Si enim adpareat fa-
ctam fuisse prævio concursu Parochialis Ecclesiæ dismembratæ col-
lationem, id conjecturam, & præsumptionem, in hac quoque
dismembrationis materia, in aliarum probationum defectum mi-
nime contemnendam, suppeditabit, Ecclesiam ita collatam, esse 74
vere, ac plenarie discissam, ac separatam: eo quod ex *Tri-
dentino Concilio in sess.* 24. *de reform. cap.* 18. adpareat Parochia-
les Ecclesias conferendas in titulum perpetuum, non esse com-
mittendas, nisi iis, quos Episcopus post legitime habiti concur- 75
sus examen, digniores judicaverit, ut observat *Rota in d. Va-
lentina* §. *In linea*.

At viceversa, si per longum temporis spatium per unum, vel
plura sæcula nunquam fuerit adhibitus in Ecclesiæ provisione con-
cursus, neque umquam collata hæc Parochialis Ecclesia ab Apostolica
Sede, tamquam reservata, signum plusquam evidens erit Ecclesiam
fuisse quoad curæ tantum exercitium, non verò quoad proprieta- 76
tem, seu accessorie, & subjective dismembratam, juxta Rotalem
doctrinam *dec.* 95. *num.*4. *cor. Merlino*, *d. dec.*73. *n.*14. *&* 15. *cor.
Herrera*, *in Aurien. Vicariæ* 5. *Febr.* 1745. §. 12. *&* *seqq. coram
Canilliac*, *&* *in d. Æsina Parochialis* §.19. *cor. Elephantutio*.

Re enim vera præsumendum minime est, quod tam longo
temporis spatio, numquam contigerit casus, quo controversa
Ecclesia tempore Sedi Apostolicæ reservato vacaverit; sicut Ro- 77
tale Auditorium observat *decis.* 447. *n.* 21. *&* *seq. cor. Crispo*, *&*
*dd. decis.*73. *num.*15., *&* *dec.*93. *n.*13. *cor. Herrera*, ubi quinque
sæculorum spatium jam fuerat elapsum, quin, ne semel quidem
ab Apostolica Sede, uti reservata, fuerit provisa; *ac in Compo-
stellana Parochialis* 11. *Maii* 1716. §. *Itaque coram Cerro*, *&* 26.

*Febr.*1717. § *Hæcque cor. Gamaches*, *&* *in dict. Æſina Parochialis*
§. 19. Nec alicujus momenti eſſe poterit, quod dicta Eccleſia,
quæ plenarie diſmembrata prætenditur, fuerit ab Apoſtolica Sede
quandoque proviſa, idque etiam concludenter probetur: cum ta-
lis proviſio, ejuſque probatio minime ſufficiat in caſu, de quo
78 agimus, ſed inſuper exigatur, quod concludenter probetur, fuiſſe
a Sede Apoſtolica proviſam, tamquam reſervatam: quemadmo-
dum optime ratiocinatur *ſacra Rota d. deciſ.*73. *n.*25. *cor. Herrera*,
non rejectis iis, quę habentur *in dict. Æſina parochialis* §.21.
Equidem non deſunt modi, quibus controverſa Eccleſia a
Sancta Sede potuerit provideri, cum ignoret nemo id contingere
79 potuiſſe, v. g., ratione reſignationis, vel permutationis. Quan-
doquidem etiam Vicariæ perpetuæ, & unitæ permutari, ac re-
80 ſignari poſſunt in manibus Summi Pontificis, & ab ipſo provi-
deri, ullo abſque præjudicio unionis, & habentium illius vigore
jus nominandi Vicarium, ex doctrina *Pariſ. de reſignat. lib.* 2.
quæſt. 4. *n.* 3., *Rot. cor. Bichio deciſ.*118. *n.* 24., *cor. Cerro de-
ciſ.*203. *n.*5., *cor. Herrera d.deciſ.*73.*n.*26., *cor. Cerro in Gerunden.
eleemoſynæ panis ſuper reſervatis*, 14. *Martii* 1718. §. *finali*, ac
alibi paſſim.
Si ergo a Parte, adverſus quam prætenditur factam fuiſſe ple-
nariam diſmembrationem, ſimpliciter probetur Eccleſiam vel
nunquam fuiſſe ab Apoſtolica Sede proviſam, vel proviſam qui-
81 dem, ſed non uti reſervatam, ex hac ſimplici Partis aſſertione
ſatis probatur, talem Eccleſiam fuiſſe ſubjective diſmembratam,
nempe quoad curam actualem, non vero quoad habitualem ſimul;
*Rota d. deciſ.*93. *n.* 14. *Herrera*; eo quod ipſius favore non ſolum
militet dicta ſimplex aſſertio, & probatio, ſed etiam juris præ-
ſumptio, atque aſſiſtentia. Nam in dubio ſemper cenſetur facta
82 diſmembratio juxta legis præſcriptum, adeoque præſumitur facta
quoad curam tantum actualem, non vero utramque, actualem vi-
delicet, atque habitualem, juxta tradita a *Rota d. deciſ.*93. *num.*5.
cor. Herrera. Secus actus ita interpretaretur, ut contra legis præ-
83 ſcriptum cenſeretur factus, quod nefas eſſet; *Pariſ. de reſignat.
lib.*11. *quæſt.*15. *n.*20., *Cravet. conſ.*149. *n.*12., *Cephal. conſ.*9. *n.*16.
*lib.*1., *Dec. conſ.*446. *n.*7., *Maſcard. de probat. concluſ.*734. *n.*1.,
& alii apud *Rotam d. dec.* 93. *n.* 5. Eaque propter, ut nemo non
percipit, qui contrarium, ſeu totalem diſmembrationem, illiuſ-
que reſervationem favore ſanctæ Sedis prætendit, debet nar-
84 rativam, in qua ſe fundat, plene, ac concludenter probare, ad
tradita a *Rota in Monaſterien. beneficii* 25. *Jun.*1736. §. *fin. coram
Rezzonico, nunc Clemente XIII.*, *in Matheranen. Canonicatus Theo-
logalis*

rogalis 16. Martii 1744. §. Moti cor. Lana, in Compostelana Parochialis 23. April.1747. §. Posterius cor. Clem. Arostegui, & in d. Æsina §.21. cor. Card. Elephantutio.

Versamur profecto in re maximi momenti, & qua nil potest odiosius concipi: omnis ideo æqui, bonique ratio efflagitat, ut beni- 85
gna semper interpretatio sumatur favore illius, qui Parochiæ, aliusve beneficii passus fuit dismembrationem, per ea, quæ tradit *Rota cor. Herrera dec.137. n.9.*, ubi ait conventionem in actuali dismembratione factam, esse favore illius, qui divisionem passus est, benigne interpretandam. Hæc autem pacta, specialesque reservationes in dismembrationis actu adjectę, debent inviolabiliter servari, *ad* 86
textum in L. Non minorem cod. de transact., cap. Apostolicæ de præb., Rot. cor. Herrera decis.137. n.1. juxtaque ea, quæ habentur *coram Harrach in Romana immissionis 16. Jan. 1733. §. Siquidem, & in* Ratisbonen. *jurisdictionis 26. April.1762. cor. Cornelio §.12.*, ubi in casu, de quo agebatur, ita legitur: *A pactis etenim, & conventionibus, quæ semel placuerunt, tuto recedi non posse, & non nisi per summam injuriam exploratissimum visum est*. Prȩsertim si fuerint a Summo Pontifice talia pacta approbata: cum hoc in casu de dismembrationis, pactorumque firmitate amplius non liceat dubitare; *Hostien. in Cap. Veniens num.3., & Innoc. in Cap. Statuimus n.1. de transact.*, Rota *decis.295. num.3. part.19. recent., cor. Molines decis.1304. n.2., cor. Herrera d. decis.137. n.2.*

Eodem modo, quo si consensus fuerit præstitus pro dismembrationis actu, justis de causis, vel Apostolica, vel Ordinaria auctoritate, emisso, non debet, nec amplius potest dismembratio impugnari: ut sacraCongregatio Concilii declaravit *in causa Firmana dismembrationis* 15. *Decembr.*1759. excitata inter Archiepi- 87
scopum, & Capitulum Firmanum, quod dismembrationi consensum prȩstiterat, sed mutato consilio illam studebat velut attentatam impugnare, ut legitur in eodem *folio §. Firmana, & §. sequenti*. Etenim sacræ Congregationi Concilii, ad quam delata fuit controversia, propositis dubiis.

1. *An dismembratio facta a Rmo Archiepiscopo Firmano sustineatur in casu &c.*

2. *An constet de attentatis, & quomodo sint purganda, in casu &c.*

Fuit ab Emis Patribus resolutum, ut videre est in *thesauro resol. d. anni pag.*110. *tom.*28.

Ad 1. *Affirmative, & amplius*. Ad 2. *Negative, & amplius*.

Pro coronide hujus Tituli, & Partis unum adhuc superest notatu necessarium, in hoc videlicet positum, quod etiamsi Parochialia,

chialia, aliave beneficia, non ſint ex ſacrorum Canonum diſpoſi-
88 tione ſcindenda, abſque legitima cauſa, ſed ſine ulla diminutione ſint conferenda; ut paſſim liquet *in lib.3. tit.12. decretal. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*, nec non in præſenti, alioque anteriori titulo; ſub hac tamen prohibitione, & regula
89 minime continentur Coadjutoriæ, vel penſiones favore alterius conſtitutæ. Nam quod attinet ad Coadjutorias, de quibus nonnulla egimus *in ſuperiori tit.4. a n.5. ad* 14., ſi iſtæ ſimplices ſunt ad vitam tantummodo conceſſæ, nil habent, quod commune ſit cum beneficio, nulloque modo iſtud per Coadjutoriam ſcinditur, neque
90 Coadjutor ullum jus retinet ad ipſum beneficium, ita ut mortuo Coadjuto, iſtud vacare penitus dicatur, juxta mentem ſacræ Congregationis Concilii *in Mediolanen. beneficii, ſeu Coodjutoriæ*, 10. *Febr*.1760., *tom*.29. *theſ. reſol. pag*.15.

Si vero agatur de Coadjutoria perpetua cum futura ſucceſ-ſione, neque per hanc beneficium vere, & proprie ſcinditur, ne-
91 que ſubjective, neque plenarie, ſed unum adhuc remanet: neque Coadjutor ullam contrahit cum Beneficiato communionem ſive in officiis ſacris obeundis, ſive in redditibus percipiendis, ſed vivente Coadjuto habet jus tantum ad rem, ſeu ad beneficium, ita ut interim potius fictus, quam verus Beneficiatus dici debeat, per *Fagnan. in Cap. Nulla n*.54. *&* 66. *de conceſſ. præb.*, *& in Cap. Ex parte n*.16. *de Cleric. ægrot.*, *Piringh. in jus Canon. lib*.3. *tit*.6. *n*.21., *Barb. vot. deciſ. lib*.2. *vot*.46. *n*.4. *& ſeqq.*, *Corrad. in praxi benefic. lib*.2. *cap*.1. *n*.40., *Card. de Luca de Canon. diſc*. 7. *num*.6., *Rot. cor. Anſaldo deciſ*.20. *n*.6.

Permittitur autem Coadjutori futura ſucceſſio in præmium
92 Eccleſiaſtici ſervitii, *ad textum in Can. Miramur diſt*.61., *Garz. de benefic. part*.4. *cap*.5. *ſub n*.14., *Piton. de controv. patron. alleg*.30. *n*.22., *Rot. apud Piton. loco cit.*, *& deciſ*.112. *n*.25. *& ſeq. part*.16. *recent.*, *deciſ*.768. *n*.5. *cor. Merlino*, & alibi paſſim. Adveniente vero morte Coadjuti, jus quod ad beneficium retinebat Coadjutor,
93 tranſit in jus plenum, ut alibi jam demonſtravimus *in tit*.4. *n*. 9. *de erectione Vicariarum*, ita ut nova non egeat collatione: juxta reſolutionem ſacræ Congregationis Concilii *in d. Mediolanen. beneficii, ſeu Coadjutoriæ*, 10. *Feb*.1760.; in quo etiam conſonant, quæ habentur in *annot. & addit. ad d. deciſ*.20. *cor. Anſaldo* §. *Cum enim*; ubi poſtquam *Alexander VIII*. ad preces Epiſcopi Olomocenſis, & de unanimi Capituli conſenſu dederat in Coadjutorem cum futura ſucceſſione Paſtori dictæ Eccleſiæ nimis ſeneſcenti Franciſcum Antonium Comitem de Loſeſtein, inter hunc, & Capitulum acerrima exarſit controverſia, eo quod ipſe Coadjutor ſatagebat ſolemnem inire

Coad-

Coadjutoriæ publicationem, mediante equitatu, processione cum explosione tormentorum, & pulsatione campanarum facienda, ac subsequenti die functiones Pontificales explere. Sed sacrum Rotale Auditorium *die* 2. *Octob.*1691., favore Capituli hac insueta novitate perculsi respondit, omissis quibuscumque ab Informantibus pro Episcopo adductis rationibus: eo quod jus tantum haberet 94
ad rem, purificabile post mortem sui Coadjuti.

Si vero ad pensionem, de cujus materia ex professo agemus in ultima Parte, super beneficio, quodcumque sit, impositam oratio convertatur, nemo non percipit per hanc pensionis impositionem non scindi, ac dividi beneficium, ita ut duo beneficia constituantur, sed unum adhuc remanere: eo quod Pensionarius 95
certam tantummodo fructuum quantitatem percipiat, non vero beneficii jure potiatur, neque beneficii ferat onera, nec etiam Beneficiatus dici valeat. Pensio enim in abstracto considerata est quid mere temporale super fructibus constitutum a beneficio distinctum ac separatum, ut observat Rota *decis.*464. *num.*6. *coram* 96
Dunoz., *decis.* 106. *n.* 9. *coram bon: mem: Card. Caprara*, *& in* Romana *Capellania* 21. *Jun.* 1751. §. 9. *in fine coram altero Card. Caprara*.

Nec quid facessit, quod Clericus Pensionarius in vim adeptæ pensionis valeat ad sacros Ordines promoveri, *ex Trid. Concil.sess.* 97
21. *de reform. cap.*2. Quandoquidem etsi id verissimum sit, non inde tamen sequitur pensionem ecclesiasticam esse beneficium, *ad text.in* 98
*cap.*4.*de præb.in* 6., *& Concil. Trident.in cit.sess.*31.*de reform.cap.*2., ubi a beneficio Ecclesiastico omnino pensio distinguitur, ibi: *Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes, ordinari posthac non possint*, *ac* Rot. *cor. Molin. decis.*1301. *n.*14. ibi: *Pensio non est titulus beneficii*: juxtaque *Anton. Mar. De Nigris De Vacatione Beneficiorum*, *lib.*1. *cap.*6. *in addit. n.*2., *cap.*38. *in addit. n.*3., *cap.*39. *in addit. num.*2. Versamur enim in materia dismembrationis beneficiorum, suapte natura admodum odiosa: quod satis superque est, ne sub be- 99
neficii nomine pensio contineatur, ad tradita a *Rigant. ad regul.*45. *Cancell.* §. 2. *a n.*123., in quo concordat *Sacra Congregatio Concilii in Colimbricen. pensionis* 1674., *ac Rota in S. Severinæ pensionis* 17. *Febr.* §.4., *&* 7. *Jun.* §.7. *& in* Romana *Capellaniæ* 21. *Jun.* §.9. in omnibus *cor. Card. Caprara* anno 1751.

Quamobrem, etsi Clericus sæcularis pensionarius, ut melius videbitur *in quinta Parte*, ad sacros Ordines promoveri possit, id tamen non sine communis juris, illiusque vigoris offendiculo fuit permissum, atque introductum, ita videlicet utilitate, & necessitate Ecclesiæ suadentibus, ab Ordinario approba- 100
tis:

sis; eo quod attento juris rigore solus beneficii titulus idoneus sit, ut quis sacris Ordinibus valeat insigniri: quæ omnia patebunt observanti, quod Summus Pontifex statuit in *cap.4. de præb. & in cap.23. eod. tit., ac Trident. Concil. in d. sess.11. de reform. cap.2.*, ibi: *Statuit Sancta Synodus, ne quis deinceps Clericus sæcularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere ... Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes, ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos, vel commoditate Ecclesiarum suarum.*

Ex quibus aperte sequitur, non esse ad dismembrationis materiam, qua de agimus, ullum argumentum admittendum: cum neminem lateat, ea, quæ propter necessitatem contra ju-
101 ris rigorem sunt introducta, non esse in argumentum, & consequentiam deducenda, per *textum in L.162. Quæ propter, ibique gloss. ff. de reg. juris, L.14. & 15. ff. de legib., cap. Quæ a jure 28. de reg. jur. in 6.*, ac alibi passim; quemadmodum etiam concurrente diversitate circumstantiarum, rationum, atque casuum, inutile effici, & contemptibile argumentum, ad *textum in L. Qui duos ff. de adopt., & Rot. in Carpentoractten. pecuniaria super secundo dubio, quoad primo, & secundo loco reservata 16. Jan.1756. §.4. cor. Stadion, in Giennen. Archipresbyteratus 21. Martii 1757. §.7. cor. Canilliac, & in Romana subsidiorum dotalium 11. Decemb.1758. §.9. cor. Ubaldo*, juxtaque tradita *cor. Zelada in Tarraconen. reædificationis, & restaurationis Ecclesiarum 19. Jul.1761. §. ultimo.*

FINIS PRIMÆ PARTIS.